DEMOSTHENES

[opera]

EX RECENSIONE

GULIELMI DINDORFII.

VOLUMEN VII.

ANNOTATIONES INTERPRETUM

AD XXVII—LXII.

EPIST.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

M.DCCC.XLIX.

XXVII.

ADVERSUS APHOBUM I.

A. WESTERMANNI PROLEGOMENA

AD ORATIONES TUTORIAS (XXVII—XXXI.) *

Demosthenes pater moribundus (Olymp. 100, 4.) Demosthenis filii septennis et filiae quinquennis tutelam Aphobo sororis filio et filio fratris Demophonti et amico Therippidae commisit [a]. Et huic quidem simul 70 minarum usumfructum donec ex ephebis pupillus egressus esset dedit, Demophonti filiam cum 2 talentis, Aphobo uxorem cum 80 minarum dote [b]. Praeterea reliquit fabricas duas, cultrariam unam, in qua operae 32 sive 33, ex quibus quotannis 30 minarum lucrum fecit, alteram lecticariam cum operis 20, quorum fructus erat 12 minarum quotannis, tum argenti talentum centesimis mutuo datum, deinde ebur, ferrum, lignum 80, gallam et aes 70 minarum, supellectilem, pocula, vestes, mundum muliebrem decem 1000 drachmarum pretii, argenti 80 minas praesentes, mutuo data 2 talenta et 56 minas: quorum summa est 13 talenta et 46 minae [c]. At tutores pecuniam quidem sibi legatam arripuerunt, mandata non perfecerunt; neque Aphobus uxorem mortui neque Demophon filiam in matrimonium duxit, neque *σῖτον* i. e. dotis acceptae usuram eis solvit Aphobus neque magistris pupilli mercedem, neque *οἶκον μισθοῦν* voluerunt [d], sed ipsi bona administraverunt, fabricas vendiderunt atque omnia tam impu-

* Ex Quaestion. Demosth. Part. 3. p. 5—18.

[a] Dem. c. Aphob. 1. p. 814. Plutarch. Vit. dec. orat. p. 844 C. *Ἄφοβον, Θηριππίδην, Δημοφῶντα ἢ Δημέαν*, unde Photius Bibl. Cod. 265. p. 492, 34. *οἱ δὲ ἀντὶ Δημοφῶντος Δημέαν εἰσάγουσι.* Sed nisi fallor Plutarchus scribere voluit *Δημοφῶντα τὸν Δήμωνος*, quemadmodum in Dem. l. l. legitur *Δημοφῶντι τῷ Δήμωνος*, et c. Aphob. 3. p. 850. *Δήμωνος ὄντος αὐτῷ θείου καὶ κοινωνοῦ τοῦ ἀδικήματος.* Idem tamen p. 861. *συνεπίτροπος.* De qua re paullo post dicetur. Demeam pro compendio nominis Demophontis haberi posse suspicatur Rankius in Erschii et Gruberi Encyclopaedia s. v. Demosthenes p. 113.

[b] Dem. c. Aphob. 1. p. 814.

[c] Ibid. p. 816 sq.

[d] Ibid. p. 818. De hac bonorum locatione vide Meier. de lite Att. p. 450 sq.

denter dissipaverunt, ut post decem annos Demostheni sui juris facto pro 30 talentis, quae sors fuerit cum decem annorum usuris, 70 tantummodo minas traderent[e]. Tanta injuria et mortuo et vivis impune inferri non potuit, nec dubium est quin Demosthenes, cum quidam tutores in viam reducere frustra studuissent[f], periculum quod avertere non posset suo tempore ulciscendi consilium jam aliquanto ante ceperit. Quod quo alio modo potuit assequi quam ut ipse eloquentiae operam enixissime navaret, quippe ab ope propinquorum auxilioque eorum quorum in tutelam commissus erat plane destitutus? Firmavit hoc consilium atque maturavit, ut videtur, Callistrati illustris oratoris oratio coram populo habita[g], quam cum audivisset Demosthenes tam vehementer excitatus est, ut studio eloquentiae totum sese dederet. Id autem qua ratione recte fieri posset circumspiciens in libros quosdam rhetoricos, ut fertur, Zoili, Alcidamantis, Polycratis, fortasse Isocratis etiam incidit eosque omni diligentia edidicit[h]. Nondum tamen Isaeo eloquentiae magistro clarissimo tum usus esse videtur; tutores enim ne ipsi ultorem sibi educarent cavisse admodum credibile est[i]; ad hoc oratoria institutio qualis erat Isocratis et Isaei tanto constitit quantum viri vel vilibus magistris debitam mercedem denegantes in pupillum impendere religioni habuissent. Sed tunc fortasse juvenis summo studio dicendi flagrans, sed ut nondum e tutela dimissus inops a pecunia et existimatione, Isocratem adiit, a quo facete quidem, sed haud comiter repudiatus[k] posteaquam in viros receptus est statim sese atque totum in Isaei, oratoris in re hereditaria versatissimi[l], disciplinam tradidit. Quanquam ne hoc quidem ab omni dubitatione liberum est; mirum enim quantum Suidae *ἀμισθί* a decies mille drachmis distat quas Demosthenem Isaeo solvisse dicit Plutarchus[m]. Verum Suidam, si locus non corruptus est, errasse arbitror, verum habere Plutarchum testem locupletem ac fide dignum, neque

[e] Dem. c. Aphob. 1. p. 814. 3 p. 862.

[f] Ibid. 1. p. 818. c. Onet. 1. p. 865.

[g] Qui hoc commemorant omnes, Plut. vit. Dem. c. 5. Vit. dec. or. p. 844 B. Hegesia teste, A. Gell. N. A. 3, 13. teste Hermippo ad inclytam caussam de Oropo Ol. 103, 3. Cephisodoro archonte omissa actam referunt, qua dies dictus est Chabriae (Dem. c. Mid. p. 535.) quamque oravit Callistratus. At Demosthenes jam Ol. 103, 2. sui juris factus est atque e tutorum custodia dimissus. Sed Plutarchus priore loco: *ἀκούσας οὖν ὁ Δημοσθένης τῶν διδασκάλων καὶ τῶν παιδαγωγῶν συντιθεμένων τῇ δίκῃ παρατυχεῖν, ἔπεισε τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγὸν δεόμενος καὶ προθυμούμενος ὅπως αὐτὸν ἀγάγοι πρὸς τὴν ἀκρόασιν.* Idem fere in altero. Gellius simpliciter: *Demosthenem admodum adolescentem.* Quare vir nondum factus erat. Accedit quod priore loco Plutarchus addit: *ὁ δ' ἔχων πρὸς τοὺς ἀνοίγοντας τὰ δικαστήρια συνήθειαν εὐπόρησε χώρας ἐν ᾗ καθήμενος ὁ παῖς ἀδήλως ἀκούσεται τῶν λεγομένων.* Sed actio de Oropo publica erat neque in judicio, sed in foro coram populo orabatur. Sequitur ut alia Callistrati caussa intelligenda sit, non caussa de Oropo amissa, quam aut conjectura inferioris aetatis scriptores invenerunt, aut ut primordia dicendi summi oratoris in caussa celeberrima niterentur.

[h] *ἀνέλαβεν αὐτούς*, Plut. vit. dec. or. p. 844 C. cf. Plut. vit. Dem. c. 5, Suid. s. v. *Δημ. α'*, Ranke l. l. p. 67.

[i] Auct. anon. vit. Dem. p. 153 R.

[k] Plut. vit. dec. orat. p. 837 D.

[l] Vid. Ranke l. l. p. 65.

[m] Plut. vit. dec. orat. p. 839 E. Suid. s. v. *'Ισαῖος*. Cf. Plut. vit. Dem. c. 5.

absonum fidei est, Demosthenem fore ut bona paterna a tutoribus reciperet sperantem magistro spectatissimo, qui totum sese ejus institutioni traderet, decuplo majorem summam promisisse quam Isocrates poposcisset. Vixdum igitur archonte Polyzelo Ol. 103, 2. duodeviginti annos natus mense Sciropho-rione[n] sui juris factus erat, cum bona paterna a tutoribus repetiit et administrationis rationem postulavit. Quod cum tutores denegassent, duo quidem sequentes anni, qui Cephisodoro et Chione archontibus inscribuntur, altercationibus frustra consumpti[o], id quod non tam humanitati Demosthenis quam calliditati tutorum tribuerim[p]; fortasse Demosthenes ipse exspectandum sibi esse duxit donec majorem nactus esset in dicendo potestatem. Interea tamen, uti mos erat, arbitris rem dirimendam tradere placuit. Ac primum quidem cum Aphobo coram privatis arbitris actum est[q]; hoc vero Aphobus, cum non esset a privatorum sive compromissariorum arbitrorum sententia appellatio[r], ab eis autem se condemnatum iri metueret, priusquam sententiam ferrent deseruit[s] et publicum arbitrum adiit; verum ab hoc quoque damnato[t] nihil aliud relictum erat quam ut ad ordinarium judicium provocaret. Itaque tertio demum a sumpta virili toga anno Demosthenes archontem, cui summa apud Athenienses rerum tutelarium custodia tradita erat[u], adiit. Sed interea dum anacrisis instituitur et intento ad certamen animo Demosthenes orationem praeparat, en novas insidias juveni tutores struunt atque extremam perniciem singulari malignitate moliuntur. Scilicet lex erat Athenis, ex qua, qui ad praestandam liturgiam injuria provocari sibi videretur, alii ditiori bonorum permutationem offerre posset, quae ita comparata erat, ut non solum bona ipsa exceptis metallis omnia, sed etiam jura bonis inhaerentia, qualia sunt debitorum creditorumque, simul ab uno ad alterum transirent[x]. Itaque paullo ante diem

[n] Dem. c. Onet. 1. p. 868. Hoc mense *ἐν ἀρχαιρεσίαις* omnes, qui eo anno aetatem virilem, annum duodevicesimum, nacti essent, in album curialium inscriptos ac sui juris factos esse colligitur ex Isaei or. d. hered. Apollod. p. 66, 15. et Dem. c. Leoch. p. 1092. Ex quo effici ut natus sit Demosthenes Ol. 98, 4. accuratius demonstrare studui in comment. praemissa Plutarchi vitis dec. orat. a me editis p. 21. Quare hic nihil addam nisi quod ad eruendum annum Demosthenis natalem eodem tempore, quo ista scripsi, eadem plane argumentatione usus est Thirlwallus in the Philological Museum 1833. N. V. p. 389 seqq. [De anno natali Demosthenis v. C. F. Hermanni commentationem quam annotationibus in orationem Midianam praemisimus. G. DINDORF.]

[o] C. Onet. 1. p. 868. *μετὰ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄρχοντα Κηφισόδωρος, Χίων. ἐπὶ τούτων ἐνεκάλουν δοκιμασθείς, ἔλαχον δὲ τὴν δίκην ἐπὶ Τιμοκράτους.*

[p] *Apparet lenis aequusque animus Demosthenis, qui totum biennium nihil aliud quam ἐνεκάλει, omnia experiens ut caussa inter amicos coramque arbitris disceptaretur.* Bremi.

[q] C. Aphob. 1. p. 817.

[r] Vide legem ap. Dem. c. Mid. p. 545. cf. HUDTWALCKER. de diaetetis p. 176 sqq.

[s] C. Aphob. 3. p. 861.

[t] C. Aphob. 1. p. 828 sq.

[u] C. Onet. 1. p. 865. Quare si quis intestato mortuus esset, archonti tutores impuberum constituendi erant. Pollux 8, 89.

[x] Or. c. Phaenipp. p. 1044. Eorum opinionem, qui cujusvis generis lites in permutatione ab uno ad alterum transiisse existimarent, refutavit BOECKH. Oecon. Ath. vol. 2. p. 124 sq.

orandae liti praestitutam tutorum suasu Thrasylochus, Midiae frater, Demostheni ad trierarchiam suscipiendam bonorum permutationem obtulit. Hanc si repudiasset, trierarchia suscipienda fuisset, qua omnium liturgiarum sumptuosissima in extremam ejus res domestica difficultatem adducta esset; contra si accepisset permutationem, simul cum bonis suis jus quoque pecunias a tutoribus debitas repetendi ac lis tutoria ad Thrasylochum transiisset, cui jam cum illis de pretio pro lite condonanda numerando convenerat. Quoquo igitur se verteret Demosthenes, utrobique in magnum incidit discrimen. Ἐγὼ δὲ, inquit, *τούτων οὐδὲν ἐνθυμηθεὶς ἀντέδωκα μὲν, ἀπέκλεισα δὲ ὡς διαδικασίας τευξόμενος* [y]. Itaque Thrasylochus atque Midias subito in ejus domum ut domini futuri irruperunt, tutoribus a pupillo illatam litem oppresserunt [z]. At Demosthenes cum non impetrasset quam petierat *διαδικασίαν*, i. e. jus in permutatione ab iis quae possideret excipiendi ea quae tutores ei deberent, atque nunc demum periculum quantum sibi immineret perspexisset, consilium mutavit et 20 minas trierarchiae nomine Midiae ejusque fratri exsolvit [a]. Tum Aphobum persequi pergit; die statuta primam contra eum orationem in judicio dicit; respondet Aphobus, negat, calumniatur, sed altera Demosthenis oratione confutatus et male gestae tutelae convictus 10 talentis condemnatur [b], frustra intercedente sororis marito Onetore atque more Graeco miserabiliter orante ut 9 ei talenta remittant [c]. Sed vel necessitati cedens novam Demostheni difficultatem parat Aphobus. Et ille quidem *διασκευασάμενος*, inquit, *τὴν οὐσίαν καὶ παραδοὺς τὴν μὲν οἰκίαν Αἰσίῳ* [d], *τὸν δ' ἀγρὸν Ὀνήτορι, πρὸς μὲν ἐκείνους δίκην καὶ πράγματα ἔχειν ἐμὲ πεποίηκεν, ἐκ δὲ τῆς οἰκίας αὐτὸς τὰ σκεύη λαβὼν καὶ τὸν λάκκον συντρίψας καὶ τὰ θυρώματ' ἀποσπάσας καὶ μόνον οὐκ αὐτὴν τὴν οἰκίαν ἐμπρήσας Μέγαράδ' ἐξῴκηκε κἀκεῖ μετοίκιον τέθεικεν* [e].

Quem locum tamen ac totam orationem quo diutius et accuratius considero, eo magis augetur et confirmatur quae jam dudum animum meum subiit suspicio, eam a Demosthene scriptam esse non posse. Ad dicendi genus quod attinet, licet quaedam ibi legantur quae a Demosthenica dictione aliquantum abhorreant, ut tumidum exordium: *εἰ μὴ πρότερόν μοι δίκης γενομένης πρὸς Ἄφοβον, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, συνῄδη πολλῷ τούτων μείζω καὶ δεινότερ' αὐτοῦ ψευσαμένου ῥᾳδίως ἐξελέγξας διὰ τὴν περιφάνειαν τῶν ἀδικημάτων, θαυμαστῶς ἂν ὡς εὐλαβούμην μὴ καὶ νῦν οὐ δυνηθῶ δεῖξαι, πῇ παρακρούεταί ποθ' ἕκαστα ὑμᾶς αὐτῶν*, paullo post p. 844. frigidum illud *σὺν θεοῖς εἰπεῖν*, p. 846. *πλέον ἢ πάνυ πολλῶν*, ibid.

[y] C. Aphob. 2. p. 840 sq.

[z] C. Mid. p. 539.

[a] Ibid. p. 540. *δίδωμι εἴκοσι μνᾶς τούτοις, ὅσου τὴν τριηραρχίαν ἦσαν μεμισθωκότες.*

[b] C. Aphob. 3. p. 847. 862.

[c] C. Onet. 1. p. 872.

[d] Sic pro Ἀφόβῳ, quod est in libris omnibus, scribendum esse jam HIER. WOLFIUS intellexit. Aesius frater Aphobi erat. Alii de Aphobo, Aphobi filio, cogitarunt; sed si Aphobo filius erat, cur tandem, quod acute indagavit REISKIUS, p. 860. orator dicit: *ἂν ἀπομόσῃς τἀναντία τούτων κατὰ τῆς θυγατρός.*

[e] C. Aphob. 3. p. 845.

τῶν δ' ὡς πριάμενοι παρὰ τούτου τούτῳ τὰς τιμὰς διέλυσαν, p. 848· *ὑπὸ μάλης*, tum *περὶ* quater repetitum, ibid. *τοὺς δὲ μάρτυρας οὐ δεινὰ πάσχειν νομίζειν, τὸν ὁμολογουμένως δοῦλον περὶ ὧν ἐμαρτύρησαν ἐκδιδόντος, οὐκ ἐθέλοντος τούτου παραλαβεῖν*, alia, hoc tamen per se quidem urgere nolo, cum talia juveni facile excidere potuerint, quanquam minus etiam toleranda cum reputo, plurimas orationes posteaquam habitae essent emendatiores ab oratoribus editas esse. At magni hoc momenti est, si quid in ipsa re intempestive, praepostere, perturbate aut ita dictum inveneris, ut ab historia reque forensi alienum esse videatur. Ejusmodi quae hac in oratione invenisse mihi videor statim hic subjiciam. Ac primum huc pertinet locus modo laudatus a quo exii. Ibi Aphobus amissa lite agro fratri, domo Onetori tradita Megara emigrasse dicitur. Qui igitur, quaeso, potuit Athenis litem agere? Noctune huc ambulavit, ut quondam Euclides Socratem auditurus? Athenis autem si amplius litigare voluit, cur urbem deseruit? Quod utut est, certe caussa gravissima fuerit necesse est, ad quam orandam Megaris Athenas rediit. Sed fallimur; res pusilla et minuta est atque talis pro qua Aphobus, homo versutus et in rebus forensibus versatus, novum periculum aegre subierit. Scilicet summa litis haec est. Poposcerat Aphobus a Demosthene Milyam quendam tanquam servum ad torquendum; non tradiderat eum ut manumissum a patre Demosthenes, imo testem excitaverat Phanum quendam, qui ipsum Aphobum pro libero Milyam habuisse testaretur: post condemnatus Aphobus Phanum falsi testimonii accusat. Demosthenes eum defendit tertia oratione, quae inscripta est *πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν* sive *ὑπὲρ Φάνου*, ut est in Augustano primo. Jam Aphobus quid hac lite sibi voluit? Respondet orator p. 844. hoc modo: *οἶδα μὲν οὖν ὅτι τὴν δίκην οὗτος εἴληχε ταύτην οὐχὶ τῷ τὰ ψευδῆ τινὰ αὐτοῦ καταμεμαρτυρηκέναι ἐξελέγξειν πιστεύων, ἀλλ' ἡγούμενος διὰ τὸ μέγεθος τοῦ τιμήματος τῆς δίκης, ἣν ὦφλεν, ἐμοὶ μὲν ἂν γενέσθαι τινὰ φθόνον, αὐτῷ δ' ἔλεον. καὶ διὰ ταῦτα περὶ τῆς γεγενημένης δίκης νῦν ἀπολογεῖται, περὶ ἧς τότε οὐδὲν ἔσχε δίκαιον εἰπεῖν.* At Aphobus 10 talentis jam a judicibus damnatus, domo derelicta, lite absoluta nec amplius quoquam de singulari tutorum impudentia dubitante, quo jure quod finitum est et silentio traditum redintegrat, quod jam actum est iterum agit, quod decreverunt judices et ipse exsequutus est impugnat? Voluitne rescissionem sententiae nancisci et *δίκην ἀνάδικον* fieri? Tum sane prius *δίκη ψευδομαρτυριῶν* instituenda erat. Sed hoc nusquam dicitur; neque simpliciter quaevis sententia rescindi potuit, sed modo cum quis civitatem amiserat aut falsi testimonii condemnatus erat aut hereditate exciderat [f]. Quibus exceptionibus quaecunque aliae addendae videantur, tu-

f Schol. Plat. p. 458. ed. Bekk. *οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν ἀγώνων ἐγίγνοντο ἀνάδικοι αἱ κρίσεις, ἀλλ' ὥς φησι Θεόφραστος ἐν ἑπτανόμῳ (ἑβδόμῳ* vel *ἕκτῳ νόμῳ* scribi vult SCHOEMANN. de lite Att. p. 761.) *ἐπὶ μόνης ξενίας καὶ ψευδομαρτυριῶν καὶ κλήρων.*

torem, praesertim cum actori jam cessisset, in pristinum statum restitui potuisse praefracte negaverit, qui reputet quanta severitate ab Atheniensibus in eos vindicatum sit, qui impuberum jura violassent. Jam non nego potuisse Aphobum Phano falsi testimonii actionem injungere, modo ita ea comparata fuerit, ut damnum quod male gestae tutelae condemnatus fecit quodam modo ea compensaretur. Sed nihil quicquam hac nova actione assequi potuit, imo *οὐδὲ τετόλμηκε διώκειν ἀλλ' ἢ ταύτην μίαν οὖσαν (μαρτυρίαν), ἐν ᾗ δραχμὴν οὐκ ἂν ἔχοι δεῖξαι μεμαρτυρημένην*, p. 847. Ex quo apparet quanta fuisset insania atque temeritas Aphobi, si ex amissa lite novam nexuisset, ex qua etiamsi vicisset nihil tamen plane lucrari potuisset. Sensit hoc auctor orationis; quare subito sub finem p. 859. dicit: *ἀλλὰ βούλομαι πρόκλησιν ὑμῖν ἀναγνῶναι· γνώσεσθε γὰρ ἐξ αὐτῆς ἀκούσαντες, τὰ μεμαρτυρημένα ὡς ἔστιν ἀληθῆ, καὶ τὸν Μιλύαν ὅτι νῦν μὲν περὶ πάντων φησὶν ἐξαιτεῖν, τὸ δὲ πρῶτον ὑπὲρ τριάκοντα μόνον μνῶν ἐξῄτει, καὶ προσέτι ζημιοῦται κατὰ τὴν μαρτυρίαν οὐδέν. ἐγὼ γὰρ πανταχῇ τοῦτον ἐξελέγξαι βουλόμενος, καὶ τὰς τέχνας αὐτοῦ καὶ τὰς πανουργίας ἐμφανεῖς ὑμῖν καταστῆσαι πειρώμενος, ἠρόμην αὐτὸν πόσα εἴη τὰ χρήματα τὸ πλῆθος, καθ' ἃ τὸν Μιλύαν ὡς συνειδότα ἐξῄτησεν· οὗτος δὲ ψευσάμενος περὶ πάντων ἔφησεν κ. τ. λ.* Haeccine argumentorum discrepantia atque discordia in Demosthene toleranda? Id quod sub finem breviter commemorat, quasi nunc demum haec mentem subeat cogitatio, nonne summum est et gravissimum argumentum Aphobi, ideoque statim a principio accurate disceptandum? Quamvis enim hoc non sit ad veritatem accommodate inventum (namque absurda et inepta Aphobum dicere nec voluisse nec post damnationem potuisse existimo), tamen verisimilitudini quovis modo accommodandum erat, certe ita dicendum, ut suo quodque loco positum, nihil discrepans et praeposterum esset. At hoc non curavit vir bonus, imo ipse ab Aphobo misere deceptus in demonstrandis atque refutandis quae jam dudum demonstrata atque refutata sunt miro modo torquetur. Finita enim quaestione de falso testimonio p. 852. pergit ita: *τοσαῦτα τοίνυν δίκαια λέγειν ἐχόντων ἡμῶν, καὶ καταφεύγειν εἰς τοὺς μεγίστους ἐλέγχους ἐθελόντων περὶ τῶν μεμαρτυρημένων, πάντα ταῦτα φυγὼν οὗτος οἴεται, περὶ τῆς γεγενημένης δίκης διαβάλλων καὶ κατηγορῶν ἐμοῦ, τοῦ μάρτυρος ὑμᾶς πείσειν καταψηφίσασθαι, πάντων, οἶμαι, πρᾶγμα κατασκευάσας ἀδικώτατον καὶ πλεονεκτικώτατον.* Jam increpare extemplo oratorem opinere: quid agis, Aphobe? adeone insanis, ut crimen cujus convictus es denuo excusare ac judices jurati quam tulerunt sententiam in dubium vocare audeas? hae nugae sunt, haec *ἔξω τοῦ πράγματος* dicta; demonstra potius falsum esse quod Phanus dixit testimonium. Sed frustra es. Quid igitur orator? *Αὐτὸς μὲν γὰρ μάρτυρας ψευδεῖς παρεσκεύασται περὶ τούτων, συγχορηγὸν ἔχων Ὀνήτορα τὸν κηδεστὴν καὶ Τιμοκράτην· ἡμεῖς δ' οὐχὶ προειδότες, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς τῆς μαρτυρίας ἡγούμενοι τὸν ἀγῶν' ἔσεσθαι, τοὺς περὶ τῶν ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς χρημάτων μάρτυρας οὐ παρεσκευάσμεθα νῦν.*

ὅμως δὲ, καίπερ οὕτω τούτου σεσοφισμένου, τὰ πράγματ' αὐτὰ διεξιὼν οἴομαι ῥᾳδίως ὑμῖν ἐπιδείξειν δικαιότατ' ἀνθρώπων τοῦτον ὠφληκότα τὴν δίκην, οὐχ ὅτι τὸν Μιλύαν ἐκώλυον βασανίζειν, οὐδ' ὅτι τοῦτον ἐλεύθερον ὡμολόγησεν, οἱ δὲ μάρτυρες οἵδε ἐμαρτύρησαν, ἀλλ' ὅτι πολλὰ τῶν ἐμῶν ἐξηλέγχθη λαβὼν καὶ τὸν οἶκον οὐκ ἐμίσθωσε τῶν νόμων κελευόντων καὶ τοῦ πατρὸς ἐν τῇ διαθήκῃ γράψαντος, ὡς ἐγὼ σαφῶς ὑμῖν ἐπιδείξω. Tum p. 853—859. iterum fuse lateque de male gesta tutela exponit, quasi nunc primum reo facto Aphobo, certe re nondum judicata. Accedit quod in nostra oratione loci quidam insunt, qui iisdem fere verbis jam in prima contra Aphobum oratione leguntur; vid. p. 857. coll. 1. p. 827. nostr. orat. p. 858 sq. coll. 1. p. 830 sq. Quod etsi per se quidem rem non conficit, cum haud raro Demosthenem verba, periodos, totas partes ex una in alteram orationem transtulisse inter omnes constet[g], tamen si ad alia accedit argumenta magnam vim habet. Hinc alia quoque suspecta, uti Aphobi emigratio, quem Athenis tum non cessisse colligi potest ex orationibus adversus Onetorem; tum quod legitur p. 849. *δεύτερον δ' οὐκ ἂν ἡσυχίαν ἦγεν, ἀλλὰ δίκην ἄν μοι βλάβης ἔλαχεν, εἰ ψευδομαρτυριῶν ὑπόδικον αὐτὸν ἐποίουν κατὰ τἀδελφοῦ οὐ προσῆκον, ἐν ᾗ καὶ περὶ χρημάτων καὶ περὶ ἀτιμίας ἄνθρωποι κινδυνεύουσιν.* At hoc de damni illati actione nusquam traditur[h]; suspicor igitur auctorem quod in mente habebat non accurate expressisse, et *ἐν ᾗ* ad voc. *ψευδομαρτυριῶν* retulisse; nam qui falsi testimonii damnaretur, infamia notari potuit, qui ter ejusdem criminis convictus esset, ipso jure infamis erat[i]. Suspectum item quod dicitur p. 846. *ἐγὼ γὰρ Δημοφῶντι καὶ Θηριππίδῃ καὶ τούτῳ δίκας ἔλαχον ἐπιτροπῆς ἀποστερηθεὶς ἁπάντων τῶν ὄντων.* Dixerat enim orat. 1. p. 817. *ἃ μὲν οὖν Δημοφῶν καὶ Θηριππίδης ἔχουσι τῶν ἐμῶν, τότ' ἐξαρκέσει περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὅταν κατ' αὐτῶν τὰς γραφὰς ἀπενέγκωμεν.* Quanquam hac de re pro certo quicquam non ausim affirmare. Offendit tamen quod conjunctim nominantur lites, quas, ut omnes institutas esse nunc ponamus, separatim et alio ordine institutas esse certum est. Sed id ipsum, num capto Aphobo Demophontem quoque et Therippidam Demosthenes postularit atque persequutus sit, incertum est; hoc qui affirmant scriptores, aeque ac quod de eventu litis narrant[k], ex hac suspecta oratione, aut,

[g] Quae huc pertinent diligenter congessit Ch. G. Gersdorfius in Synopsi repetitorum Demosthenis locorum (Altenbg. 1833, 4.). Vid. ibi p. 36 sq. Solus, quod sciam, de istis repetitionibus accurate disseruit H. Brougham in Edinburgh Review, 1821. m. Octob. vol. 36.

[h] Dem. c. Mid. p. 527 sq. *πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες, ἵν' ἐκ τούτων ἄρξωμαι, ἂν μὲν ἑκών τις βλάψῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν.*

[i] Andoc. d. myst. p. 101, 11. conf. Boeckh. in Ind. lectt. Berol. a. 1817—1818.

[k] Plutarch. vit. dec. orat. p. 844 C. *εἷλεν αὐτοὺς, τῆς δὲ καταδίκης οὐδὲν ἐπράξατο, τοὺς μὲν (ἀφεὶς) ἀργυρίου, τοὺς δὲ καὶ χάριτος.* Iisdem verbis Photius Bibl. Cod. 265. p. 492. Sed Zosimus vit. Dem. p. 147 R. *κρίνας τοὺς ἐπιτρόπους εἷλε τὴν δίκην, καὶ ἀπήτησεν αὐτοὺς οὐχ ὅσα ἠδυνήθη δεῖξαι παρὰ τοῖς δικασταῖς αὐτοὺς χρεωστοῦντας, ἀλλ' ὅσα συνήδει ἑαυτῷ κατὰ τὸ ἀληθὲς ἠδικημένῳ. τὸ μὲν γὰρ ἦν τῆς δεινότητος τῆς ῥητορικῆς, τὸ δὲ τῆς Δημοσθένους φιλαν-*

si placet, ex eodem fonte ex quo auctor orationis hausisse putandi sunt, si verum est, quod conjectura auguror, a Demosthene ipso eam non esse scriptam. Hinc quoque desumpsit illa nomina quae in reliquis orationibus non leguntur, nomina Aesii p. 845. 849. Phani quem reum fecit Aphobus, Philippi testis p. 851, Notharchi arbitri p. 853. Archenei et Dracontidis p. 861; reliqua enim, nomina tutorum, Milyae, Xuthi, Demonis, Philonidae, Timothei in prioribus jam inveniuntur. Nisi mavis ista hominem otiosum excogitasse, ut magis ad speciem veritatis commentum suum accommodaret. Suspectum denique quod p. 861. Demonem auctor *συνεπίτροπον* et p. 850. *κοινωνὸν τῶν ἀδικημάτων* vocat (p. 846, ubi tutores nominantur, in cod. F. Bekkeri legitur *Δήμωνι καὶ Δημοφῶντι κ. τ. λ.*), id quod desumptum et effictum ex orat. 2. p. 840. (*ὁ γὰρ πατὴρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὡς ᾔσθετο τὴν νόσον οὐκ ἀποφευξόμενος, συγκαλέσας τούτους τρεῖς ὄντας, καὶ συμπαρακαθισάμενος Δήμωνα τὸν ἀδελφὸν, τὰ σώματα ἡμῶν εἰς τὰς χεῖρας ἐνέθηκε κ. τ. λ.*) in errorem quosdam rapuit[l]. Quae cum ita sint, orationem non esse Demosthenicam, sed exercitationis caussa a rhetore quodam non tam dictionis Demosthenicae quam fori Attici imperito compositam arbitror.

Sed ut redeam unde abii, etiamsi tertia contra Aphobum oratio suspecta sit, tamen non corruit quod dixi Aphobum vel necessitati cedentem difficultatem Demostheni attulisse. Scilicet novas ei insidias struxit ope Onetoris cujusdam, uxoris fratris. Hanc ille in matrimonium duxerat Ol. 103, 2. Polyzelo archonte m. Sciroph.[m] Verum Onetor cum statim post nuptias Demosthenes in viros receptus esset ac jam immineret male gestae tutelae actio, dotem Aphobo non numeravit, sed, uti solebant facere qui sorti metuebant, *ἐπὶ πέντ' ὀβολοῖς* debuit. At vixdum Aphobum Demosthenes biennio post reum fecerat, cum divortium Aphobo cum sorore factum simulavit Onetor simulque dotem quasi statim ab initio ei numeratam repetiit atque cum Aphobus solvendo non esset ejus fundum atque domum pignori cepit. Jam Aphobo condemnato cum Demosthenes has tutoris possessiones ut futurus dominus intraret, ejectus est ab Onetore, qui eas sibi oppigneratas esse dixit. Itaque Demosthenes *δίκην ἐξούλης*, actionem unde vi, instituit, in qua persequenda duas habuit quae supersunt orationes contra Onetorem, de quibus quod addam non habeo, nisi quod Boeckhium[n] eas nulla subjecta ratione pro supposititiis habere eo magis miror, quo gravius ex ipsis ad annum Demosthenis natalem eruendum desump-

θρωπίας. λ' γὰρ τάλαντα ἀποδείξας αὐτοὺς τοὺς τρεῖς χρεωστοῦντας, ιδ' μόνον ἀπήτησεν. cf. Isidor. Pelus. Ep. 4. 205. et Ranke l. l. p. 66. annot. Idem in mente habuit Aeschines cum dixit in or. c. Ctes. p. 78. *τὰ πατρῷα καταγελάστως προέμενος*, quod non debebat Bremius per *ἀσελγῶς* explicare.

[l] Ut Meierum qui in libro de lite Att. p. 445. de quattuor Demosthenis tutoribus, rectius p. 451. de tribus loquitur. cf. Ranke l. l. p. 113. et supr. annot. primam.

[m] C. Onet. 1. p. 868.

[n] Oecon. Ath. vol. 2. p. 417.

sit testimonium [o]. Ad omnes autem istas quinque orationes tutelae nomine scriptas quod attinet, jam ab antiquis criticis de earum auctore disputatum est; alii ab Isaeo scriptas existimarunt [p], alii scriptas quidem a Demosthene, sed ab Isaeo correctas atque limatas esse censuerunt [q]. In quibus licet similem esse Isaei dictioni orationem nemo negaverit [r], rectius tamen, ut videtur, in argumento ait Libanius: *θαυμαστὸν δ' οὐδὲν εἰ τὸν διδάσκαλον ἐμιμήσατο, καὶ μηδέπω πρὸς τὸ τέλειον ἥκων ἐπὶ τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα μετῄει τέως.* WESTERMANN.

Post ea quae de argumento harum orationum ab Westermanno sunt exposita, reliquum est ut de computationibus dicatur quas Demosthenes contra tutores olim suos his in orationibus instituit. Ad quas intelligendas opus est ut non solum termini, a quibus singulae usurarum summae computatae sunt, sed etiam Demosthenis computationes ab iis quas tutores instituerunt diligenter distinguantur. Quibus in rebus quum interpretes harum orationum non satis accurate versati essent, I. Th. Voemelius rationes et Demosthenis et tutorum clara in luce collocavit in commentatione Museo philologico Rhenano a 1845. p. 434—445. inserta, septem confectis tabulis, quas, omissis priorum interpretum erroribus, infra posuimus in Anglicam linguam translatas a C. K. Watsono in Museo classico Londinensi vol. 3. p. 255 seqq.

TABLE I.

THE INTEREST IS CALCULATED *ἐπὶ δραχμῇ, i. e.*

1 drach. per month on 1 min. (= 100 dr.)

1 per cent. per month = 12 per cent. per annum.

In ten years the capital will be increased by $1\frac{1}{5}$.

1 talent (= 60 min.) brings in 720 dr. = $7\frac{1}{5}$ min. per annum, and in ten years 72 minae. (Comp. Aph. I. p. 816, 12.)

1 talent brings in 72 min. (= $1\frac{1}{5}$ talent) in ten years.

Observation 1.—Onetor, as a particular act of friendship, allowed Timocrates to put his sister's dowry out to interest *ἐπὶ πέντ' ὀβολοῖς* (per month, i. e. 10 per cent. per annum). (Adv. Onet. I. p. 866, 4.) But this cannot be applied to the rate of interest on Demosthenes' property, which the orator calculates *ἐπὶ δραχμῇ*, as he frequently expressly states, although he might calculate his mother's dowry at *ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς* (i. e. 18 per cent. per annum), as he assures us. (Aphob. I. p. 818, 29.)

[o] In Comment. Acad. Berol. a. 1818.

[p] Plut. vit. dec. orat. p. 839 E. Phot. Bibl. Cod. 263. p. 490. Zosim. vit. Dem. p. 147.

[q] Liban. vit. p. 3 R. Argum. orat. c. Onetor. 2. p. 875.

[r] Vide locos quos collegit RANKIUS l. l. p. 66. annot. 78. 79, quanquam caute ac modeste hoc argumento utendum. cf. Porphyr. ap. Euseb. praep. evang. 10. 3. p. 466.

Observation 2.—The management.—Schmeisser (De re tutelari p. 12.) asserts that Demosthenes' father wished the management of the property to be conducted conjointly by the three guardians, because in Aph. II. p. 840, 14. we read ἐμὲ δὲ πᾶσι κοινῇ μετὰ τῶν χρημάτων παρακατατιθέμενος. But, at any rate, it does not follow from this passage that they also did so. If they had leased the estate (τὸν οἶκον), as the father directed, the trouble attending the management was not in other respects great. But we have proof of a separate management in Aph. I. p. 542. foll. Thus Aphobus had the management of the knife-manufactory for the space of two years, Therippides for seven years. (For one year the factory must have been stopped.) Besides, as Aphobus has to replace for himself alone the dowry (which, with about ten years' interest, amounts to nearly 3 talents), he would have been forced to pay as much as 10 talents more (which is the third of the entire claim made upon the guardians), making in all about 13 talents. But throughout there is only a trifle more than 10 talents demanded of him. In Aph. I. p. 834, 25. the ἐπωβελία is put down at 100 minae, consequently the claim upon him was six times as much, or 10 talents. (See Aph. II. §. 15. 22. III. end.)

TABLE II.

AMOUNT OF THE PROPERTY ACCORDING TO THE ASSESSMENT MADE BY THE GUARDIANS.

Aph. I. §. 8, 9: comp. II. §. 5. The guardians impose a tax of 500 dr. (=5 minae, Aph. III. p. 862, 11.) upon every 25 minae= $\frac{500}{2500}=\frac{1}{5}$.

Aph. I. p. 816, 1. Now since they take 3 talents as the taxable capital or timema, and this is $\frac{1}{5}$ of 15, it follows that the property (οὐσία) must have been equal to 15 talents.

Aph. I. p. 825, 7. Of this assessment they paid a tribute (εἰσφορά) of 18 minae, i. e. $\frac{1}{10}$ of the taxable capital, or $\frac{1}{50}$ of the property.

Compare Boeckh. Economy of Ath. vol. 2. p. 53. (517. Eng. transl. 2nd edit.)

TABLE III.

INVENTORY.

a. Working Property.

(1.) Aph. I. p. 816, 5. Cutlers, from 32 to 33 in number, amount yearly to 30 minae.

They represent a capital of .. .. 190 minae

For $33 \times 5\frac{3}{4}$ minae$=189\frac{3}{4}$ minae, in round numbers 190 minae.

That Demosthenes valued one cutler at $5\frac{3}{4}$ minae follows from the sum total quoted by him, 4 tal. 50 minae.

For from			4	50 minae
The sum for the chair-makers	0	40 min.		
,, of ready cash ..	1	0		
Deduct			1	40
Remainder ..			3	10
=			0	190

(2.) In Aph. I. p. 816, 9: comp. III. p. 854, 27. 20 chair-makers amounted yearly to 12 minae. Comp. Aph. II. p. 839, 15. pledged for .. .. 40 minae

(3.) Aph. I. p. 816, 11. Cash to the amount of about.. 60
bore yearly more than 7 minae (that is, about $7\frac{1}{5}$), which was the trifling interest upon 1 talent.

Observation.—Demosthenes reckons this third item here under *a*, and not to the rubric *c*, not to the ἔκδοσις, because this cash was not laid out at the father's death.

Aph. I. p. 816, 16. Sum total of working capital .. 4 50

Survey of the annual proceeds from *a*.

N.B.—We do not here take into consideration the deficit in these proceeds, caused by the fault of the guardians.

(1.) 30 minae
(2.) 12
(3.) $7\frac{1}{5}$

$49\frac{1}{5}$ =(Aph. I. p. 816, 17) nearly .. 50 minae

Aph. I. p. 823, 8. Bond-slave workmen
(1.) Cutlers from 32 to 33
(2.) Chairmakers .. 20

above 50 workmen.

b. Inanimate property.

(1.) Aph. I. p. 816, 18. Ivory, iron, wood, about .. P. 824, 2., where the word is not mentioned, we read "upwards of 1 talent." (Comp. III. p. 854, 855.) ..	80 minae
(2.) Aph. I. p. 816, 20. Gall-nuts and copper	70
(3.) Aph. I. p. 816, 21. House	30
(4.) Aph. I. p. 816, 22. Furniture (with which must be reckoned the female slaves, I. p. 828, 2. III. p. 852, 11.) about	100
(5.) Silver goods	80
	6 0

N.B.—ἀργυρίου p. 816, 11. must mean money, and p. 816, 24. silver goods, for otherwise one does not see any reason why the former should stand among the ἐνεργὰ, the latter among the ἀργά; χρυσία and χρυσιδία p. 816, 22. 818, 12. are the ornaments of the mother.

c. Capital employed.

(ἔκδοσις, Aph. III. p. 854, 26.)

(1.) Aph. I. p. 816.	By Xuthus, on bottomry (III. p. 855.)		70 minae
(2.) ,,	By Pasion, the changer		24
(3.) ,,	By Pylades		6
(4.) ,,	By Demomeles		16
(5.) ,,	Small capitals, from 200 to 300 Dr.		60
	(P. 817, 4. where πεντήκοντα is to be restored with Reiske instead of τριάκοντα) Total	8	56
	By *a.*	4	50
	Exactly ..	13	46

Sum total Aph. I. p. 817, 4. 832, 5. nearly 14 talents.

d. The mother's dowry	1	20
Entire property	15	6
Compare Aph. I. p. 818. 838, 25. "upwards of 15 tal."		
Interest during ten years, valued at	15	0
Total sum claimed ..	30	0

Compare I. p. 829. 832.

Aph. I. p. 832. Annual produce, 150 minae. In ten years, 1,500 minae=25 talents. Deduct less than one-third for the maintenance of the orphans, so that, properly, more than 17 talents ought to be reckoned as interest. Only 15 talents are reckoned.

e. The guardians received by the will,

(1.) Aph. I. p. 814. Therippides (comp. p. 826. III. p. 857,) the usufruct during his guardianship, of ..		70 minae
(2.) Aph. I. p. 814. Demophon, the dowry of the sister Comp. p. 826, 827. 834. II. p. 838. III. p. 854, 857.		120
(3.) Aph. I. p. 814. Aphobus, the mother's dowry ..		80
	4	30

Comp. I. p. 826. 831. II. p. 838. III. p. 854. 857. together with the usufruct of house and furniture.

Comp. I. p. 827. II. p. 836. 838. III. p. 857.

TABLE IV.

REFUNDED BY THE GUARDIANS.

a. In Natura.

(1.) Aph. I. p. 815. House, which was originally worth 30 minae .. .. .. }
(2.) Aph. I. p. 815. Fourteen slaves .. .. } nearly 40 minae

These two items Demosthenes reckons at 40 minae, for

the third item is 30 minae, and the sum total amounts to 70 minae.		
(3.) Aph. I. p. 815. By cash from Aphobus and Therippides, p. 825., exactly 31 minae, taken at		30
Nearly ..		70

Comp. I. p. 815, 22. II. 838, 27.

b. Laid out.

(4.) Aph. I. p. 824, 29. For the maintenance of the orphans		77
(5.) Aph. I. p. 825, 7. Aphobus and Therippides by state tribute, exactly 18 minae, but taken at		30
To be deducted from entire debt ..	2	57
Of this we must place to Aphobus' credit—		
From item 1 and 2 (comp. Aph. III. end)		20 minae
,, 3, one-half		15½
,, 4, one-third		38½
,, 5, one-half		15
	1	29

TABLE V.

ACCOUNT AGAINST APHOBUS WITH THE SUMS OF INTEREST INSERTED.

Drawn up from Or. in Aph. I.

a. Aphobus received ἰδίᾳ.

(1.) P. 817. 819. For the mother's dowry :—		
P. 817, 23. Ornaments and tankards		50 minae
P. 817, 26. By sale of slaves		30
For, from the sum total 80—50=30		80
Interest upon these 80 minae for nearly ten years (*ἔτει δεκάτῳ* Aph. 1. fin.) in round numbers for ten years		100
N. B. The interest upon 80 minae for ten entire years =96 minae. We may take it about 90 minae[a].		
Aph. I. p. 819, 3. nearly ..	3	0

[a] Aphobus did not receive the dowry of 80 minae at once immediately after the father's death, but, as appears from Aph. I. p. 817, 20., comp. p. 824. he first had the tankards, which had been valued at 50 minae, and then the ransom for the slaves, till the 80 minae were made up. Now, although ten years are generally mentioned in round numbers, in speaking of the interest of this sum (III. p. 854, 22. I. p. 819, 3.), yet this was not the complete number of years; hence we read (I. end), *Ἄφοβον δὲ μηδ' ἣν ἔλαβε προῖκ' ἐθέλοντ' ἀποδοῦναι καὶ ταῦτ' ἔτει δεκάτῳ.* We must not confound with this the entire ten years of the guardianship during which the guardians of Demosthenes had the remaining property in their management, and (Onet. II. p. 880.) it is very properly observed *ὅλοις ἔτεσι—δέκα τἀμὰ λαβὼν εἶχεν ἐκεῖνος* (Aphobus). By not making this distinction, people find a chronological discrepancy. Comp. Seebeck in the *Zeitschrift f. Alterth.* 1838. nr. 39.

(2.) P. 819, 6. The half of an annual rent of 30 minae, from the knife-manufactory, during two years ..		30
Interest thereon for eight years (exactly 2880 drachmae)		30
Aphobus has ἰδίᾳ 3 talents 50 minae.		
P. 820, 23. nearly ..	4	0

b. Aphobus received κοινῇ.

(1.) P. 820, 28. Share in the item of chairmakers. Comp. III. p. 855, 12.

They were valued at		40 minae
Acquired 12 minae per annum, hence in ten years		120
	2	40

P. 822, 27. Of this sum, amounting nearly to 3 talents, there comes to Aphobus about 1 talent, or exactly		53⅓ min.
(2.) P. 823, 5. Ivory, etc. etc. altogether amounting to about 1 talent 20 minae; of this, one-third comes to Aphobus, about		26⅔
Aph. II. p. 839, 19. nearly ..	1	20
(3.) Aph. II. p. 839, 22. Capital (according to cod. S.)	3	0
Interest thereon for ten years	3	36
	7	56
a. by ἰδίᾳ	3	50
Sum	11	46
Refunded (Table IV.)	1	29
Still due ..	10	17

Compare I. p. 834. II. p. 839. 841. III. p. 862.

TABLE VI.

ACCOUNT AGAINST APHOBUS, WITH THE SUMS OF INTEREST APPENDED.

Drawn up from Or. in Aph. II.

Aphobus has

(1.) P. 839, 1. Dowry		80 minae
(2.) P. 839, 6. Knife-manufactory, during two years		30
(3.) P. 839, 15. By item for chairmakers, ⅓ (See Table V. P. 839, 17. By item for ivory ⅓[b] .. b. 2.) nearly	1	20
P. 839, 21. Sum ..	3	10

[b] That in Aph. II. p. 839, 20. καὶ δισχιλίας has been omitted after μάλιστα τάλαντον, is manifest from the addition of the preceding items and from the sum given in the next lines.

(4.) P. 839, 22.	By capital (according to Cod. S.) ..	3	0
(5.) P. 839, 23.	Interest on 3 talents in ten years ..	3	36
	Interest on the dowry, about	1	30
	,, knife-manufactory ..	0	30
		11	46
	Deduct the sum refunded and laid out	1	29
	Still due	10	17

Comp. Table V.

The judges pronounce sentence only for the sum of 10 talents, while Demosthenes always claims, indefinitely, "more than 10 talents."

TABLE VII.

a. ACCOUNT OF THE GUARDIANS.

Drawn up from Aph. I. p. 824. 825.

Received :

P. 824, 14.	Aphobus		108 minae	
	Therippides		120	
	Demophon		87	
	P. 824, 17.	5	15	
	Deduct, as not being received immediately after the father's death	1	17	
	Received immediately after the decease	3	58	
	Interest on 3 t. 58 m. in ten years	4	45	60 drachmae
	P. 824, 22. Due ..	8	43	60

Laid out :

P. 824, 24. Maintenance of the orphans .. .. 1 17 minae

This disbursement is covered by the proceeds which Therippides received for seven years from the knife-manufactory, at the rate of 11 minae annually, by which he robbed Demosthenes of 4 minae per annum; for when the manufactory was reduced to one-half, it still continued to bring in 15 minae annually. (P. 819, 8. 824, 24.)

P. 820, 6.	Cash refunded by Aphobus and Therippides		31 minae
	State imposts		18
	Set down at ..	1	0

Remains due, at least 7 talents.

b. SEPARATE ACCOUNT OF APHOBUS.

P. 825, 24. Acknowledged debt in capital (comp. p. 824, 14.) to the amount of		108 minae
To this we must annex for interest ..		82
P. 824, 9. 825, 26. ..	3	10

Observation.—108 minae of capital make, in ten years,
129 ,, 60 dr. for interest.

3 57 ,, 60 dr. capital together with interest.

But p. 824, 9. we read, as the sum total, only *τρία τάλαντα καὶ χιλίας*. The entire sum of capital and interest I have notified on the margin of my Paris edition by "f. *πεντακισχιλίας*." But we read p. 825, 26. *μάλιστα τρία τάλαντα καὶ χιλίας*, for which one would at any rate have expected *πλέον ἢ τρία τάλαντα*, or (if the interest upon the whole capital is meant to be taken for ten years) *μάλιστα τέτταρα τάλαντα*, without *χιλίας*. But to make this conjecture were an act of great audacity, especially as all the MSS. are agreed in the numbers of both passages. It would be better, with one of the Florentine (59, 17.) and probably with other accurately pointed MSS., to put a comma after *μάλιστα*, and to unite this with the preceding *δέκ' ἐτῶν*. So in Herodotus 7, 22. *ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα*. (Comp. 7, 30.) In Demosth. p. 819, 3.—*τὸ ἔργον τῶν δέκα ἐτῶν, μάλιστα τρία τάλαντα*, one might join *μάλιστα* with the two figures, between which it is placed, but next to that with the sum of money. We could thus let *καὶ χιλίας* stand in both passages, but must assume that the reason why Demosthenes reckons so little interest in this place is, either because there were some of dead property among the capital of 108 minae, which I do not believe to have been the case, as this distinction was not observed with the other guardians; or, which seems to me most probable, from p. 824, where a difference is expressly made between the sums received immediately and later on; that Aphobus also had received, later on, a part of the dowry (30 minae, see Table V.) and the two years' proceeds from the knife-manufactory (30 minae, see ibid.)[c].

813, 1. Εἰ *μὲν—ἐπιτρέπειν*] Citat Harpocratio s. v. *ἐπιτροπή*, qui *τὰ* ante *δίκαια* omisit et pro *ποιεῖν ἢ περὶ ὧν—τοῖς οἰκείοις* scripsit *ποιεῖν περὶ ὧν—τοῖς τε οἰκείοις* scripsit.

813, 2. *ἐπιτρέπειν*] *ἐπιτρέψαι με πείσας* Ἀρχένῳ *κ. τ. λ.* p. 861,

c [Posterior haec explicatio sola est vera habenda. De adverbio *μάλιστα* cum praecedente numero annorum conjungendo aut hic aut p. 819, 3. tanto minus cogitari debebat quod non *δέκα ἐτῶν* dictum est, quod supra posuit Voemelius, sed *τῶν δέκα ἐτῶν* cum articulo. G. DINDORF.]

25. *τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν* p. 1028, 7. Harpocration: *ἀντὶ τοῦ διαιτητὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι.* V. Anecd. Bekk. p. 260, 18. Plenius *τούτῳ ἐπετρέψαμεν δικάσαι περὶ ὧν ἐνεκαλοῦμεν ἀλλήλοις* p. 1013, 5. SCHAEF. *οἰκείους* igitur dicit arbitros privatos.

813, 4. *τοῖς ὑπ' ἐκείνων γνωσθεῖσιν ἐμμένειν*] Hoc est quod Aristoph. Vesp. 544. dixit *τῇ διαίτῃ ἐμμένειν.*

813, 11. *οἶδα — βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια*] Manifesta in his est imitatio verborum Isaei p. 69, 9. notata ab Schoemanno: *ἔστι μὲν οὖν χαλεπὸν, ὦ ἄνδρες, πρὸς παρασκευὰς λόγων καὶ μάρτυρας οὐ τἀληθῆ μαρτυροῦντας εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι περὶ τηλικούτων, παντάπασιν ἀπείρως ἔχοντα δικαστηρίων· οὐ μὴν ἀλλὰ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω καὶ παρ' ὑμῶν τεύξεσθαι τῶν δικαίων καὶ μέχρι γε τοῦ τὰ δίκαια εἰπεῖν καὶ αὐτὸς ἀρκούντως ἐρεῖν, ἂν μή τι συμβῇ τοιοῦτον ὃ νῦν ὑπ' ἐμοῦ τυγχάνει προσδοκώμενον. δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι, κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια.* Conf. ad p. 874, 21.

813, 12. *παρασκευάσασθαι*] Dicitur ille *παρεσκευάσθαι*, qui pecunia, precibus, gratia praesidium et opes adversus jura civilia, amicis, advocatis conscribendis, judicibus corrumpendis, comparavit, quibus munitus et fretus ad caussam suam dicendam fidens atque securus accedat. REISK. V. not. ad p. 864, 17. SCHAEF.

814, 5. *ὅθεν δ' οὖν ῥᾷστα μαθήσεσθε* —] Usitata oratoribus formula ubi prooemio absoluto ad narrationem transeunt: v. exempla collecta ab Schoemanno ad Isaeum p. 180.

814, 15. *γεγονότοιν*] Adverte dualis hac in sede usum referendi ad duo membra conjuncta, non per copulam, sed per particulas partientes *μέν* et *δέ*. SCHAEF.

814, 17. *κἀκείνῳ*] Redit ad proximum, Therippidem. REISK.

814, 19. *ἕως*] Libri aliquot *ἕως ἄν*. *ἕως ἐγὼ ἀνὴρ γενοίμην* p. 857, 15. ubi idem est librorum quorundam vitium. SCHAEF.

814, 22. *αὐτῷ δὲ τούτῳ*] Huic Aphobo, in quem actio tota invehitur. REISK.

814, 25. *τῇ οἰκίᾳ*] Vulg. *τὴν οἰκίαν*. Correxi meo arbitratu *τῇ οἰκίᾳ*, scilicet *χρῆσθαι*, quod statim sequitur. *dedit ei hoc, ut domo mea et supellectili domestica tantisper uteretur.* Aliud est *διδόναι τινὶ οἰκίαν*, *domum alicui donare*, in quo jus proprietatis ad alium transfertur, aliud *διδόναι τινὶ χρῆσθαι οἰκίᾳ*, *alicui usum domus solummodo concedere.* Nunquam Demosthenes pater Aphobo domum donavit, sed indulsit tantummodo usum fructum: et paulo post dicitur quoque Aphobus domum Demostheni filio puberi facto reddidisse. REISK. V. Argument. p. 812, 3. SCHAEF.

814, 27. *οὐκ—ἐπιτροπευθῆναι*] Citant Anecd. Bekk. p. 145, 28. SCHAEF.

814, 28. *ταύτης—προσγενομένης*] Adverte locutionem pleonasticam. Conf. Ind. ad Homeri Odyss. p. 176. Nec tamen tales pleonasmi vi sua carent: quippe usurpantur, ut notio inprimis attendenda magis exsistat. SCHAEF.

815, 1. σφίσιν—διαχειρίσαντες] Hinc Anecd. Bekk. p. 134, 11. sola haec citant: *σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἄλλην οὐσίαν ἅπασαν διαχειρίσαντες*. SCHAEF.

815, 2. καὶ—ἐπιτροπεύσαντες] Citant Anecd. Bekk. p. 145, 29. SCHAEF.

τὰ μὲν — ἀπεστερήκασι] Citant Anecd. Bekk. p. 119, 10. SCHAEF.

815, 5. μάλιστα—μνᾶς] Domum et 14 mancipia non esse nisi 40 minis aestimata per est incredibile. Ipse Demosthenes p. 816, 21. domum triginta minis aestimat, et servile quodque caput, tametsi vilissimum, ternis minis ibid. v. 7: unde summa 42 minarum exsistit. Adde triginta minas parati aeris et alias triginta minas, pretium domus. Sunt minae centum et duae. Non capio has rationes. Quamquam novi Demosthenem solere caussam et pretia rerum, prout expedit et caussae inservit, aut attollere aut deprimere. REISK. Quis credat Demosthenem in primo orandi periculo falsa computatione ad fraudem faciendam usum esse? Suspicor igitur tutores adolescenti tradidisse domum tam ruinosam et mancipia tam vilia, ut pluris aestimari non possent. SCHAEF. Repetit hunc numerum infra v. 22. et *οἰκίαν τρισχιλίων* p. 816, 21.

815, 7. τοῦτ' ἔστιν] Quod scilicet haereditatem 14 talentorum, quae decennio rite administrata et foenori collocata potuerat duplo augeri, interverterint, neque de tantis opibus reddiderint nisi unum talentum cum decem minis. REISK.

815, 11. τὴν συμμορίαν] Citat h. l. Harpocration v. Συμμορία. REISK. Item Photius s. h. v. et Etymolog. M. p. 734, 34. SCHAEF.

κατὰ—εἰσφέρειν] Hoc est, ut existimo, de aureis 250 aureos 50, de 15 talentis 3 talenta, quintam partem rei familiaris. Sed utrum soli divites tantum contulerunt, tenuiores minus, cum videatur aequalis esse solere tributorum ratio? II. Oratione legitur: *οὐκ ἐπὶ τοῖς μικροῖς τιμήμασι* etc. Deinde quae ratio est 25 minas particulatim nominandi prius, cum mox totus census commemoretur? WOLF. Particulatim, opinor, nominavit, quod hic tanquam canon esset in computandis exigendisque ditiorum contributionibus. Idem visum Reiskio ad p. 816, 1. SCHAEF.

815, 12. ὅσονπερ—εἰσέφερον] Idem recurrit p. 862, 12. Alterutrum locum spectavit Thomas M. p. 854. SCHAEF.

815, 13. τιμήματα] Vulgatum olim *τιμητὰ* usitatum non est, tametsi caeteroquin facile locum hic tueatur et conveniat. Sunt enim *τὰ τιμητὰ* ea, quae censentur, quorum caussa certus quidam census dependitur, ut agri, villae, domus. Sed idem quoque significat voc. *τίμημα*, tametsi etiam censum seu pecuniam significat eam, quae pro illis rebus aerario dependitur. REISK. Conf. oeckhius Oecon. Athen. vol. 2. p. 53. SCHAEF.

815, 17. οὐδένες] Ad *οὐδένες* malim *τὰ οὐδένων* addi. *neminem fuisse omnium, quotquot unquam tutores quorumcunque tandem*

fuere, qui ejus bona, cui esset tutor datus, turpius diripuerit, quam hi homines nostra bona diripuerunt. REISK. Non addendum quidquam, sed subaudiendum *τὸ τῶν ἐπιτροπευθέντων*. SCHAEF.

815, 28. *καὶ ἐκ τούτων*] Subaudi *καὶ μόνων*. *ex his vel solis*, etiamsi alia argumenta deficerent. REISK.

816. 1. *πεντεκαίδεκα—τίμημα*] Citat h. l. Harpocration v. *Τίμημα*. In vicenas quinas quasque minas dabant opulentissimi quique (pauperiores enim videntur minoris aestimati fuisse) drachmas quingentenas, seu, quod idem est, de drachmis quibusque 2500 dependebant drachmas 500 seu quintum nummum, ut nos usurpamus. de quinis quibusque talentis talenta singula. REISK. De quindecim talentis, quae fuit *οὐσία* Demosthenis, partem quintam sive tria talenta in symmoriam intulerant tutores pro Demosthene ut *τίμημα*, secundum quod *εἰσφορὰ* ab eo contribuenda computaretur. Quod symmoriarum institutum in *εἰσφοραῖς* introductum est Nausinico archonte Olymp. 100. 3: de quo v. Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 5[illegible] seqq. et Parreidtii Proleg. ad orationem de Symmoriis p. 11 seqq. *Τιμημάτων* autem classes plures fuerunt, quarum primae quinta pars *τῆς οὐσίας* in symmoriam inferenda fuit. *ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι εἰσέφερον*, ut orator ait supra p. 815, 13. De reliquarum classium nec numero constat nec censu. Apparet ex his quid intersit inter *τίμημα* et *εἰσφοράν* quod tamen non impedit quominus *εἰσφορὰ* latiore sensu pro *τίμημα* quoque dicatur, quod in symmoriam illatum normam praebet tributi (*εἰσφορᾶς*) computandi. Hinc recte dictum de tutoribus trium talentorum *τίμημα* inferentibus p. 816. 1. *ταύτην ἠξίουν εἰσφέρειν τὴν εἰσφοράν*.

816. 6. *ἀνὰ πέντε μνᾶς*] I. q. *ἕκαστον ἄξιον πέντε μνῶν* —. *τοὺς μὲν* ante *ἀνὰ* vulgo lectum videtur ab interprete constructionem explente profectum esse. V. L. Bosii Ellips. p. 329. SCHAEF. Sententia est, officinae, in qua gladii cuderentur, operas omnino fuisse triginta duos aut tres, et horum alios quinis senisve minis veniisse, alios ternis, sed neminem minus quam ternis. REISK.

816, 8. *μνᾶς ἀτελεῖς*] Lucrum intelligit quod superest deductis omnibus in rem factis sumtibus. REISK.

816, 10. *ὑποκειμένους*] V. p. 821, 12. SCHAEF.

816, 12. *ἐπὶ δραχμῇ*] *τῆς μνᾶς δραχμὴν ἑκάστου μηνὸς τόκον τελούσης*. Talentum minas habet 60. Hinc ergo singulis mensibus pendendae fuerunt 60 drachmae, quae conficiunt aureos 6. Duodecies 6 sunt 72 aurei, hoc est minae 7. Ita de centenis aureis numerandi fuerunt pene duodecim: quae Romanorum centesimis non absimilis usurarum ratio fuit. WOLF. Sententia est: Reliquit pater paratae pecuniae talentum propemodum (vel circiter), sed id foenori elocatum ita, ut de singulis minis drachmae singulae in mensem dependerentur. Mirifice locum hunc exposuit Palmerius Exercitatt. p. 636. REISK.

816, 17. *τὸ—ἔργον*] *οἱ τόκοι οἱ γιγνόμενοι*. WOLF. V. ad p. 820, 21. 822, 22. SCHAEF.

816, 20. εἰς ὀγδοήκοντα μνᾶς ἄξια] μνᾶς pro μνῶν corrigere malui quam εἰς ejicere. Sic paullo post ἄξια ταῦτα εἰς μυρίας δραχμάς.

κηκῖδα] Harpocration, κηκίς· βάμμα τι καὶ στύμμα, ἢ καρπός τις δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου α'. V. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 271, 26.

816, 22. χρυσία] Ornamenta aurea.

816, 23. εἰς μυρίας δραχμὰς] ἑκατὸν μνᾶς, 1000 aureorum. Lalamantius χιλίας vertit, et ego sic legendum existimo. WOLF. Bene habet vulgata. Cui credibile sit tam copiosam supellectilem, vestem, mundum, vasa tricliniaria domus perlocupletis non fuisse majoris quam sexta talenti parte aestimata? Sola vestis mulieris, cui fortunae perquam modicae essent, decem minis seu mille drachmis aestimatur in oratione in Spudiam. Praeterea si mille drachmas pro decies mille seu minas decem pro centum minis poneres, summa quindecim talentorum non coalesceret, quorum censum Demosthenes ait tria talenta dependisse seu quintam totius summae partem. Ponamus summas singulas et computemus:

4 talenta,	50 minae	ἀρχαίον κεφάλαιον (v. 15).
	50 minae	annui reditus (v. 17).
1 talentum,	20 minae	ebur, ferrum, ligna in lectos.
1 talentum,	10 minae	galla et aes.
	30 minae	domus.
1 talentum,	40 minae	supellex domestica, vasa, vestis, mundus muliebris.
1 talentum,	20 minae	argenti praesentis.
1 talentum,	10 minae	argenti foenore nautico crediti.
	24 minae	in mensa Pasionis.
	6 minae	in mensa Pyladis.
	16 minae	apud Demomelem.
1 talentum		conflatum e summis minutis diversis mutuo datis.

Summa conficit 14 talenta cum 36 minis.

Ecquis probet denique, solam gallam et aes septem drachmarum millibus aestimari, tantam copiam vestis, supellectilis, vasa tot aurea et argentea, mundum denique matronae divitis non nisi mille drachmis? Abhorret hoc. Ipse Demosthenes p. 817, 23. vasa argentea sola cum mundo matris aestimat 5000 drachmis. Ergo reliqua tantidem fuisse minus credemus? REISK. Conf. Voemelii Tab. III.

816, 25. ἀργυρίου δ' ἔνδον] S. ἀποκειμένου, ἀργοῦ, τεθησαυρισμένου. WOLF.

816, 26. ναυτικὰ] S. χρήματα. δάνειον ναυτικὸν, usuras nauticas sive maritimas, trajectitiam pecuniam: cujus usurae majores fuere caeteris, ut alibi videbimus. Lalamantius: *LXX vero minas in classis apparatum expendendas.* WOLF.

ἔκδοσιν] Citat h. l. Harpocration v. Ἔκδοσις. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 247, 21. et Zonaras p. 655. SCHAEF.

816, 27. ἐπὶ τῇ τραπέζῃ] Usitata formula de mensis trapezita-

rum. Sic in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 260. ἀργύριον ἐπὶ τραπέζῃ T T T (tria talenta). Ἀττικόν. quocum nostrum locum comparavit Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 332.

817, 2. διακεχρημένον] Citat h. l. Harpocration v. Διακεχρημένον. REISK. *Pluribus mutuo datum.* Minus recte Lexicographi. SCHAEF.

817, 3. ὀκτὼ—μναῖ] Octo talenta cum dimidio. Calculus non bene subductus. Confiunt enim e superioribus summis 8 talenta et 56 minae, h. e. novem talenta minus quatuor minis, demtis scilicet duobus articulis, qui primi sunt in tabula superius posita. Ergone pro τριάκοντα legendum est πεντήκοντα? REISK. Recte corrigit πεντήκοντα. V. Voemelii Tab. III. sub litera *c*.

γίγνονται] Notissimum est idioma syntacticum, quo verbi numerus accommodatur numero, non subjecti, sed praedicati. SCHAEF.

817, 4. συμπάντων] Subaudi τὸ κεφάλαιον e praemissis. REISK.

817, 9. πρὸς τὸ αὐτὸ ὕδωρ] Aquam, quae acturis caussas in foro ad dicendum infundi solebat in Clepsydram. REISK. V. ad p. 274, 10. 359, 5.

817, 11. ἢ e libris melioribus restitutum pro καί. Sic advertendus pluralis ἔχουσι: de quo idiomate v. Melet. Crit. p. 24. Licet autem in tali constructione pluralem verbi numerum usurpari, quando particula ἢ duo ita disjungit, ut quod verbo significatur ambobus simul competat. SCHAEF.

817, 18. περὶ τῶν ἄλλων] Subaudi a communi ἐπιδείξω. Sed an etiam bene Graece dicitur ἐπιδεικνύναι περί τινος? An deest potius διέξειμι? Videtur hoc probabilius. Nisi volumus ποιήσομαι τοὺς λόγους e v. 15. repetere: sed hoc longiuscule arcessitum. REISK. Simplicissimum est ex antegresso ἐπιδείξω subaudire verbum cognatae significationis, e. c. ἐρῶ. SCHAEF.

817, 23. εἶχεν] Scilicet Aphobus. SCHAEF.

817, 27. εἰς Κέρκυραν] Respicit ad expeditionem a Timotheo susceptam Olymp. 101, 2: de qua v. Xenophon Hist. Gr. 5, 4, 64.

817, 28. ἀπέγραψε libri meliores. Vulgo ἀπεγράψατο. Activum recurrit p. 818, 20. et 828, 15. SCHAEF. Utrumque de iis dicitur quae in indicem referuntur. Medio utitur Isaeus p. 88, 29. μικροῦ δεούσας χιλίας δραχμὰς μαρτύρων ἐναντίον ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῦ παιδὸς ἀπεγράψατο. et p. 87, 24. V. Schoemann. p. 471.

818, 5. τηθίδα] Sic etiam in Bavarico est, sed super θ est τ scriptum a recentiore manu. REISK. Voluit librarius τητθίδα. Quae forma est rejectanea. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 134. SCHAEF.

818, 6. σῖτον] Citat h. l. Harpocration (et Photius) v. Σῖτος. REISK.

818, 7. οὐδὲ—ἐθέλοντος] Elocatio aedium intelligatur cum omni instrumento et facultatibus. WOLF. Atqui aedes elocandae non erant, cum Demosthenis patris testamento Aphobo

habitandae fuissent relictae. *αὐτῷ δὲ τούτῳ* (*Ἀφόβῳ*) *τὴν μητέρα τὴν ἡμετέραν καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς καὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς*, p. 814, 25. *οὗτος γὰρ* (*Ἄφοβος*) *εὐθὺς μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον ᾤκει τὴν οἰκίαν εἰσελθὼν κατὰ τὴν ἐκείνου διαθήκην*, p. 817, 20. *ἣν δὲ ταῦθ', ἃ γεγράφθαι φησὶν ἐν τῇ διαθήκῃ, δύο μὲν τάλαντα Δημοφῶντα λαβεῖν εὐθύς, τὴν δ' ἀδελφὴν, ὅταν ἡλικίαν ἔχῃ·—τοῦτον δ'* (*Ἄφοβον*) *ὀγδοήκοντα μνᾶς καὶ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν καὶ τὴν οἰκίαν οἰκεῖν· Θηριππίδην δ' ἑβδομήκοντα μνᾶς λαβόντα καρπώσασθαι, ἕως ἐγὼ ἀνὴρ γενοίμην. τὰ δ' ἄλλα, ὅσ' ἐμοὶ χωρὶς τούτων κατελείφθη, καὶ τὸ μισθοῦν τὸν οἶκον ἠφάνιζεν ἐκ τῆς διαθήκης*, in Aphob. 3. p. 857. Ubi notandum *οἰκίαν* et *οἶκον* distingui. *οἶκος* igitur hac oratione est *possessiones, property*. Et in hoc sensu est apud Lysiam in Aristogit. p. 906. "*substantia universa*," ut Reiskius interpretatur. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 365. Recte. Sic *τοῖς πᾶσι χρήμασιν* et *τοὺς οἴκους* p. 862, 18. sunt *φράσεις ἰσοδυναμοῦσαι*. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 122. 157, 379. Ipsum quod sequitur, *ἀλλὰ—ἀξιοῦντος*, arguit non aedes intelligendas esse. SCHAEF.

818, 29. *ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς* (drachma $1\frac{1}{2}$)—*ἐπὶ δραχμῇ*] Id est $18\frac{0}{0}$—$12\frac{0}{0}$ pro anno. V. ad p. 816, 12. *ἐπὶ δραχμῇ τιθέναι* iterum p. 820, 21.

819, 3. *δώδεκα*] *δέκα* alii libri vitiose, id quod ex computo apparet. Octoginta minae dant in mensem, si usura est drachmalis, 80 drachmas: Demosthenes enim drachmalem solummodo ponit. Hae octoginta drachmae duodecies iteratae dant in annum 960 drachmas. Hae 960 drachmae rursus duodecies iteratae efficiunt usuram duodecennem, 11520 drachmarum, hoc est unum talentum, 55 minas cum 20 drachmis. Quae addes summae superiori, uni talento cum 20 minis. Habebis 3 talenta cum 15 minis et 20 drachmis. Sed decennis usura non conficeret nisi 2 talenta, 40 minas, 35 drachmas. Attamen Aphobus non plus quam decennio tutelam gessit, et p. 820, 6. duo tantum et v. 20. octo annos numerat, qui conficiunt decem. Biennio, postquam defuncti tutores tutela essent, dixit iis orator diem. Sed illius quoque biennii usuras ei debebant, quod nihil ei reddidissent eorum omnium, quae ipsorum fidei commissa fuerant. REISK. Recte *δέκα* restitutum ex codd. Reiskius enim in computatione decennis usurae lapsus est. Scilicet sic confiunt 2 talenta cum 56 minis, quae recte dicuntur *μάλιστα τρία τάλαντα*, i. e. *quae proxime summam 3 talentorum accedant*. SCHAEFER. Ego quoque *δέκα* restitui. Conf. Voemelii Tab. V. et Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 76.

819, 6. *τοῦ ἐργαστηρίου*] Fabrorum puta gladios cudentium. V. p. 816, 6. SCHAEF.

819, 7. *ἀναισχυντόταϑ' ἀνθρώπων*] *ὠμόταϑ' ἀνθρώπων* p. 821, 22. V. ad p. 980, 26. SCHAEF.

819, 9. *ἀπ' αὐτῶν*] Exspectes *ἀπ' αὐτοῦ*, nam de una tantum officina loquitur. Sed accommodavit orator orationem *πρὸς τὸ νοούμενον*, rei, quam mente agitabat: scilicet *τῶν ἀνδραπόδων*

τῶν ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ἐργαζομένων. V. ad v. 6. REISK. αὐτῶν h. l. et τούτων v. 17. et αὐτὰ v. 18. malim absolute dicta intelligere: ut cogitandum sit de operibus officinae, non de operis. Conf. p. 820, 9. 13. SCHAEF.

819. 10. τούτων] Redit ad tutores Demosthenis. REISK.

819. 17. τούτων] Cum praemisisset ἐργαστήριον, tamen τούτων subjicit. Scilicet ἐργαστήριον est grex operarum in officina quadam rei cuidam parandae operantium. Ergo recte τούτων usurpat, scilicet τῶν ἐργατῶν. REISK. V. ad v. 9. SCHAEF.

819. 18. αὐτὰ] Scilicet τὰ ἀνδράποδα καὶ τὰ αὐτῶν ἔργα. REISK. V. not. ad v. 9. SCHAEF.

819. 22. ἀργὸν φῇ γενέσθαι] Scilicet τὸ ἐργαστήριον. REISK.

820, 1. ἐκείνῳ] Therippidae puta. REISK.

820, 13. ἐκεῖνος] Milyas. REISK.

820, 15. οὗτος] Aphobus. REISK.

820, 17. αὐτοῖς] Judicibus puta. REISK.

820, 21. τὸ ἔργον] V. ad p. 816, 17. SCHAEF.

820. 22. ἄλλας—εὑρήσει] Triginta minarum usura drachmalis annua conficit 360 drachmas. Haec octies iterata drachmas 2880 conficit, h. e. 28 minas et 80 drachmas. Pro quibus numerum rotundum, quem additum ὁμοῦ significat, posuit triginta minarum. V. Voemelii Tab. V. sub *a*.

820, 24. τέτταρα τάλαντα] V. computationem Voemelii l. c.

σὺν τοῖς ἀρχαίοις] Vult dicere usuras cum capite, ut dotem matris cum usuris, item triginta minas reditus annui ex officina percepti cum usuris per octennium. REISK.

820, 25. ὅσα ἔνια] Notabilis locutio, cui nihil similius legere memini quam quod olim vulgabatur Herodoti 7. 187. προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων. SCHAEF.

821, 7. ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν] V. Dobr. Aristoph. Add. p. (122.) et Erfurdt. in Horreo Regimont. 3. p. 458.

821, 11. κενότατον] Codex unus κενώτατον contra regulam grammaticorum, de qua dictum ad H. Steph. Thes. s. v. κενός.

821. 12. ὁ ὑποθεὶς] Moeriades est. V. p. 822. 2. REISK.

821, 13. ἐράνους λέλοιπε] *Collationes multas omisit dependere*: ex eo genere collationum, quae publico aerario conferebantur necessario a civibus singulis ad sublevanda onera reip., ut e. c. ad alendos exercitus. REISK. Hae vero collationes dicuntur εἰσφοραί, non ἔρανοι. Veriora de hoc loco tradit Ind. Graecitat. s. v. ἔρανος. λείπειν ἔρανον i. q. οὐ φέρειν ἔρανον. V. p. 776, 11. SCHAEF.

821, 17. ἢ τίς ἀφείλετο] Minus bene alii libri ὡς ἀφείλετό τις: nam ὡς ἀφείλετό τις facile poterant causari: non poterant dicere τίς ἀφείλετο. SCHAEF.

821, 18. πρὸς τίνα] Edd. vet. πρός τινα. Illud Reiskius vertendo expressit. Scilicet in Annotatt. haec scripsit: "*aut adversus quem caussa ceciderint super his*, operis puta seu mancipiis." Recte. Conf. ad v. 17. SCHAEF.

821. 20. ἧς οὐδέν μοι προσήκει φροντίζειν] Elevat auctoritatem

testium, quos negat quicquam curasse, quid testati fuerint, verum an falsum, qui tam viles et pauperes et leves fuissent, ut poenarum nihil ipsis esset de falso testimonio perhibito timendum. REISK.

821, 21. τούτων ἂν ἀντελαμβάνοντο] *Haec urgerent*, scilicet quae orator commemoravit v. 16. SCHAEF.

821, 22. οὐδὲν—αὐτῶν] Refer ad τούτων v. 21. SCHAEF.

822, 3. τοῦτο τὸ συμβόλαιον—συμβεβλημένον] τοῦτο τὸ δάνειον—δεδανεισμένον. SCHAEF.

822, 20. παρὰ τοὺς κλινοποιοὺς] χωρὶς τῶν κλινοποιῶν. V. ad p. 490, 23. SCHAEF.

822, 22. τὸ ἔργον αὐτῶν] V. ad p. 816, 17. SCHAEF.

ἀπεδίδοντο] Vulg. ἀπεδίδοτο. ἀπεδίδοντο August. primus et quintus, Bavaricus. Correxi ἀπεδίδοντο in plurali. *pater meus, dum adhuc superesset, harum mercium haud parum vendebat, Demophon item et hic Aphobus post patris excessum.* REISK.

824, 3. τὸ ἔργον] Dubium est quid hic significet, quaestumne usurarium an opera ex ebore elaborata. REISK. Posterius verum puto. Conf. p. 820, 3. SCHAEF.

824, 5. παρὰ τὸν λόγον, ὃν ἀποφέρουσιν] Wolfius: *ex rationibus, quas referunt.* V. Reiskius ad p. 828, 20. SCHAEF.

824, 7. ἐπιδείξω ὑμῖν τρεῖς μὲν ὄντας κ. τ. λ.] Novum init computum quaestus illius, quem tres tutores ex officinis et numis praesentibus Demostheni a patre relictis per decennium fecerant, non, ut superior computus, ex calculo Demosthenis, sed ex ipsorum tutorum laterculo, quem judicibus exhibuerant, confectum. REISK.

824, 9. τρία τάλαντα καὶ χιλίας] V. ad p. 825, 6.

824, 10. χωρὶς τούτων πλείω τιθεὶς] χωρὶς τούτων, τῶν τριῶν ταλάντων. τὸ πλείω τιθεὶς refertur ad ἐπιδείξω et personam Demosthenis, qui videri vult ἐκ περιουσίας adversariis largiri aliquid. Locus sane obscurus est et facilis offensio. WOLF. τούτων non cum proximo insequente πλείω, sed cum proximo superiori χωρὶς est copulandum. Sententia est: Aio ex ipsorum tutorum rationibus constare, illos mihi plus quam octo talenta debere etiam post deductos, quos in me alendum fecerunt, sumtus, quos sumtus ego majoris etiam, atque illi ipsi, aestimo, et deductis item illis, quae mihi reddiderunt. REISK. Sententiam bene enucleavit: sed τὸ ἑξῆς quod finxit ei non congruit. χωρὶς, *seorsum*, scilicet ut deducantur. τούτων πλείω τιθεὶς, *pluris putans quam hi.* SCHAEFER.

824, 22. ὀκτὼ τάλαντα—καὶ χίλιας] Non congruunt rationes meae Demosthenicis. Ponit tutores tulisse talenta quinque cum duodecim minis, tum quatuor talenta cum pauco defectu. Detrahamus duodecim illas minas, quo quatuor haec talenta integrentur. Erunt ergo novem integra talenta. Adde horum quatuor talentorum usuras decennes. Quatuor talenta usuram ferunt annuam 28 minas cum 80 drachmis: per decennium 288 minas et 800 drachmas, hoc est 4 talenta, 56 minas. Erit ergo

summa 13 talentorum et 56 minarum. REISK. Recte haec computavit Reiskius: ex quo sequitur χιλίας in τετρακισχιλίας mutandum fuisse, quod ego feci fecitque Voemelius, cujus v. Tab. VII.

824, 25. τὴν—τροφὴν] Sunt alimenta Demostheni et sorori et matri praebita. REISK. V. Voemelii Tab. VII.

824, 27. εἰς ταῦτα] εἰς τίνα; τὴν τροφὴν τῶν ἀνδραπόδων; Atqui reditus fuit tantum 7 minarum. WOLF. *Hoc titulo, hoc nomine.* REISK.

825, 2. τούτῳ] Scilicet τῷ ἀργυρίῳ. *hoc aere, hac summa plus largior illis, quam ipsi in rationes intulerunt.* septem minis puta. REISK. τούτων S. Non displicet. Conf. p. 824, 10. SCHAEFER. Recepi τούτων.

825, 22. τὸ δεινὸν] Tuetur hic locus quod Marklandum offenderat p. 471, 11. αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστιν. SCHAEF.

825, 26. τρία τάλαντα καὶ χιλίας] Usura haec est sesquidrachmalis. Sed vel sic quoque non satis constat ratio. Nam 108 minae faciunt ad usuram novenorum obolorum 162 drachmas per mensem et 1944 per annum, ergo per decennium 19440, hoc est talenta tria. 14 minas et 40 drachmas. ergo quatuor minas cum 40 drachmis plus quam Demosthenes posuit. Sed videtur orator saepenumero excessuum et defectuum non diligentissimam habuisse rationem, sed summas rotundas posuisse. REISK. Idem numerus supra p. 824, 9. Vide quae de eo Voemelius egoque supra diximus Tab. VII. sub litera *b*.

826, 6. κλέπτουσι—κακουργοῦσιν] κλέπτει aliquis quae ipse sibi servat: κακουργεῖ quae sinit alium furari. REISK. κακουργεῖν omnino est κακὸν πράττειν. SCHAEF.

826, 11. μισθώσουσι] Quod in libris est μισθώσοιτο, in cod. Aug. quinto apud Reiskium μισθώσοιντο scriptum. si recte haberet, passivo sensu accipiendum foret, ὅπως ὁ οἶκος μισθώσοιτο, quemadmodum μισθωθῆναι τὸν οἶκον dixit p. 836, 1. Verum multo probabilius est quod praeeunte Reiskio restitui μισθώσουσι duobus aliis locis commendatum, quos in annotatione critica memoravi.

826, 20. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ] Verius est ΜΑΡΤΥΡΙΑ. SCHAEF.

826, 21. Οὗτος] Therippides puta. REISK.

826, 23. Θηριππίδης] Vellem vel unus codex daret αὐτός. Vulgatam quidem non dubito esse interpretantis. SCHAEF. Delet Voemelius.

827, 2. Οὗτος] Aphobus puta. REISK.

827, 6. γραφῆναι μέν φησι] Scripta quidem illa in tabulis esse fatetur Aphobus, se autem negat illis assensum esse. h. e. non recepisse haereditatem aditurum illis scriptis conditionibus. V. p. 840, 2. REISK.

827, 8. μισθοῦν] τὸ μισθοῦν, id est τὴν πρόσταξιν τοῦ μισθοῦν. *recusat declarare* aut *in lucem proferre scriptum in tabulis testamenti mandatum de domo elocanda.* REISK.

827, 10. δῆλον τοίνυν ἐστὶν κ. τ. λ.] Sententia est: Ex iis testimoniis, quae tutorum ipsorum alii de aliis perhibent, satis constat ejus, quod aio, veritas, mihi scilicet tantam a patre relictam esse haereditatem. REISK. Non ex his testimoniis, sed e testamento. Jungenda enim δῆλον ἐκ τῶν διαθηκῶν. Quare post οὐσίαν interpunxi. τοίνυν h. l. valet quod toties, *porro*. SCHAEF.

827, 13. ὅστις γὰρ ἐκ τεττάρων ταλάντων κ. τ. λ.] Conf. p. 857, 21. SCHAEF.

ἐκ τεττάρων ταλάντων] Haec integra summa est, quam dividit in dotes et usumfructum. WOLF.

827, 17. πλέον—κατέλιπε] Non est *de pecunia plusquam duplo majore quam ea pecunia quam mihi reliquit*, verum *de pecunia plusquam duplo majore ea pecunia tutoribus data, quam pecuniam plusquam duplo majorem mihi reliquit*. Secundum idioma notissimum casu eodem positum est relativum ἧς, quo antecedens quod reticetur: alioquin esset πλέον ἢ διπλασίας· ἣν ἐμοὶ κατέλιπε. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 366. Conf. v. 21. SCHAEF.

827, 23. οὔπω] Quia tunc quinquennis erat Demosthenis soror. SEAGER. l. c.

827, 25. ἵνα δυοῖν θάτερον διαπράξαιτο, ἢ —] Poterat scribi simplicius: ἵνα δυοῖν θάτερον ἢ—. SCHAEF.

828, 2. τὰς] Abest ab S. aliisque. Malim servatum. Scilicet ἃς ὁ πατὴρ κατέλιπεν. SCHAEF.

828, 3. τὰ αὑτοῦ πράττειν] *Se ait rerum suarum sategisse neque otium sibi fuisse res alienas* (h. e. meas) *curandi*. REISK.

828, 13. ἐπιτρόπους] Malim συνεπιτρόπους. REISK. Hoc satis probabile. V. p. 818, 20. μετὰ τῶν συνεπιτρόπων p. 836, 26., ubi var. lect. ἐπιτρόπων. SCHAEF.

828, 15. ἀπογράψαντα] Post h. v. vereor ne desit τὴν δὲ μητέρα οὔτε γήμαντα, οὔτε σῖτον δόντα, vel tale quid. REISK. Non deest. Matrem enim hominem non duxisse in matrimonium, cum omnes scirent, non opus erat ἐπιδεικνύναι; victum autem praebitum esse cum p. 825, 1. legimus tum per se intelligitur. SCHAEF.

828, 20. παρὰ τὸν λόγον] Per illam ipsam rationem vel per illum computum, quem Aphobus ipse judicibus exhibuit. REISK. V. ad p. 824, 5. SCHAEF.

828, 25. πρὸς τῷ διαιτητῇ] κληρωτῷ videlicet, a quo provocare licebat et ad judicium venire. αἱρετὸν recusaverat Aphobus: quod docet orator p. 813. Εἰ μὲν ἐβούλετο Ἄφοβος — τὰ δίκαια ποιεῖν ἢ περὶ ὧν διαφερόμεθα τοῖς γε οἰκείοις ἐπιτρέπειν, οὐδὲν ἂν ἔδει δικῶν οὐδὲ πραγμάτων. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 366.

828, 26. ἐκτέτικεν—λάβοιεν] Juncti eadem in constructione indicativus et optativus nullo ad sensum discrimine. SCHAEF.

829, 3. τὸν ἀριθμὸν] Aut τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν aut τοσοῦτον ἀριθμὸν malim. REISK. Neutro opus: quod enim sequitur ὅσονπερ (ὅσον) vice fungitur relativi simplicis ὅν. SCHAEF.

829, 4. αὐτὸς] *Ipse solus tulisset.* REISK. Immo: *liquet ipsum accepisse.* SCHAEF.

829, 6. τὴν οὐσίαν τὴν αὑτοῦ] *Suas ipsius facultates.* SCHAEF.

829, 7. ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν] Quod est hominis sanae mentis. SCHAEF.

τἀρχαῖα ἀναλίσκων] Quod est aut heluonis aut male sani. SCHAEF.

829, 8. οὕτως] F. αὐτὸς οὕτως. WOLF. Vulg. οὗτος. Correxi οὕτως. ad hunc modum, ut tutor pupilli rem familiarem non e vectigalibus tueretur, sed ipsa sorte absumenda. REISK. V. not. seq. SCHAEF.

οὕτως ἐπιτροπευθεὶς] ὥσπερ ἐγώ. SCHAEF. οὕτως, omissum in S. dubitari potest an delendum sit.

829, 10. τοῦτον τὸν λόγον] Scilicet quo utebatur Aphobus prae se ferens consumta a se esse ipsa opum capita, τὰ ἀρχαῖα. Malim tamen τοιοῦτον λόγον, *ejusmodi rationem gestae a se tutelae,* qualem exhibuisset Aphobus. REISK. Cur maluerit non intelligo. SCHAEF.

829, 13. εἰ δέ — προσθήσειν] Citant Anecd. Bekk. p. 144, 19. SCHAEF.

τι] τις Anecd. Bekk. SCHAEF.

829, 15. δ' ἐμοὶ] δέ μου edd. ante Bekkerum, quod magis placet. SCHAEF.

829, 16. παρέδοσαν] Subaudi μοι. SCHAEF.

829, 17. κατεδιῄτησε] Scilicet ὁ διαιτητής. *id enim si fecisset Aphobus, arbiter contra eum non dedisset arbitrium.* REISK.

μαρτυρίαν δ' ἐνεβάλετο] μαρτυρίαν μὲν οὐδεμίαν ἐνεβάλετο p. 830, 12. Scilicet εἰς τὸν ἐχῖνον. V. Ind. Graecitat. s. v. ἐμβάλλειν. SCHAEF.

τοιαύτην] F. ψευδῆ. WOLF. F. ταύτην. SCHAEF.

829, 18. ἔχειν με] *Me habere a se tradita illa decem talenta.* REISK.

τίνος παραδόντος] Subaudi ἔχω. SCHAEF.

829, 22. διπλασίοις] Subaudi μέρεσιν. REISK. Indicantur 10 talenta, quae sunt duplo pauciora quam 30. SCHAEF.

830, 6. κατορωρυγμένα] *Clausa sub seris, in arca defossa,* ut etiam Latini usurpant. REISK. Quidni propria significatione dictum intelligamus? V. Xenophon Cyrop. 4, 2, 28. 8, 2, 21. Adde quod defossa recte dicuntur κεκρυμμένα v. 25. Nec miraberis pecuniam defossam: quippe hunc ejus servandae modum etiamnunc haud pauci, inprimis qui ruri vivunt, usurpant. SCHAEF.

830, 15. ἐκείνων] Alii libri ἐκείνου, ut ad λόγον referatur, quemadmodum ἐκείνων ad ταῦτα referri possit. Sed in pronomine quidem difficultatis nihil est, verum ὑπὸ est vitiosum et ei sufficiendum ἀπὸ, sive ἀπ' ἐκείνων sive ἀπ' ἐκείνου legas, sive denique ἐπ' ἐκείνῳ, scilicet τῷ λόγῳ. REISK. Non displicet ὑπ' ἐκείνου, scilicet τοῦ διαιτητοῦ. SCHAEF.

830, 22. εἰ μὲν γὰρ ὁ πατὴρ κ. τ. λ.] Recurrunt p. 858, 13. SCHAEF.

830, 23. καταλιπὼν] Malim καταλείπων in praesenti. *sic relinquens*, ita numeratam et paratam in arca jacentem tantam pecuniam, ita obviam et facilem atque patentem cuique involare volenti. REISK.

830, 26. οὐκ ἂν—κυρίους ἐποίησεν] Citant Anecd. Bekk. p. 128, 31. SCHAEF.

830, 27. αὐτοῖς] Non habent Anecd. Bekk. SCHAEF.

831, 1. ἔδωκεν] ἠγγύησεν p. 858, 20.

831, 8. τὴν Φιλωνίδου—ἔγημε] Hac de caussa videtur a matre contemta incitatus Demosthenes Aphobum potissimum accusasse, cum caeteris transegisse: nisi forte interciderint scriptae contra illos orationes, aut eo scriptae non sint, quod eodem prorsus essent argumento. WOLF.

ἔγημε] Post h. v. videtur haec sententia deesse: καὶ ταύτην (filiam Philonidae) μὲν ἐπ' ὀγδοήκοντα μναῖς ἔγημε. *et hanc quidem cum dote* 80 *minarum domum duxit, illam* [matrem meam] *vero noluit, cujus dotem, item minarum totidem, in manibus jam haberet et penes quam praeterea essent quatuor talenta, ter tantundem*. REISK. Sumsit quae deesse suspicatus est e p. 858, 27. Sed in libris nullum est defectus indicium: ac ne opus quidem est talia inseri, si ponas rem notam fuisse audientibus. Plena oratio: *Philonidae filiam domum duxit, quae ipsi nostis quam locupletem patrem habuerit* (s. *quam dotem secum attulerit*). SCHAEF.

831, 11. κἂν ἐπιδραμεῖν] *Non videtur vobis ille cursu involaturus, velis et equis* (ut ait Cicero) *concitatis accursurus ad hanc praedam auferendam fuisse*. REISK. V. p. 859, 1. SCHAEF.

831, 12. αὐτῶν] Redit ad illa quatuor commentitia talenta in arca defossa. REISK. V. p. 859, 2. SCHAEF.

831, 24. μισθώσαντι] I. e. εἰ ἐμίσθωσε. SCHAEF.

832, 3. Προβαλίσιος] In hac scriptura libri consentiunt hoc loco: sed p. 1361, 18. 20. ubi S. Προβαλείσιος cum libris editis, pauci codices Προβαλίσιος. Utriusque scripturae exempla etiam in inscriptionibus reperiuntur, velut per ι in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 164. et in inscr. navali p. 550. ed. Boeckh. eamque scripturam diserte agnoscit Choerob. in Crameri Anecd. Oxon. vol. 2. p. 248, 23.

832, 18. αὐτῆς] Constructio est: καὶ τῆς οὐσίας φερούσης πεντήκοντα μνᾶς, πρόσοδον τοῦ τρίτου μέρους αὐτῆς. *et cum substantia ferret quinquaginta minas, quae erant reditus annuus tertiae partis hujus substantiae*. REISK. Simplicius jungas καὶ αὐτῆς φερούσης πεντήκοντα μνᾶς πρ. τ. τρ. μ. SCHAEF.

832, 27. τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίησαι] I. e. οὐδέτερον. Monuit Shilleto ad orat. de falsa leg. p. 97. sic haec interpretatus, *they neither left the estate as it was at the time of my father's decease, nor did they take the other course open to them of farming it out.*

833, 15. *παρὰ μὲν τῶν—τῷ δὲ—*] V. Reizius de Accent. Inclinat. p. 69. SCHAEF.

833, 16. *διαγανακτεῖν* ex S. restitui pro vulgato *ἀγανακτεῖν*. Frequens hujus compositi usus apud scriptores recentiores, velut Plutarchum, Eusebium, Oribasium, quorum locos indicavi in Thesauro Stephani.

833, 17. *παντάπασιν*] Notabile additamentum formulae *δῆλον δέ*. SCHAEF.

εἰ γὰρ κατελείφθην] Anecd. Bekk. p. 144, 10. ex hoc loco citant *εἰ κατελείφθην ἐνιαύσιος*, consulto, opinor, omissis *γὰρ* et *μέν*. SCHAEF.

834, 1. *ὡς λήσοντες*] Subaudi *ταύτην ἀφανίζοντες* aut *τὴν οὐσίαν κλέπτοντες καὶ διαρπάζοντες*. *quasi nemo animadversurus sit aut observaturus, eos intervertisse testamentum cum fortunis.* REISK.

834, 2. *ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν*] *E vectigalibus meae substantiae.* REISK. Malim intelligere usuras, quas tutores e suis ipsorum facultatibus percipiebant. SCHAEF.

834, 7. *ἀφείλεσθε*] *Soletis adimere.* Et sic quoque *ὑπελείπετε*, *soletis relinquere*. REISK. Significatur quod vere contigit simulque ita comparatum est, ut probabile adeoque certum sit in simili rerum circumstantia rursus futurum esse. SCHAEF.

834, 25. *τὴν ἐπωβελίαν ὀφλήσω μνᾶς ἑκατόν*] Postulabat nempe Demosthenes Aphobum decem talentorum, quae aequivalent sexcentis minis. Harum sexta pars sunt centum minae. REISK. Monuit etiam Wolfius ad p. 835, 13. V. Anecd. Bekk. p. 255. quaeque nostram citant orationem scholia ad Platon. p. 239. Ruhnk. (p. 457. Bekk.). SCHAEF.

834, 26. *τιμητὸν*] In *τιμητὸν* subauditur *ἐστὶ*, scilicet *τὸ τῆς καταψηφίσεως*. *res condemnationis ei est aestimabilis*, h. e. condemnatio constat ei solummodo aestimatione litis seu judices ei mulctam arbitrariam irrogant: qua in re, perquam incerta, potest reus aut premi aut sublevari, prout gratia judicum valet aut minus. Quod si ergo Aphobus gratiosus est et multos habet sui studiosos in numero judicum, potest mulcta quadam tralaticia et facile ferenda mulctatus, ad speciem solummodo, dicis caussa irrogata, aufugere. *mihi vero haec res est ἀτίμητον*, h. e. mulcta mihi luenda non est arbitrio et gratiae odiove judicum permissa, sed a legibus constituta, quam ut non augere, ita neque minuere licet judicibus. Integre dixisset sic: *καὶ τούτῳ μέν ἐστι τὸ πρᾶγμα τιμητὸν, ἐὰν καταψηφίσησθε αὐτοῦ.* REISK.

834, 27. *ποιήσεται*] Altera ratio, cur Aphobus condemnationem aequiore possit animo ferre quam Demosthenes, quia scilicet Aphobus mulctam, quaecunque irrogabitur, non de suis, sed de meis facultatibus luet. REISK.

835, 2. *δέομαι—καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ*] Eadem verba junguntur p. 1101, 3. 1127, 9. SCHAEF.

835, 3. *καὶ τῶν νόμων*] In annot. h. ante "A. r." excidit "om."

835, 4. *ἡμῖν*] Mihi et sorori matrique. Potest tamen more

Latino numero plurali solum semet designare. Ergone matres quoque et sorores pro filiis et sororibus (l. fratribus) debebant? Patris certe infamia ad filias quoque et per eas ad generos transibat, ut constat e p. 836, 17. REISK.

835, 13. τῆς ἐπωβελίας] Sexta pars aestimatae litis mulctae nomine solvenda erat. Cum autem 10 talenta peteret et singula talenta sexagenas minas contineant, 100 minarum periculo certabat. WOLF. V. ad p. 834, 25. SCHAEF.

XXVIII.

ADVERSUS APHOBUM II.

835, 3. ὁ πάππος ὤφειλε κ. τ. λ.] Qui debebant aerario, illorum bona fisco addicta erant: propria ipsorum itaque illa bona non erant. Quapropter etiam illa *φανερὰ καταστῆσαι* non poterant, h. e. eorum valorem apud quaestorem aerarii edere et sic censum convenientem dependere. REISK. Intelligendus avus Demosthenis maternus, nomine Gylon. V. p. 836, 18. SCHAEF. Et Aeschin. c. Ctesiph. p. 78, 14.

836, 3. ἐκεῖνος] Pater Demosthenis oratoris. REISK. Immo avus. SCHAEF.

836, 4. ὦφλεν] Male duo codices ὤφειλεν, licet infra v. 9. cum ceteris in ὦφλεν consentiant. ὀφείλειν est *debere*, ὀφλεῖν *mulctatum esse*. "Scilicet tutores Demosthenis mandatum sibi ab ejus patre simulaverant ut filii patrimonium ne elocarent propterea quod avus ejus *τῷ δημοσίῳ ὀφείλων ἐτελεύτησεν*, h. e. mortuus esset multa, ad quam condemnatus erat, aerario non persoluta. Testes autem quos produxerant non illud ὡς ὤφειλεν edixerant, sed ὡς ὦφλεν, h. e. non eum debitorem adhuc fuisse, quum moreretur, sed esse aliquando ad mulctam condemnatum. Atque hoc ipse Demosthenes non negat, illud alterum confictum esse arguit." SCHOEMANN. ad Isaeum p. 360.

836, 5. ἐνεβάλετο] Scilicet *μαρτυρίαν*. REISK. Intelligitur autem εἰς τὸν ἐχῖνον, quod interdum additur, ut p. 1203, 26. *ἐμβαλομένου ἐμοῦ ὅρκον εἰς τὸν ἐχῖνον.* "Nimirum haec quoque erat Aphobi malitia, quod illud testimonium non ante postremum diem τῆς ἀναιρέσεως attulit et in ἐχῖνον conjecit, quo minus spatii adversario daretur, si quid vellet contra afferre." SCHOEMANN. l. c.

836, 11. ὃ καὶ ἡμεῖς ἀμφισβητοῦμεν] *Quod etiam nos negamus.* SCHAEF.

ἐξεγένετο] Si nobis licuisset, scilicet testes producere, neque fuissemus ab angustiis temporis exclusi per insidiosam calliditatem Aphobi, qui hanc partem accusationis ad extremum diem reservaverat, quo nobis otium ne superesset producendis testibus hanc calumniam refutandi. REISK.

836, 13. αὐτῷ] Patri meo. REISK. Immo avo. SCHAEF.

836, 16. ὤφειλεν] Pater meus, tum cum diem suum supremum obiret. REISK. Immo avus. SCHAEF.

φανερὰ κεκτημένοις τὰ ὄντα] ἡ φανερὰ οὐσία est quam nemo non cernat oculis, ut praedia, domus, metalli fodinae et bona fere illa, quae immobilia vulgo appellantur, et quae in censum publicum relata vectigalia stata aerario dependit: ἡ κρύφιος vel ἀφανὴς, quae non patet cujusque aspectui, ut pecunia in arca defossa aut mutuo data aut in vasis pretiosis mundove collocata. REISK.

836, 17. πρῶτον μὲν γὰρ Δημοχάρης κ. τ. λ.] Apparet ex hoc loco, generos haereditate quasi accepisse socerorum infamiam, si capite minuti decessissent. REISK. Conf. not. ad Orat. I. p. 835, 4. SCHAEF.

836, 28. ἡγεμόνα τῆς συμμορίας] V. Parreidtii Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 24.

837, 17. αὐτὴν δὲ—ταύτην δὲ] δέ post ταύτην repetitum propter verba multa interjecta.

837, 26. τῇ πόλει;] Post haec videtur ἀλλ' οὐ δῆτα τῇ πόλει aut ἐμοὶ μέντοι, ἀλλ' οὐχὶ τῇ πόλει deesse. Est haec oratoris reprehensio et revocatio suimet. Primum dubitat: *Mihine an urbi fecistis bona mea inconspicua?* h. e. eripuistis, e medio sustulistis, ut oculis cerni nusquam possint. Tum reprehendens ipse semet negat se dubitare, sed certo scire ait tutores operam dedisse ut ipse quidem pupillus nesciret, quo abiissent sibi sua bona, urbs autem ut bene nosset, quae et quanta ipsi bona essent. REISK. Nihil deest. Subaudi: *Quanquam quid vos interrogo?* SCHAEF.

837, 28. τιμησάμενοι] *Ne illa quidem ipsa traditis mihi in manus, quorum cum aestimationem curassetis a censoribus quaestoribusve fieri, tum censum eorum meo nomine reip. dependistis et in aerarium intulistis.* REISK.

838, 1. εἰσεφέρετε] Scilicet ὑπὲρ ἐμοῦ. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 366.

838, 3. τῶν τεττάρων ταλάντων καὶ τρισχιλίων] Talenta duo, Demosthenis sororis dotem, acceperat Demopho; minas octoginta, dotem matris Demosthenis, Aphobus. Si his addantur septuaginta minae, quarum usumfructum habuerat Therippides, erunt talenta quatuor et triginta minae, h. e. talenta quatuor et tria millia drachmarum. SEAGER. l. c. p. 367.

838, 15. ἀναφέρετε] Culpam male gestae administrationis alii in alios confertis dicentes quique "Non ego, sed ille vel ille hanc partem curavit." REISK.

839, 5. ἀναγίγνωσκε] ἀνάγνωθι Bavaricus. REISK. ἀνάγνωθι legitur v. 10. Amborum prorsus eadem est significatio. V. not. ad p. 483, 17. 494, 17. 582, 15. 874, 17. SCHAEF.

839, 8. τὴν μίσθωσιν] Curam elocandi et locaria redigendi. REISK.

839, 20. μάλιστα τάλαντον] Quod sequitur ταῦτα τρία τάλαντα

καὶ χιλίας ostendit hic post τάλαντον excidisse καὶ δισχιλίας, quod restituit Voemelius, cujus vide Tabul. V. et VI.

839, 22. τοῦ μὲν ἀρχαίου πέντε τάλαντα] Pro πέντε ex S. scribendum τρία. V. Voemel. Tab. V. sub litera *b*.

840, 2. ὁμολογῆσαι] Subaudi a communi πρὸς τὸν μεταπεμψάμενον. Venisse quidem in Demosthenis patris moribundi domum aiebat Aphobus, sed negabat ad eum accessisse, negabat item de praescriptis tutelae gerendae conditionibus ad eum quicquam condixisse. REISK.

840, 4. ἐκεῖνος] Pater meus. REISK.

840, 10. Δήμωνα τὸν ἀδελφὸν] Colligitur ex hoc loco, Demonem, fratrem Demosthenis senioris, jam adfuisse, antequam illi tres tutores advenirent vocati. REISK.

τὰ σώματα ἡμῶν] Me puta, sororem et matrem. REISK.

840, 25. καὶ τούτοις—ἐπιβεβουλευκώς] Machinabatur, ut vel hoc pauxillum, quod ne septuaginta minas quidem valeret, interverteret et mihi eriperet. REISK.

840, 26. ὡς γὰρ τὰς δίκας ταύτας κ. τ. λ.] Conf. p. 539, 22. SCHAEF.

841, 3. Θρασύλοχος] Thrasylochus hic erat frater Midiae: quorum de fratrum nequitia hac in re demonstrata multis noster questus est in oratione contra Midiam. REISK.

841, 5. ἀντέδωκα—τευξόμενος] In oratione κατὰ Μειδίου p. 540, 2. καὶ πρῶτον μὲν κατέσχισαν τὰς θύρας τῶν οἰκημάτων, ὡς αὐτῶν ἤδη γιγνομένας. et post v. 18. δίδωμι εἴκοσι μνᾶς τούτοις, ὅσου τὴν τριηραρχίαν ἦσαν μεμισθωκότες. Ad verbum: *permutavi quidem, sed exclusi vel inclusi, ut disceptationem consecuturus.* WOLF. Sententia est: *excepi et reservavi mihi jus agendi in tutores titulo pecuniarum defraudatarum*, (διαδικασία enim erat actio de pecuniis controversis,) *nil desperans fore ut Thrasylochus hoc jus ne denegaret.* REISK. Similia Ind. Graecitat. s. v. ἀποκλείειν. Mihi videtur hoc dici: *conditionem oblatam ita accepi, ut hominem possessione bonorum meorum excluderem*, (quippe non bona commutaturus, sed munus trierarchicum suscepturus,) *quia sperabam fore ut litem tutoribus intendere possem.* Tum ille ἀποκλεισθεὶς κατέσχισε τὰς θύρας τῶν οἰκημάτων ceteraque perpetravit, quae in Midiana commemorantur. SCHAEF. Recte intellexit Westermannus in Prolegomenis (quae praecedenti orationi praefiximus) praeeunte Boeckhio Oecon. vol. 2. p. 126. Speraverat Demosthenes fore ut impetraret quam petiverat διαδικασίαν, i. e. jus in permutatione ab iis quae possideret excipiendi ea quae tutores ei deberent: quo non impetrato consilium mutaverat et viginti minas trierarchiae nomine Midiae ejusque fratri exsolverat.

841, 7. ὑποθεὶς] Hunc locum videtur Zonaras spectasse p. 1782. SCHAEF.

841, 9. οὐ cave cum Reiskio referas ad μεγάλα. *Nonne et ab initio graves injurias perpessus sum* etc. SCHAEF.

841, 16. ἀλλὰ καὶ—ἀπεστερημένους] Quomodo haec intelligenda

sint, docent sequentia. Primum enim grave damnum passus est Demosthenes per illam Thrasylochi machinationem: deinde metuendum ei fuit ne etiam reliquis bonis excideret, si, absoluto Aphobo, pendenda esset ἡ ἐπωβελία. Ut recte dicatur ὅσον γε τοὐπὶ τῇ τῶν ἐπιτρόπων πονηρίᾳ ἀπεστερημένος τῶν παραδοθέντων. SCHAEF.

841, 18. τι—ἄλλο] In ἄλλο, quod respondet Latino *secius*, subauditur ἢ προσήκει aut ἢ ἡμεῖς ἐθέλομεν καὶ ἐλπίζομεν. REISK. Infra p. 842, 13. εἰ δ' ὑμεῖς ἄλλο τι γνώσεσθε. SCHAEF.

841, 20. τῶν ὑποθεμένων] τῶν τὴν ὑποθήκην λαβόντων. ὁ ὑποθεὶς καὶ ὁ ὑποθέμενος differunt, ut τὸ τιθέναι καὶ θέσθαι νόμον: quorum prius est legislatoris, posterius populi. WOLF. V. Zonaras p. 1782. SCHAEF.

842, 15. τίνα—ἕξειν] τίνα με οἴεσθε ψυχὴν ἔχειν p. 1225, 18. Euripides Orest. 526. τίν' εἶχες—ψυχὴν—; SCHAEF.

XXIX.

ADVERSUS APHOBUM III.

843. 1. ΠΡΟΣ ΑΦΟΒΟΝ] Codices quidam ΥΠΕΡ ΦΑΝΟΥ. ad quod Reiskius "Phanus est ille, cujus caussam orator hac oratione agit. Caussa haec est. Phanus erat testatus, Aphobum verbis declarasse Milyam esse hominem liberum. Hujus testimonii caussa Phanum Aphobus falsi dicti testimonii reum egerat. Defendit ergo Phanum Demosthenes hac oratione. V. p. 851, 21. et 861, 26. Fueritne nomen Atticum Phanus, an nullum, in medio relinquam." Fuit nomen, verum non *Φάνος*, quod Reiskius videtur putasse, sed *Φανός* oxytonum idque *a* longo. Aristoph. Eq. 1256. *ἐγὼ δ' ἔσομαί σοι Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν*, ubi schol. *Σύμμαχος· φαίνεταί τις γραμματεὺς οὗτος τῶν πάνυ σπανίων ὄνομα κύριον. κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν ὡς φιλόδικον. Φαεινὸς δέ· ὁ καταγγέλλων καὶ φανερὰ ποιῶν τὰ πράγματα καὶ μηνύων. ἢ ἀπὸ τοῦ φαίνειν, ὅ ἐστι συκοφαντεῖν· Φανὸς γὰρ κακοπράγμων ἐγένετο φιλόνεικος γραμματεύς.*

843, 7. 10. *Φάνου—Φάνῳ*] Scribendum *Φανοῦ—Φανῷ*.

844, 1. *δίκης γενομένης πρὸς Ἄφοβον*] Minus accurate loquitur. Egerat Demosthenes non *πρὸς Ἄφοβον*, sed *κατ' Ἀφόβου (ἐπιτροπῆς)*. Nam qui poenam ab adversario repetit aut delicti privati, aut violati contractus, aut damni injuria dati, is *δίκην κατά τινος* instituere dicitur; reliquae actiones sunt *πρός τινα*. Monuit Schoemann. Antiq. juris publ. p. 274.

844, 2. *συνῄδη—ἐξελέγξας*] Idem est atque *σ. ἐμαυτῷ ὅτι ἐξήλεγξα*. *Nisi conscius mihi essem me jam antehac Aphobum convicisse mendaciorum.* REISK.

αὐτοῦ ψευσαμένου—ἐξελέγξας] Genitivus, qui offenderat Wolfium, recte habet, sive accusativum *μείζω καὶ δεινότερα* referas etiam ad *ἐξελέγξας*, sive ad hoc participium subaudias *αὐτόν*. Conf. L. Bosii Ellips. p. 50. SCHAEF.

844, 6. *παρακρούεται*] Praestat *παρακρούσεται*, quod est in F. videturque superscriptum fuisse in S. Verba sic construit Do-

braeus πῇ παρακρούσεται (sc. Ἄφοβος) ἕκαστα αὐτῶν (i. e. τῶν ψευδολογιῶν).

844, 7. σὺν θεοῖς εἰπεῖν] Plato, ut decet philosophum, mavult dicere σὺν θεῷ εἰπεῖν. V. Heindorfius ad Theaetet. p. 311. SCHAEF.

844, 12. τὴν ἐμαυτοῦ καταμεμφόμενος ἡλικίαν] Sic Isaeus p. 64. 40. τὴν ἡλικίαν τὴν ἑαυτοῦ καταμεμψάμενος.

844, 16. οὐχὶ τῷ—πιστεύων] Idem est ac si dixisset paulo inornatius, sed planius: οὐχὶ πιστεύων τῷ ἐξελέγξειν τινὰ, ὅτι τὰ ψευδῆ αὐτοῦ καταμεμαρτύρηκεν. REISK. Non minus planum est quod orator dedit. SCHAEF.

845, 5. τὴν δίκην] τὸ τῆς δίκης τίμημα, ut p. 844, 18. SCHAEF.

845, 15. Ἀφόβῳ] Aliud fortasse nomen pro hoc legendum. Quid si Αἰσίῳ, fratri Aphobi? WOLF. Dubitatur de nomine proprio Ἀφόβῳ, quod probumne sit an pravum parum mihi liquet. Aphobi certe hujus, contra quem actio est, filius non videtur fuisse: tametsi non extra morem esset Athenis ut filius patris nomen gereret, quod in ipso Demosthene constat. Nam infra Demosthenes ait jusjurandum a se esse Aphobo delatum κατὰ τῆς θυγατρός. Cur filia sola commemoraretur, si filius ei fuisset? Videtur itaque hic alter Aphobus (si hoc ei nomen fuit) Aphobi fraudibus tutelae nobilitati fuisse ex fratre nepos. Onetor fuit filius Philonidae Melitensis et affinis Aphobi: nam soror Onetoris erat uxor Aphobi. V. p. 831, 8. Num Αἰσίῳ legendum? V. p. 849, 2. REISK. Hoc recepi.

ἐκείνους] Significat Aphobum illum obscurum et Onetorem. REISK.

845, 17. τὸν λάκκον] Suidas: ὄρυγμα εἰς οἴνου καὶ ἐλαίου ὑποδοχήν. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 276, 20. et Photius, p. 204, 2. ubi ex h. l. citantur τῆς οἰκίας—ἐξῴκηκε non sine scripturae diversitate. SCHAEF.

845, 20. Μέγαράδ' ἐξῴκηκε] Aphobum Megara habitatum concessisse nil miror. Sed hoc miror, qui potuerit is contra Phanum et simul contra Demosthenem in foro Attico jure agere, qui voluntarium ipse sibi exsilium indixisset eoque foro Attico excessisset. REISK. Megara concesserat, sed non ut exsul nec patria ejurata. SCHAEF.

845, 21. Annotationem g. sic corrige, μισήσαιτε] μισήσετε S.

846, 12. ὥσθ'—εἴσεσθαι] Sic p. 865, 10. V. ad p. 363, 28. SCHAEF.

846, 17. Δημοφῶντι] Δήμωνι καὶ Δημοφῶντι edd. veteres et F. Demo dicitur συνεπίτροπος p. 861, 5. κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων p. 850, 15. SCHAEF. Scilicet Demon tribus tutoribus erat quasi πάρεδρος, eoque ipse tutor vocari potuit. DOBR.

846, 24. μαρτυριῶν πλέον ἢ πάνυ πολλῶν] Locutio hyperbolica, quam comparavi cum πλεῖν ἢ τάλαντα πολλά ap. Aristoph. Nub. 1065.

846, 29. τῶν] Deletum fortasse malis ut ortum ex iteratione syllabae antecedentis. Sic sine articulo ψευδομαρτυριῶν διώκων

p. 848, 17. εἰ ψευδομαρτυριῶν ὑπόδικον αὐτὸν ἐποίουν p. 849, 20. ἣν ἐγὼ τούτῳ ψευδομαρτυριῶν εἴληχα p. 1116, 28. Sed etiam p. 850, 16. cum articulo legitur: ἃ νῦν διώκει τῶν ψευδομαρτυριῶν. quodque nostro loco similius est: τίνι τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐπεσκήψω; p. 856, 21. Add. ibid. v. 27. 861, 11. 26. SCHAEF.

847, 7. τῶν ἐπιγεγραμμένων] ὅσον ἔγραψα ἐν τῇ δίκῃ. WOLF. *mulctam illi irrogarunt eandem, quam ego in libello meo accusatorio ei inscripseram.* REISK.

847, 11. ᾔδει σαφῶς ὅτι—] Plena oratio: ταύταις ᾔδει σαφῶς ὅτι—. SCHAEF.

847, 17. ἀποκρίσει δ' ἐπισκηψάμενος] *Quod si responsum improbasset.* Nihil ad sensum videtur facere. F. ταύτῃ δὲ (s. τῇ μαρτυρίᾳ) ἐπισκηψάμενος. *Sin hoc testimonium accusasset.* Nisi forte placeat ἀπορήσειν δ' ἐπισκηψάμενος ἐνόμιζεν. ut conjungas: ἐνόμιζεν ἐπισκηψάμενος (εἰ ἐπισκήψαιτο τοῖς ἄλλοις μάρτυσιν) ἀπορήσειν γενέσθαι ἔξαρνος. *se non ita facultatem habiturum denuo negandi, uti tum confessus erat, si testes persecutus esset.* WOLF. Quorum nil intelligo. Sensus: *Si uteretur exceptione, quae pro sua responsione coram arbitro edita venditaretur a me meisque advocatis, eam non suam responsionem, sed fictitiam et falsam esse.* Aphobus nempe, id quod ex prima harum contra eum dictarum orationum constat, coram arbitro a Demosthene de nonnullis gravissimis controversiae capitibus seu articulis interrogatus responderat, puero Demosthenis scribae partes agente et ab Aphobo dicta quaeque calamo excipiente. Sed Aphobus hanc responsionem infirmatum ibat hac excusatione, scribam neque recte audivisse a se dicta neque fideliter in literas retulisse. REISK. Wolfiana satis intelligo: quanquam Wolfius erravit parum attendens rationem contrapositorum. Scilicet ἀποκρίσει δ'— refertur ad τῶν μαρτυριῶν ὅσαι μὲν— v. 10. Ceterum Reiskius sensum loci bene enucleavit. SCHAEF.

847, 26. τῷ γραμματείῳ] Tabella publice proposita, ut a judicibus et quotquot judicio interessent spectari posset, in qua scripta esset summa controversiae, de qua judicibus esset decernendum. REISK.

847, 28. τούτου] Si absit, nemo requirat. Sed hic pronominis demonstrativi pleonasmus, index vividioris spiritus loquentium, usus est satis frequentis. V. Marklandus ad Lysiam p. 370 R. SCHAEF.

848, 2. ὅθ' ὡμολόγει ταῦθ' οὗτος] Scilicet Milyam hominem liberum esse, cum aliis, quae Aphobus tum confitebatur. REISK.

848, 3. τὴν μαρτυρίαν] Phani puta, qui hac oratione defenditur, et reliquorum, qui testabantur se interfuisse, cum Aphobus ista Demostheni interroganti responderet, vereque illa esse atque fideliter a commentariensi excepta et literis consignata. REISK. Recte. V. infra v. 24. et p. 849, 3. SCHAEF.

848, 6. ἀλλ' ἁπλῶς] Scilicet γράφειν ἃ ἤκουε. Sed videtur verbum παρῆν desiderari, ut sit ἀλλ' ἁπλῶς παρῆν· *sed ea de caussa sola* vel *ideo solummodo commentariensis ille aderat* vel *intererat*

isti actui, quo—. REISK. Non addendum, sed subaudiendum est παρῆν. SCHAEF.

848, 11. ὑπὸ μάλης] Citat h. l. [Photius et] Suidas v. Ὑπὸ μάλης. REISK. Item scholiastes ad Platon. p. 347. Bekk.

848, 12. ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ] H. e. ἐν τῷ τῆς ἀγορᾶς μέσῳ: ne mireris articulum non iterari. Nam ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ μέσῃ foret *in foro eo, quod medium est*: i. q. ἐν τῇ μέσῃ ἀγορᾷ. Herodotus 3, 76. ἔν τε δὲ τῇ ὁδῷ μέσῃ στείχοντες—. SCHAEF.

848, 21. περὶ δ' ἄλλων—ψευδόμενος] P. 859. γνώσεσθε γὰρ ἐξ αὐτῆς ἀκούσαντες, τὰ μεμαρτυρημένα ὡς ἔστιν ἀληθῆ, καὶ τὸν Μιλύαν ὅτι νῦν μὲν περὶ πάντων φησὶν ἐξαιτεῖν, τὸ δὲ πρῶτον ὑπὲρ τριάκοντα μόνον μνῶν ἐξῄτει. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 367.

848, 26. ἐμαρτύρησαν] Scilicet οἱ μάρτυρες. V. not. ad v. 3. Ad ἐκδιδόντος subaudi ἐμοῦ. Adverte autem duo genitivos absolutos deinceps sic positos, ut aliud prioris, posterioris aliud subjectum sit. SCHAEF.

848, 27. ὧν αὐτὸς] *De illis solummodo rebus certo per tormenta constare, de quibus constare et quae certa atque rata esse ille ipse vult et ejus interest.* REISK. Bene interpretatur compendium attractionis. Plena oratio: περὶ ὧν αὐτὸς βούλεται. Subdistinctionem igitur post τινων vulgo positam recte delevit Dindorf. SCHAEF.

848, 28. περὶ δ' αὖ τινῶν οὐ σαφής] *De quibus nil constare et quae dubia atque controversa manere ille vult et quae ejus interest supprimi, de his certum quid non constare.* REISK.

849, 1. ταύτην—Αἴσιος] Quod Phanus edidit et Aphobus falsi arguit atque oppugnat, idem testimonium Aphobi frater Aesius edidit. REISK.

849, 5. εὐθὺς παραχρῆμα] Alia hujus locutionis exempla dat Ind. Graecitat. s. v. παραχρῆμα. Nec tamen ita est pleonastica, ut prorsus obscuretur discrimen significationis ambarum vocum. Verte: *statim in ipso facinore.* V. not. ad p. 1237, 21. SCHAEF.

849, 7. ἐνέγραψα] Vulg. ἔγραψα. ἐνέγραψα correxi ex A. non scripsissem nomen ejus in numero reliquorum testium, quorum nomina subscripta sunt tabulis illis, quibus consignatae erant responsiones Aphobi ad interrogationes Demosthenis. V. v. 12. REISK.

849, 8. Ἀφόβῳ χρώμενον] Id est χρώμενον ὡς φίλῳ. Sic p. 894, 15. χρώμενος Ἡρακλείδῃ τῷ τραπεζίτῃ. p. 925, 2. ἐπιτήδειοί μοί εἰσι καὶ χρώμεθα ἀλλήλοις ὡς οἷόν τε μάλιστα. quae exempla comparavit Penrosius.

849, 11. τὸν ἑαυτοῦ διάφορον] Rarior constructio, sed proba. SCHAEF.

ἑαυτοῦ] Ipsum semet designat orator. Repugnat enim, ait, quemquam (h. e. me) scribere suum (h. e. meum) adversarium et hujus (Aphobi, mei adversarii) fratrem in testibus illis, qui testarentur vera esse illa, quae Aphobum gravarent, si vere dicta et scripta illa, de quibus quis testaretur, non fuissent. REISK.

849, 11. *μὴ ἀληθινῆς*] *εἰ μὴ ἀληθινὴ ἦν.* SCHAEF.

849, 16. *ἀλλὰ τότ' εὐθὺς*] Scilicet *ἔξαρνος ἦν.* sed tunc statim negasset se testem esse eorum, quorum testis scriptus esset. REISK.

849, 17. *αὐτὸν*] Fratrem. SCHAEF.

849, 18. *ὠφέλει*] Scilicet *τὸ ἐξαρνεῖσθαι.* REISK. Simplicius est de ipso Aesio intelligere. SCHAEF.

849, 21. *περὶ χρημάτων καὶ περὶ ἀτιμίας*] Alia ratione dicitur *περὶ χρημάτων*, alia *περὶ ἀτιμίας*. Illud valet *de facultatibus, ne mulcta irrogata imminuantur aut prorsus pereant*, hoc *de capitis deminutione, ut evitetur.* Conf. not. ad Porsoni Med. p. 94. edit. tert. Lips. SCHAEF.

849, 23. *τὸν γράφοντα*] Vice fungitur substantivi : ne *τὸν γράψαντα* scribendum putes. Sic etiam p. 850, 23. SCHAEF.

849, 27. *ἐπειδὴ—ἠθέλησεν*] *ἔξαρνος ἐγένετο* dubium esse possit ad Aphobum an ad Aesium redeat ; quamquam ad hunc potius. Sed *οὗτος* ad Aphobum certe redit. REISK. Sane *οὗτος* de Aphobo intelligendum. Quod ut fieri possit, sic interpunge : *ἐπειδὴ ταῦτ' ἔξαρνος ἐγένεθ' οὗτος, παραλαβεῖν ἠθέλησεν.* SCHAEF.

849, 28. *ὁμοίως φαίνονται*] *Ambo* fratres, Aphobus et Aesius. *pariter.* REISK.

καὶ περὶ τούτων] *Etiam de his.* Non solum negabant Aphobus et Aesius hoc, quod Demosthenes aiebat, Aesium interfuisse illi Aphobi *ἀνακρίσει* et testatum esse vera illa esse, quae puer Demosthenis pro responsis Aphobi consignasset, sed illud quoque negabant, Demosthenem obtulisse illum ipsum puerum explorationi per tormenta et ipsos noluisse puerum ad tormenta admittere. REISK. This is improbable, as it would imply that Demosthenes offered to prove by torture the fact of his having made the offer of giving up the young slave to be tortured, an offer which probably was not denied to have been made, and which at any rate would not have required such proof. See p. 848. *ἀλλὰ μὴν οὐχ εἷς—παρόντων.* The sense is, *but both brothers alike are found to avoid the proof of torture about this fact also*, namely, *the fact of Aesius having given the evidence.* PENROSE.

850, 11. *τὸν ἄνθρωπον*] Redit ad Milyam, quem cum Aphobus in *τῇ ἀνακρίσει* professus esset a se liberum haberi atque agnosci, postmodum idem negabat liberum esse ideoque ad tormenta sibi tradi poscebat ; Demosthenes autem recusabat, quod liber esset neque fas esset liberum corpus tormentis subjici. REISK.

850, 13. *προσκαλοῦμαι—εἰς μαρτυρίαν*] *Voco Aphobum ad arbitrum, qui ibi contra Demonem testaretur.* Sed quid? Ni fallor, hoc, Demonem mentitum esse, qui confirmasset se scire Milyam esse servum. Patet hoc e p. 861, 4. REISK. Haec se non intelligere Reiskius fatetur Ind. Graecitat. s. v. *προσκαλεῖν.* SCHAEF.

851, 2. *διὰ τοῦτο*] F. *διὰ τοῦτον*, Aphobum scilicet. Non enim video quo *τοῦτο* referatur. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 367.

διὰ τοῦτο, propterea quod de illo Demonis negotio non testibus quibus poteram usus sum, sed satis habui puerum ad quaestionem obtulisse. SCHAEF. *τοῦτον* etiam Dobraeus, collata p. 860, 10. *πῶς ὑμᾶς χρὴ τοὺς ὀμωμοκότας τούτῳ πειθομένους καταγνῶναι τῶν μαρτύρων;*

851, 4. *τούτων*] Subauditur *ἃ ἐμαρτύρησαν*. REISK.

851, 13. *ἐπαιρομένους*] Citat h. l. Harpocration v. *Ἐπαιρόμενος*. REISK. Thucyd. 3, 38. *κέρδει ἐπαιρόμενος τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας παράγειν πειράσεται.* PENROSE.

851, 15. *δι' ἔχθραν*] Ejus puta adversus quem testantur. REISK.

851, 23. *δι' ἀπορίαν ἄν τις φήσειε*] Scilicet *τούτους ἐμοὶ μεμαρτυρηκέναι κατὰ τούτου*. REISK.

851, 28. *μέτριοι δ' ὄντες ἄνθρωποι*] Idem est ac si dixisset: *ἀλλὰ γιγνωσκόμενοι ὡς ὄντες μέτριοι ἄνθρωποι* vel *ὅτι εἰσὶ μέτριοι ἄνθρωποι*. REISK.

852, 6. *ἃ πῶς—εἰρηκότα;*] Subaudi *ἢ οὕτως, ὡς ἐγὼ ἤλεγξα τοῦτον εἰρηκότα*. REISK.

852, 13. *τότε*] Cohaeret cum *ἀφεθέντα*. *quem meminerunt tunc emissum in libertatem.* Quia variae Athenis erant *ἀφέσεις*, (e. c. creditor aut actor dicebatur debitorem aut reum *ἀφιέναι καὶ ἀπαλλάττειν*, cum profiteretur sibi nihil ab eo numorum jurisve postulati deberi,) propterea ad *ἀφεθέντα* addit *ἐλεύθερον εἶναι*. REISK. V. p. 854, 2. SCHAEF.

κατ' ἐμοῦ—παραστησαμένη] Saepius haec formula in hac et ea quae sequitur oratione repetita non est obscura. WOLF. *πίστιν ἐπιθεῖναι* i. q. *ὀμνύναι*. *παραστησάμενον τοὺς παῖδας αὐτὸν κατὰ τούτων ὀμεῖσθαι* p. 1268, 22. Nostrum recurrit p. 854, 16. 860, 17. 861, 7. SCHAEF.

οἱ μόνοι—τὸν βίον] Addita haec sunt significantissime. Quae enim mater per capita tam cara peieret? SCHAEF.

852, 26. *τοῦ μάρτυρος*] Phanus designatur. Sententia est haec: Aphobus calumniando me in judicium superius contra se datum illoque criminando et iniquitatis insimulando movendaque mihi ex eo invidia videtur sibi vos adducturus, ut testem meum, Phanum, falsi dicti testimonii condemnetis. REISK.

853, 2. *Τιμοκράτην*] Videtur idem esse contra quem orationem scripsit Demosthenes et qui Onetoris sororem Aphobo permisit (v. p. 866, 4.), qua de muliere multus in ista oratione in Onetorem sermo fit. Fuit archon quum Demosthenes Aphobum accusaret: v. p. 868. REISK.

853, 8. *τὴν δίκην*] Scilicet illam, quae super gesta tutela agitata fuit. REISK.

853, 9. *οἱ δὲ—ἐμαρτύρησαν*] Et hi testes (Phanus, Aesius, alii) testati essent, Aphobum in quaestione (*τῇ ἀνακρίσει*) fassum esse Milyam esse liberum hominem et pro eo a se haberi. REISK.

853, 13. *ταῦτα—οἱ νόμοι*] V. ad p. 386, 20.

853, 21. *λαβὼν*] Videtur hic aliquid deesse: pendet enim hic

nominativus. Forsitan οὗτος ἐνοσφίσατο vel ἀπεστέρησε. *cum in indice mearum postulationum singula quaeque nomina posuissem seorsim, et unde illa sumta interverteret hic Aphobus, et quantum numero, et a quo.* REISK. Excidisse aliquid parum probabile est. Subaudias ἐπετρόπευσε petendum e v. ἐπιτροπῆς v. 18. SCHAEF.

853, 23. μὲν] Refertur ad δὲ v. 28. SCHAEF.

853, 25. ἐχόμενα] Vocabulum suspectum, obscurum certe. Si significat *insequentia, infra scripta,* saltim debebat τὰ ἐχόμενα cum articulo dictum esse. REISK. Non hoc significat. Verte: *quae habentur ab eo, ex quo tutelam suscepit.* SCHAEF.

854, 7. ἑαυτοῦ] Male Reiskius retulit ad τιν' ἀνθρώπων. Referendum est enim ad τις v. 3. *ut hoc testimonio persuadeat cuiquam hominum.* SCHAEF.

854, 8. ὡμολόγησεν—ἔχων] ὡμολόγησεν εἶναι Μιλύαν ἐλεύθερον habeo pro responsione ad interrogationem quae antecedit. Ad ἔχων autem subaudiendum ὡμολόγησεν. *Quid tandem, obsecro, dicat, ut rem cuiquam persuadeat? Scilicet fassus est homo Milyam liberum esse. Ergone propterea magis habet dotem?* SCHAEF.

854, 9. οὐδὲν ἂν—δόξειεν] Plene: οὐδὲν ἂν μᾶλλον δήπου διὰ τοῦτό γε δόξειεν ἔχειν. SCHAEF.

854, 12. Δήμων θεῖος ὢν] Δήμων Παιανιεὺς patruus Demosthenis oratoris (θεῖος Dem. in Aphob. p. 854, 14.), frater Demosthenis μαχαιροποιοῦ l. l. p. 814. 840, 10. ejus filii erant Demophon, qui fuit in tutoribus oratoris, et Demomeles p. 816. Boeckhius (Corp. Inscr. vol. 1. p. 344.) in stemmate familiae falso ei tertium filium attribuit ex inscriptione n. 213. aliquantum post archontem Euclidem Ol. 94, 2. scripta, in qua Δήμων Δημοτέλους Παιανιεὺς nominatur, neque vero quod Boeckhius supposuit Δημοτέλης Δήμωνος Παιανιεύς.

In titulo Piraeensi (1. a. 26.) non ita multo post Ol. 101, 1. scripto trierarchus Δήμων Παιανιεὺς nominatur. Boeckhius (ad inscr. naval. p. 21.) hunc aut patruum Demosthenis aut Demotelis filium (Corp. Inscr. vol. 1. n. 213.) esse posse existimavit. Equidem hoc nec verum nec falsum esse affirmaverim. Fortasse autem alius Demon intelligendus est, qui non cum familia Demosthenis cohaerere videtur, et de quo Boeckhius non cogitavit. Hic autem est:

Δήμων Παιανιεύς, cujus filii erant Φρυνίων et Δημοχάρης. Or. c. Neaer. p. 1355, 2. Ex his Phrynio vitam luxuriosam et sumptuosam agebat (ὡς ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι μνημονεύουσιν or. c. Neaer. l. l.). Neaeram meretricem, quam amabat, in libertatem asserebat et Corintho Athenas transferebat, ubi primum Ol. 101, $\frac{3}{4}$. ea solus, deinde cum Stephano oratore alternis diebus usus est (p. 1356. 1361. Athen. 13. p. 593 f.). Ejus frater Δημοχάρης Παιανιεὺς (cave confundas cum Leuconoënsi) idem fuisse videtur atque ille, qui Ol. 105, 4. σκεύη civitati debebat ex trierarchia, quam priore tempore una cum Theophemo (fortasse hic est trierarchus Θεόφημος Εὐωνυμεύς, inscr. Piraeen. 10. c. 56.

p. 387.) praestiterat (Dem. c. Euerg. p. 1145, 21.). Demochares σκεύη reddidit et non ita multo post mortuus est (p. 1147, 11. 1148, 22.).

Pater autem Demon et trierarchus et filius Demotelis fuisse potest. Tempora enim non repugnant. BOEHNECKH. Quaest. vol. 1. p. 642.

854, 20. ὀφλεῖν] Scilicet τὴν καταδίκην. REISK.

854, 22. καὶ οὐδὲ δίκην ὀφλὼν κ. τ. λ.] *Et a se impetrare cum non potuerit etiam post condemnationem, ut ablata restitueret, tamen—*. REISK. Immo: *cumque ausus sit ne condemnatus quidem reddere*. SCHAEF.

854, 25. διὰ τούσδε τοὺς μάρτυρας] Qui de Milya testati sunt. SCHAEF.

854, 26. τῆς ἐκδόσεως] V. p. 816, 26. SCHAEF.

855, 5. διαρρήδην ὃς —] Relativo recte praeponitur vocabulum quod tono vocis acui oportet. Euripides Orest. 1371. ἢ πόντον, Ὠκεανὸς ὃν —. Plato Phaedr. p. 238 HSt. τούτων τῶν ἰδεῶν ἐκπρεπὴς ἣ ἂν τύχῃ γενομένη, —. SCHAEF.

855, 6. τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ βασάνῳ;] Subaudi κοινόν. *Quid opus est quemquam ad tormenta deposcere, ubi lex planis verbis criminis convicti poenas sancit?* REISK.

855, 11. τουτουσὶ] Hos judices. REISK.

855, 15. τί σοι ποιήσουσιν οἱ μάρτυρες;] *Quid tibi hac in caussa proderunt aut oberunt testes? Tu ipse te condemnasti.* REISK. Non *proderunt aut oberunt*, sed simpliciter *proderunt*. οὐδὲν πώποτε τουτοισὶ πεποίηκας p. 1045, 16. Quae recte interpretatur Reiskius in Ind. Gr. s. v. ποιεῖν. Eadem vis verbi ποιεῖν p. 880, 12., ubi v. not. Conf. interpret. ad Arriani Dissert. Epictet. 2. 6, 22. SCHAEF. Plato Rep. 1. p. 345 B: εἰ γὰρ οἷς νῦν δὴ ἔλεγον μὴ πέπεισαι, τί σοι ἔτι ποιήσω; DOBR.

855, 16. οὗτοί γε] Testes, quibus ego nunc utor adversus Aphobum. V. ad p. 853, 9. SCHAEF.

855, 18. ἐν τῷ λόγῳ ταῦτα γέγραφας σὺ] *In rationibus gestae a te tutelae, quas tu judicibus exhibuisti.* REISK.

855, 24. ἐκδοῦναι] Sententia est: Quum ergo dicet Aphobus, me recusasse servum illum (Milyam designat), qui omnia nosset, ad tormenta tradere, reliquos autem servos, qui nil nossent, tradere haud defugisse, tum constabit multo magis eum decuisse servos a me tormentis oblatos accipere. REISK.

856, 16. καὶ δὴ λέγει] I. q. θῶμεν δὴ λέγειν, ut v. 12. Bene Reisk. in Ind. Graecitat.: "*fingamus, ponamus tantisper, eum haec ita disputare*" [immo *eum hoc dicere*]. καὶ δὴ καλεῖ — p. 996, 26. V. Matthiae ad Euripid. Med. 1097. SCHAEF.

856, 25. ὃς] Non redit ad proximum τὸν ἄνθρωπον, sed ad remotius σὺ v. 23. REISK.

857, 6. ἐξ αὐτῆς] Scilicet τῆς διαθήκης. REISK.

857, 22.—858, 3. ὅστις—καρποῦσθαι] Haec repetita ex p. 827, 15. leviter mutata.

857, 26. οὐ γὰρ ἂν] ἂν mallem abesset. SCHAEF.

858, 3. ἐλάττω μικροῖς] Ut parva seu pauca de summa abes-

sent. WOLF. Notabile hic addi *μικροῖς*, non, ut fere solet, *μικρῷ*. SCHAEF.

858, 8. *τὰ χρήματ'*] Talenta illa significantur, de quibus p. 830. *ἐτόλμησε ψεύσασθαι πάντων δεινότατον, ὡς τέτταρά μοι τάλαντα ὁ πατὴρ κατέλιπε κατορωρυγμένα καὶ τούτων κυρίαν τὴν μητέρα ἐποίησε.* SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 368.

858, 11. *εἶχε*] Magis placeret *ἔχει*. SCHAEF.

858, 20. *τούτῳ*] Est expositio verborum *ἑνὶ τῶν ἐπιτρόπων*. *uni tutorum, huic*, Aphobo puta. V. p. 831, 2. REISK.

858, 22. *κἀκείνων*] Scilicet *τῶν χρημάτων*. V. p. 831, 3., ubi locus hic ipse totidem verbis legitur. REISK.

858, 23. *παρ' ἐκείνου*] A Philonide. REISK.

859, 15. *τῷ μάρτυρι*] Phano. REISK.

κινδύνου περὶ τῆς ἐπιτιμίας] Nam *ἄτιμοι* fiebant qui *ψευδομαρτυριῶν* damnati essent: v. Meier. de lite Attica p. 383.

859, 27. *Περὶ μὲν—προὐκαλέσω*] Constructio haec est: *παραδώσω σοι τὸν ἔχοντα τὰ ἀντίγραφα, ὡς σύ με προὐκαλέσω περὶ τούτου*. REISK. Mihi secus videtur. Nam *περὶ μὲν τοίνυν τούτου* est: *De hoc quidem igitur*, (i. e. utrum de omni pecunia, an de triginta solum minis.)—. *ὡς* est *quemadmodum. De hoc quidem igitur, inquam ego, servum illum tibi dedam torquendum, qui provocationis tuae exemplum servat*, (*quo exemplo scriptum est.*) *super quibus rebus provocasti me. τἀντίγραφα ὡς σύ με προὐκαλέσω, the copy of the terms of your challenge to me.* SEAGER. Diar. Class. 58. p. 368. Vere Seagerus. SCHAEF.

859, 28. *προομόσαντος δέ μου, τὸν ἄνθρωπον κ. τ. λ.*] Est mistus hic locus *ἐκ τοῦ διηγηματικοῦ καὶ δραματικοῦ*: qua de caussa minus attentis videtur obscurior. In prima oratione haec eadem exposita sunt. WOLF. *προομόσαντος δέ μου —. Et quum ego prius juravero —. βασανιζομένου τοῦ παιδὸς, per quaestionem habitam de servo qui provocationis tuae exemplum servat, ut appareat, super quanam pecunia Milyam primo ad tormenta poposcisti.* SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 369.

860, 2. *κατὰ τῆς θυγατρὸς*] Ergo filius Aphobo nullus erat. REISK.

860, 7. *τοὺς μάρτυρας*] Quibus nunc utor adversus te in caussa Phani. SCHAEF.

860, 26. *καταμεμαρτυρημένον*] Subaudi *αὐτόν*. SCHAEF.

861, 9. *οὐδένα τῶν πάντ' εἰδότων*] *Hunc Aphobum noluisse ad tormenta traditum a me accipere quemquam suorum omnium reliquorum, quamquam hi servi melius omnia nossent quam Milyas.* REISK.

861, 13. *πίστιν ἐπιθεῖναι*] Subaudi *κατὰ τῆς θυγατρός*. V. p. 860, 2. REISK.

861, 15. *ὥστ'*] Exspectes *ἐφ' ᾧτε*: idemque p. 1220, 18. Sed v. not. ad p. 68, 12. SCHAEF.

861, 28. *τὴν ἐπιτροπὴν*] H. e. *τὴν δίαιταν*. SCHAEF.

862, 11. *πέντε μνᾶς*] Subaudi *κατὰ τὰς εἴκοσι πέντε μνᾶς*. REISK. V. p. 815, 11. SCHAEF.

XXX.

ADVERSUS ONETOREM I.

Orationes adversus Onetorem, de quibus vide quae in Prolegomenis ad orationem XXVII. dicta sunt, vel scriptas ab Isaeo esse vel correctas quorundam opinio fuit memorata ab Libanio in argumento orationis secundae p. 875, 5. Memoravit eas aliquoties Harpocration nulla cum dubitationis significatione. Idem de Onetore haec annotavit, Ὀνήτωρ, Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιδόσεως (p. 442. ed. Bekk.). *πρὸς τοῦτον ἂν εἶεν οἱ γεγραμμένοι Δημοσθένους* (*Δημοσθένει* Bekkerus) *περὶ τῆς ἐξούλης λόγοι. ὅτι δὲ τῶν χορηγησάντων ἦν εἷς,* Ἡλιόδωρος *περὶ τῶν ἐν* Ἀθήνησι *τριπόδων.* et brevius Photius Lex. p. 336, 7.—De tempore hujus orationis (Olymp. 104, 3.) v. ad p. 873, 12.

In argumentum Libanii.

863, 4. *ἐκδοθεῖσαν—ἤμελλε*] Licebat enim viris epicleros ducturis cum priore uxore divortium facere. Vide or. adv. Eubul. p. 1311, 16. quem locum comparavit Schoemann. Antiq. publ. p. 195.

864, 3. *κηδεστὴν ὄντα αὐτοῦ*] Soror enim Onetoris penes Aphobum erat. REISK.

864, 7. *τὸν*] Redit ad Aphobum, ut insequens *τοῦτον* v. 10. ad Onetorem. REISK.

864, 17. *παρασκευαῖς*] *παρασκευαὶ* actoris aut rei sunt advocati amici, testes emti aut subornati, pecunia, gratia, quibus judicum suffragia obligantur et emuntur, acute sollerterque excogitatae caussationes, versutiae et cavillationes fori. REISK. V. not. ad p. 813, 12. SCHAEF.

865, 4. *τὴν προῖκα, ἧς φησι τὸ χωρίον ἀποτετιμῆσθαι*] *Pro cujus valore et assecuratione curavit sibi villam oppignerari et in possessionem temporariam dari, ut aequivalens aliquod.* REISK.

865, 15. *τοῦτον*] Onetorem.

865, 25. *Τιμοκράτης*] Timocrates habuit prior sororem Onetoris secum, antequam ea ad Aphobum transiret. REISK.

866, 1. προέσθαι—οὐκ ἐπίστευσεν] δοῦναι τὴν προῖκ' οὐκ ἐπίστευσαν p 867, 21. SCHAEF.

866, 8. τὴν προῖκα] Sororis suae scilicet, quam duxerat Aphobus, retinente dotem Onetore, ne, si Aphobus judicio tutelae damnaretur, amitteretur dos. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 369.

866, 11. καὶ δοὺς κομίσασθαι δ' οὐ δυνάμενος] *Quasi dedisset dotem, recuperare autem non posset.*

866, 22. ἐξ ἀρχῆς] Jungendum cum μὴ δοθῆναι. SCHAEF.

866, 25. ὀφείλειν εἵλοντο] Volebat Timocrates ipse debere Aphobo, et volebat Onetor, ut Timocrates eidem deberet dotem. vel, sive dotem ferret Aphobus a Timocrate, sive ab Onetore, malebant ambo non dotem, sed usuram ei dari. REISK.

867, 11. τοιοῦτο πρᾶγμα συναλλάττων] τοιοῦτον συνάλλαγμα ποιούμενος p. 869, 21. SCHAEF.

867, 22. ὡς—πεπραγμένων] Ordo hic est:—οἴομαι ῥᾳδίως ἐπιδείξειν ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων ὡς οὐδ' ὕστερον ἀπέδοσαν. SEAGER. Diar Classic. 58. p. 369.

867, 25. κἂν—εἶχον] *Etiamsi dotem retinuissent non ob eum quem dixi* (v. p. 866, 2. et 25.) *metum, sed ea sola de caussa, quod certo decrevissent dotem Aphobo paulo post nuptias contractas dare, tamen non fuissent unquam daturi.* εἶχον, i. e. κατεῖχον παρ' ἑαυτοῖς, *retinuissent penes se.* REISK.

867, 27. ἀνάγκας] Neque ἀνάγκας neque ἀναβολὰς placet Wolfio, qui tamen ipse in Farragine conjecit ἀναβολάς. REISK. *Talem retinendae pecuniae necessitatem objiciebat illis negotium.* SCHAEFER.

868, 4. εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους] Hoc non sic intelligendum ut δοκιμασία paucis post nuptias illas diebus facta esse credatur eodemque mense Scirophorione (Olymp. 103. 2.). sed pluribus mensibus interjectis, de quo post Clint. Fast. Hellen. vol. 1. Append. c. 20. p. 352. dixerunt Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 69. et C. F. Hermannus in commentatione Prolegomenis in orationem Midianam ab nobis inserta p. 740. Similiter in oratione Midiana p. 564. 21. εὐθύς dicitur de duorum fere annorum intervallo.

868, 5. ἐνεκάλουν] Querebar privatim inter amicos et jus aequum poscebam Aphobum, antequam caussam in forum deferrem. REISK. Opponitur τὰς δίκας ἐλάγχανον: quae oppositio recurrit infra v. 22. διὰ τί πέρυσιν ἐπιδημῶν μὴ ὅτι δικάσασθαι, ἀλλ' οὐδ' ἐγκαλέσαι μοι ἐτόλμησε; p. 900, 22. ἐγκαλεῖν quid sit, Schoemannus de Lite Attica p. 575. docet. "Cum μέμφεσθαι conjunctum p. 1272, 22. 1273, 27." DOBR.

868, 12. εἰ καὶ τότ' ἐπίστευσε] *Etiamsi prius credidisset.* SCHAEF.

868, 18. τὴν ἀπόλειψιν πρὸς τὸν ἄρχοντ' ἀπεγράψαντο] Ad archontem enim, et quidem ab ipsa muliere, deferendum erat τὸ τῆς ἀπολείψεως γράμμα, ut ex Plut. V. Alcibiad. c. 8. observat Schoemann. ad Isaeum p. 264.

868, 20. ἄρχοντα] Polyzelum, Olympiadis 103, 2. eponymum.

Tres autem archontes quod nominantur, Polyzelus, Cephisodorus, Chion, non repugnat verbis superioribus p. 867, 28., ubi mulier cum Aphobo non tres, sed duo annos fuisse dicitur, qui computantur ab anno Polyzeli exeunte, ut contra Reiskium monuit Schaeferus.

868, 21. *ἐπὶ τούτων ἐνεκάλουν*] Apparet lenis aequusque animus Demosthenis, qui totum biennium nihil aliud quam *ἐνεκάλει*, omnia experiens ut caussa inter amicos coramque arbitris disceptaretur. SCHAEF.

868, 26. *καὶ*] Refertur hoc *καὶ* ad inferius p. 869, 4. SCHAEFER.

868, 28. *τοσούτῳ*] *Tam brevi.*

869, 3. *προστάντες τοῦ πράγματος*] Caussa ista ad curam tutelamque suam recepta. REISK. Conf. p. 865. 7. *ταῦτ' οὐχ ὁμολογουμένη προστασία*; p. 872, 6., ubi v. not. SCHAEF.

869, 21. *τοιοῦτον συνάλλαγμα ποιούμενος*] Sororis suae conjugium videlicet cum talento dotis. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 369.

869, 23. *γάμους*] Significare videtur *convivia nuptialia*. SEAGER. l. c. p. 370. Intelligenda tota nuptiarum solennitas celebranda non sine frequentia hominum testantium omnia rite peracta esse. SCHAEF.

870, 10. *ἀθρόαν—ἀπενεγκόντας οἰκέτας*] Servo enim opus erat ad transportandam talenti (v. p. 876, 7.) summam, quae pondus habebat quinquaginta septem librarum Anglicarum. PENROSE.

870, 14. *τοῦτον τὸν τρόπον*] *οὐκ ἀθρόαν, ἀλλὰ καθ' ὁποσονοῦν δέοιτ' Ἄφοβος* (p. 869, 12). SCHAEF.

870, 16. *ἁπλοῖ*] Simplicis enim et candidi est sine teste et cautione pecuniam credere aliaque magni momenti. REISK.

870, 18. *ὑπὲρ τῶν διαφερόντων*] Qui in caussis, ubi agitur de lucro faciendo aut damno accipiendo, ne minimum quidem quicquam candide et simpliciter antiquo more agunt. REISK. Immo *egissent*. SCHAEF.

870, 27. *μάρτυρας—παρέξομαι*] Est idem ac si dixisset: *ἐγὼ δὲ τῶν μὲν μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι*. REISK. Est chiasmus, schema ab oratoribus passim usurpatum. SCHAEF.

871, 6. *λόγος—καὶ παραγωγή*] Adversarii oratio et *λόγος* et *παραγωγὴ τοῦ πράγματος* dicitur, quippe quae pervertat et obscuret rei veritatem, *παράγει τὸ πρᾶγμα*. SCHOEMANN. ad Isaeum p. 471 sq.

871, 12. *κατὰ τὴν ὑπερημερίαν*] Cum Aphobus judicio victus ad dictam diem non solvisset. WOLF.

871, 22. *πιθακνῶν*] Videndum ne orator scripserit *φιδακνῶν*. Photius quidem, etsi alium locum respiciens, p. 646, 25. *Φιδάκνας, πιθάκνας. Δημοσθένης.* Lex. rhet. in Anecd. Bekk. p. 290, 23. *Πιθάκνων: τῶν μικρῶν πίθων, ἐν οἷς εἰσὶν ἰσχάδες καὶ τὰ τοιαῦτα.* Corrige aut *Πιθακνῶν* aut *Πιθακνίων*. SCHAEF. *Φιδάκνη*, quod Moeris quoque p. 372. Atticis tribuit, etiam ap. Ari-

stephanem aliosque scriptores Atticos obliteratum videri dixi in Thesauro Stephani vol. 6. p. 1068. In loco lexici rhetorici non *πιθακνίων*, sed *πιθακνῶν* verum est.

871, 24. *τούτῳ*] Onetori.

871, 26. *ἀπετιμήσατο — ἀποτετιμηκότα*] Eadem significationis differentia inter activum et medium quae inter *ὑποτιθέναι* et *ὑποτίθεσθαι*. V. Anecd. Bekk. p. 437, 23. SCHAEF.

872, 6. *ταῦτ' οὐχ ὁμολογουμένη προστασία;*] Citat Harpocration s. v. *προστασία*, addita interpretatione: *ἀντὶ τοῦ βοήθεια, προϊσταμένου τινὸς καὶ ἐπικουροῦντος τῷ ἀδικουμένῳ*. Debebat *τῷ ἀδικοῦντι*. SCHAEF.

872, 10. *ἡ δὲ γεωργία ἐξεσκευάσθη*] *τὰ ἐκ τῆς γεωργίας πάντ' ἐξενεγκεῖν* v. 2. SCHAEF.

872, 16. *ἐποιήσατο*] Dubium, ad mulierem an ad fratrem ejus referatur. Si posterius est, reddi debet *jusserit* aut *curaverit ad archontem deferri et ab eo ratam haberi*. REISK. De muliere intelligo. Conf. p. 873, 9. SCHAEF.

872, 28. *δάκρυσι κλαίων*] Dio Cassius 59, 27. vol. 3. p. 710. edit. Sturz. *δάκρυσι κλαύσας*. De locutione *δάκρυσι κλαίειν* v. etiam interpret. ad Gregor. Corinth. p. 583. Demosthenes p. 575, 11. *κλαίειν καὶ δακρύειν*. Jam Poëta Il. 18, 340. *κλαύσονται—δακρυχέουσαι*. Vere Dammius coll. Odyss. 9. 469: "Apparet *κλαίειν* fieri clara voce, adjunctis verbis miserabilibus, et differre igitur in se a *δακρύειν*, ut majus a minori." SCHAEF.

873, 1. *τούτου*] Redit ad *ταλάντου*. V. p. 878, 23. REISK.

873, 9. *συνῴκει*] Scilicet *αὕτη ἡ γυνή*, quod statim sequitur. REISK.

873, 11. *μίαν ἡμέραν οὐκ ἐχήρευσεν*] Exspectes *οὐδεμίαν ἡμέραν ἐχήρευσεν*. Sed vulgata est sanissima. Xenophon Anabas. 5. 6, 12. *ὡς ἕνα μὴ καταλείπεσθαι ἐνθάδε*. Dionysius Halicarn. A. R. V. 57. vol. 2. p. 890 R. *οὐδεμία τε κατελείπετο—ἔξοδος*. Cod. Vat. *μία τε οὐ κατελείπετο*. Quo modo scribendum esse monui ad ejusdem librum de C. V. p. 247., ubi Rhetor eadem constructione: *ἐν γοῦν ταῖς τοσαύταις γραφαῖς—μίαν οὐκ ἂν εὕροι τις σελίδα*. De simili vocum inversione in *ἔτ' οὐκ* v. not. ad Sophocl. Trachin. 161. quaeque congessi in H. Stephani Thes. p. 3889 A. ed. Lond. SCHAEF.

873, 12. *νῦν ἐν τρισὶν ἔτεσιν*] Tertium nunc annum agi significat ab divortio, quod archonte Timocrate (Olymp. 104. 1.) factum esse dixerat p. 868, 3.

873, 18. *ταύτην*] Subauditur: quam vos ipsi nostis aut videtis. REISK. Idem subaudias ad *τοσαύτην* v. 17. SCHAEF.

873, 23. *ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος*] Nicophemum (Olymp. 104, 4.) designat aut Molonem (Olymp. 104. 3.) REISK. Hoc quomodo Reiskius computaverit apparet ex annot. nostra ad p. 873, 12.

874, 1. *αὐτῷ*] Aphobo.

874, 10. *ἢ βασάνων καὶ μαρτυριῶν*] Vulgaris constructio: *ἢ βάσανοι καὶ μαρτυρίαι*, scilicet *εἰσίν*. Haec per attractionem con-

versa in genitivum retinuit, ut fieri adsolet in hujusmodi locutionibus, particulam comparativam. SCHAEF.

874, 21. πασῶν] Scilicet *βασάνων*. Vocabulum *βάσανος* primum universe omne genus explorationis veri significat, tum peculiariter illud genus explorandi veri, quum per tormenta confessio veri exprimitur. Sententia igitur haec est: Vos et privatim et publice modum illum extorquendae confessionis, et inveniendae veritatis, qui tormentis peragitur, pro certissimo reliquorum omnium modorum habetis. REISK. Wolfius: *quaestionibus summam fidem habetis.* Vereor ne quid vitii hic lateat. Ego quidem vellem codex tale quid offerret: *βάσανον ἀκριβεστέραν πασῶν μαρτυριῶν νομίζετε.* SCHAEFER. Recte haesit in scriptura vulgata: verum non debebat *μαρτυριῶν* addere, sed, quod huic longe praestat et facile post *πασῶν* excidere potuit, *πίστεων*, repertum ab Dobraeo. De quo eo minus dubitandum quum similis significationis vocabulum *ἔλεγχος* ap. Isaeum legatur p. 70, 1. quem locum totum *περὶ βασάνων* leviter mutatum expressit Demosthenes, *ὑμεῖς μὲν τοίνυν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βάσανον ἀκριβέστατον ἔλεγχον νομίζετε καὶ ὁπόταν* (libri optimi Demosthenis *ὅπου ἂν*) *δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι παραγένωνται καὶ δέῃ εὑρεθῆναί τι τῶν ζητουμένων, οὐ χρῆσθε ταῖς τῶν ἐλευθέρων μαρτυρίαις, ἀλλὰ τοὺς δούλους βασανίζοντες οὕτω ζητεῖτε εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων* (apud Demosthenem vulgo *τῶν πεπραγμένων*, quod omisi cum A. S. r.)· *εἰκότως, ὦ ἄνδρες· σύνιστε γὰρ ὅτι τῶν μαρτυρησάντων ἤδη τινὲς ἔδοξαν οὐ τἀληθῆ μαρτυρῆσαι, τῶν δὲ β. ο. π. ἑ. ὡς οὐκ ἀληθῆ ἐκ τῶν βασάνων εἰπόντες* etc. ubi manifesta imitatio jam Porphyrium advertit apud Euseb. Praep. Ev. 10, 3. p. 466, *τὰ περὶ βασάνων εἰρημένα παρ' Ἰσαίῳ ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου καὶ παρὰ Ἰσοκράτει ἐν τῷ τραπεζιτικῷ κεῖται καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ κατ' Ὀνήτορος ἐξούλης σχεδὸν διὰ τῶν αὐτῶν εἴρηται.* Qui duo alia addere potuisset exempla non minus manifesta, de quibus v. ad p. 813, 11. 967, 9. Adde quae de oratione Midiana dicta sunt in prima ad eam annotatione et de Isocrate ad p. 701, 3.

875, 11. *ἀμφισβητουμένης ἤδη τῆς οὐσίας*] Haec verba rationem reddere praecedentium *τὸν χρόνον μὴ ἐγχωρεῖν* recte monet Penrosius.

XXXI.

ADVERSUS ONETOREM II.

In argumentum Libanii.

875, 1. *διὰ τούτου*] I. q. *ἐν τούτῳ*. Frequens hic usus praepositionis *διά*. Plutarchus Anton. c. 69. *περὶ οὗ δι' ἑτέρων γεγράφαμεν*. Hinc natae sunt formulae propriae Graecitatis grammaticorum et scholiastarum, *διὰ τούτων* et *δι' ὧν*, de quibus v. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 738. et Ind. ad Gregor. Corinth. p. 971. b. Schol. ad Apollon. Rhod. 1. 882. p. 405. edit. Lips. *δι' ὧν φησὶ κινυρόμεναι*. ubi vides *ὧν* ad unam solam vocem referri. Tam creber apud illos usus fuit formulae *δι' ὧν φησὶν*, ut adeo in abusum verteret. SCHAEF.

875, 3. *τῶν λόγων τούτων*] Intelligit etiam tres contra Aphobum. SCHAEF.

προειρήκαμεν] V. p. 3, 10. SCHAEF.

876, 3. *τούτους*] Timocratem et Onetorem. REISK.

876, 8. *ὅρους*] Appellabant, id quod notum est, Attici *ὅρους* tigna cum affixis elogiis, eas domos eosve fundos oppigneratos esse. REISK. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 142. vol. 2. p. 46. SCHAEF.

876, 11. *αὐτῷ*] Aphobo puta. REISK.

876, 12. *αὐτὸν*] Redit ad eundem. REISK.

ἰδὼν] Onetor. REISK.

876, 15. *εἰ—ἕξοιμι—γενήσομαι*] Adverte mutatam eadem in sententia constructionem. Eadem variatio modorum p. 884. 17. SCHAEF.

876, 20. *ἐν ᾧ*] Opinor *ἐφ' ᾧ*. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 370. Fortasse legendum *οὗ*: ut *ἐν* ortum sit e litteris duabus extremis verbi antecedentis. V. p. 877, 6. SCHAEF.

ἀποτετιμῆσθαι] Scilicet *φησί*. REISK. Non est verbi ellipsis, sed constructio obliqua. SCHAEF.

876, 23. *ἐκείνους*] *τοὺς ὅρους* puta domui Aphobi affixos. REISK.

876, 24. *τούτους*] Affixos praedio Aphobi. REISK.

877, 6. *καὶ νῦν*] Operam se dedisse, ut sibi oppigneratum in tabulis publicis praedium Aphobi et ante fuisset et nunc adhucdum esset pro talento. REISK. Immo *καὶ νῦν* referendum ad *φησίν*. SCHAEF.

877, 7. *προσωρίσατο*] Sententia est, se curasse ut auctoritate publica praeter illos *ὅρους*, qui essent praedio Aphobi affixi, alii quoque *ὅροι* ejus domui affigerentur, quibus sibi, Onetori, de pecunia sua Aphobo data recuperanda publice caveretur. REISK.

πάλιν] Male libri nonnulli *πάλιν ὅτι*. Ipse enim reus dicebat *τὸ χωρίον ἀποτετιμῆσθαι ταλάντου*: ut res non egeret fide testium. *Atque haec vera me dicere quo minus dubitetis, praedium quidem*—. SCHAEF.

877, 9. *τὴν μαρτυρίαν*] Subaudi *ταυτηνὶ* vel *τὴν περὶ τούτων*. REISK.

877, 17. *τὴν ἀναίδειαν, ὅς*—] V. ad p. 566, 10. et Heindorf. ad Platon. Sophist. p. 388. SCHAEF.

877, 18. *ὅσῳ*] *ὅσον* margo Lutetianae, quod nescio an sit melius: ut accusativos duo regat *ἀποστερεῖ*. Vel legendum fors. *ὅσου*: ut sequatur *ἀποστερεῖ* accusativus personae cum genitivo rei. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 103. *ὅσῳ* ne mutes. Tam arcte enim hic dativus cohaeret cum genitivo *πλείονος*, ut attractio alium ei casum sufficere non possit. SCHAEF.

877, 19. *ἄξιόν ἐστι*] *τὸ χωρίον Ἀφόβου δηλονότι, ἐφ' οὗ τοὺς ὅρους ἔθηκεν Ὀνήτωρ*. SEAGER. l. c.

877, 29. *τοῦ δὲ χωρίου τὸ περιὸν*] *Praedii quod reliquum est*, scilicet post direptionem, de qua p. 871, 20. SCHAEF. Recte Dobraeus intelligit id quod superest post demtum illud talentum, quo oppigneratum esse praedium dicebat Onetor.

878, 9. *ὃς γὰρ—ἀξιῶν*] Hanc argumentationem miratur interpres Anglicus Kennedy, recte observans, "every liar may thus be proved to be perjured; a strange argument."

878, 12. *ὤμοσε*;] Mihi placuit signum interrogandi. V. Heindorfius ad Platon. Phaedr. p. 188. Sed pervellem sic scriptum: *ἢ δῆλον ὅτι ὤμοσεν ἄν*; SCHAEF. Non opus, quum praecedentia verba *τί ἐποίησεν ὤν* satis ostendant hypothetice hoc dictum esse, *ἂν* cogitatione repetito. Similia exempla v. ap. Schoemann. ad Isaeum p. 371.

878, 16. *τί μᾶλλον—ἡγοῖτο*;] *Atqui cur verisimilius quis putet, eum tunc de octoginta minis peieraturum fuisse, quam nunc de talento?* SEAGER. l. c. p. 104. Immo sensus: Quod si constat (ut constat) tunc peieraturum fuisse hominem, quis dubitet nunc esse peieraturum? Ut certum sit ne talentum quidem dotis nomine numeratum esse, etiamsi jurejurando interposito affirmet. SCHAEF.

878, 22. *ἀλλὰ καὶ τιμώμενος κ. τ. λ.*] V. p. 873, 1. SCHAEF.

878, 26. *οἰκείως ἔχειν*] Post *οἰκείως ἔχειν* addit Wolfius *αὐτῷ*. REISK. Non opus addi: nam et *οἰκείως ἔχειν* et quod sequitur *δεδωκέναι* perinde ut *συνοικεῖν* referendum ad dativum *Ἀφόβῳ*. SCHAEF.

879, 1. εἰς ἀποτίμησιν] εἰς ἀποτίμησιν, Reisk. Recte: nam σὺν οἷς πρότερον ἐζημίωτο (h. e. πρὸς τῇ πρότερον ζημίᾳ) referri oportet ad sequentia. SCHAEF.

879, 5. τοῦτον] Post h. v. videtur deesse ὑπὲρ ἐκείνου. *hunc* (Onetorem) *alii* (judicibus. V. p. 878, 23, ubi ὑμῖν correxi.) *pro illo* (Aphobo) *velle dependere*. REISK. Nihil excidit: quippe haec est sententia generalis. SCHAEF.

879, 12. οὐ πρότερον—λέγεις] Sententia est: Tu, Onetor, negas ὅρους fixisse prius quam Aphobus esset condemnatus. Recte ais: sed haec condemnatio non de condemnatione illa, quae a judicibus in Aphobum, sed de ea, quae a te in eundem profecta est, accipi debet, si verum est id, quod tu nunc ais, cum negas a te fixos esse ante condemnationem Aphobi ὅρους. Planius haec sic dicerentur: Si verum est quod tu ais, necesse est Aphobum a te prius esse condemnatum quam a judicibus. REISK. Post ἢ παρὰ σοὶ reticetur δίκην ὦφλεν. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 104. εἴγε—λέγεις vereor ut Reiskius recte intellexerit. Sensus, ut arbitror, hic est: *si vere nunc dicis dotem fuisse unius talenti*. SCHAEF.

879, 21. ἐὰν μὲν ὀγδοήκοντα μνῶν θῇς ὅρους, ὀγδοήκοντα μνᾶς εἶναι τὴν προῖκα, ἐὰν δὲ πλείονος, πλεῖον, ἐὰν δὲ ἐλάττονος, ἔλαττον] In hac scriptura, ceteroqui sensus apertissimi, parum placent addita ἐὰν δὲ πλείονος, πλεῖον: neque enim Onetor summam 80 minarum transgressus est. Vide igitur ne orator scripserit: ἐὰν μὲν πλείονος θῇς ὅρους, πλεῖον εἶναι τὴν προῖκα, ἐὰν δὲ ἐλάττονος, ἔλαττον. Ut quae meliores libri praeterea obtulerunt habenda sint pro interpretamento. SCHAEF.

880, 3. τίς ὁ τούτων αἴτιος;] *Quis propterea culpandus?* SCHAEF.

880, 5. ἐπὶ τἀμὰ] *In damnum mearum facultatum.* SCHAEF.

880, 12. καὶ ταῦτ᾽ ἐθέλοντα] Nihil addendum. Verte: *idque cum vellet vobis ipsis morigerari, de jure suo concedere.* V. not. ad p. 855, 15. SCHAEF.

XXXII.

ADVERSUS ZENOTHEMIN.

Oratio haec scripta est nomine Demonis, qui patruus erat Demosthenis, ut constat e fine orationis p. 890, 27. REISK. Ibidem tempus memoratur ἀφ' οὗ περὶ τῶν κοινῶν λέγειν ἤρξατο Demosthenes, quod primum eum fecisse constat in oratione contra Androtionem habita ab Diodoro, cui eam scripserat, Olymp. 106, 2. Hac igitur oratione aliquot minimum annis posterior est haec contra Zenothemin exceptio.

In argumentum Libanii.

881, 8. τοῦ πλοίου τὸ ἔδαφος] Festus Pompeius carinam dicit esse infimam partem navis sive eas trabes, quibus navis fundetur. Orator, quae alias τρόπις dicitur et στεῖρα, videtur κοίλην ναῦν, id est cavam navem, appellare: nisi forte peculiaris quispiam locus sic appelletur. WOLF. V. p. 883, 21. SCHAEF.

881, 24. παραγραφικός] De παραγραφῇ v. Schoemann. Proc. Att. p. 645 seqq. et Antiq. juris publ. p. 277. Ea locum habebat si reus contenderet caussam esse ejusmodi ut in judicium deduci non posset, quod in jure Attico dicitur μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην.

881, 25. εὐθυδικίας] εὐθυδικίᾳ εἰσιέναι vel τὴν εὐθεῖαν εἰσιέναι reus dicitur qui nulla hujusmodi exceptione utitur. Hesych. Διαμαρτυρία· δίκη τις ὁμοία τῇ παραγραφῇ· ταύτῃ δὲ ἐναντία ἡ εὐθυδικία.

882, 1. τῇ εὐθείᾳ] Subaudi δίκῃ, h. e. τῇ εὐθυδικίᾳ. V. p. 906, 8. 944, 5. 8. SCHAEF.

882, 4. οἱ νόμοι] Vid. p. 908, 1.

882, 12. τὸ ναῦλον] τὸν γόμον, *merces*, *onera*. Quae vocis significatio rarior est. Eadem ambiguitas vernaculi *Fracht*. SCHAEF.

883, 1. ἄνπερ—δυνηθῶ] Junge ἄνπερ πολλάκις εἰπεῖν δυνηθῶ. Plato Republ. 4. p. 424. μὴ πολλάκις τὸν ποιητήν τις οἴηται λέγειν κ. τ. λ. Quod vulgo vertunt: *ne forte poëtam*—. Alia hujus locutionis nondum satis explicatae exempla congressi in H. Stephani Thes. c. 7855. extr. ed. Lond. Docet autem hic locus etiam oratores sic locutos esse, quod addubitavit Fr. A. Wolfius ad Platon. Phaedon. p. 25. SCHAEF.

884, 7. ἵν'—ἐπιτελεσθείη] Citant Anecd. Bekk. p. 149, 13. SCHAEF.

884, 11. τοῦ παρ' ἡμῶν συμπλέοντος] I understand an agent of Demon and Protus. The safety of Demon's loan to Protus depended on the cargo coming safe: so he sent a man to watch his interest. PENROSE.

884, 13. διὰ τοὺς θεοὺς μάλιστά γε, εἶτα καὶ—] Sic longe rarius. Multo frequentius: μάλιστα μὲν διὰ—, εἶτα καὶ—. μάλιστα μὲν διὰ τοὺς θεούς, ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τοὺς δικάζοντας ὑμῶν ἐσώθην p. 702, 8. Xenophon Cyrop. 4, 2, 12. ἐπηύξατο μάλιστα μὲν θεοὺς αὐτοῖς ἵλεως ὄντας ἡγεῖσθαι καὶ σφίσιν, ἔπειτα δὲ καὶ—. SCHAEF.

884, 18. ὁ ναύκληρος] Hegestratus, nisi ille potius Hegesistratus est. REISK. Non est. Sic dicitur Ἡγέλοχος. SCHAEF.

885, 2. ἐργαστήρια] Malo sensu dictum. V. Reisk. Ind. Graecitat. SCHAEF.

885, 5. πρεσβευτὴν ἐκ βουλῆς τινα λαμβάνομεν] Obscurus mihi hic locus est. Credibile non est hominem senatorium eo contemtus decidisse, ut a mercatoribus se pateretur pro procuratore aut actore negotiorum suorum in insulam ablegari. Nisi additum esset τινὰ, posset ἐκ βουλῆς aliquo modo accipi pro *communicatis inter se consiliis.* Sed et hoc ipsum foret languidum et redundans. Alias πρεσβευτὴς est *agens in rebus*, ut si collegium mercatorum e. c. aut mercatores quidam privatim aliquem causidicum aliquo mittant componendorum caussa suorum negotiorum, qualis etiam hic designatur. V. p. 1121, 1. REISK. Senator, opinor, missus est, ut rem adjuvaret auctoritas publica. Conf. p. 1121, 1, ubi quod refertur negotium, tale fuit, ut nisi publica auctoritate transigi non potuisse videatur. SCHAEF. Non cogitandum de senatore: cujus commenti absurditatem bene sensit Reiskius. Nihil aliud verba illa significant quam quod jam Wolfius vertendo expressit *inito consilio.* In quo non video quid languidum sit aut redundans.

οὑτωσὶ] *Sic*, qualicunque tralatitia notitia, ut solent homines inter se noti esse, non familiaritate neque necessitudine conjuncti. REISK.

885, 6. τοιοῦτος] Improbus, nequam, veterator, qualis est et qualem usu et damno nostro cognovimus. REISK.

885, 7. ἢ—συμμῖξαι] Ad ἢ subaudi ἐστί. *quam est infortunium statim a principio in malos homines incidere.* h. e. cum hominibus rem habere, qui nunquam de se speciem probitatis dederint, sed statim a principio, primo statim experimento sui, se improbe

gesserint, ut Zenothemis et Hegestratus, qui professi sunt se scelerosos. REISK.

885, 7. τὸ ἐξ ἀρχῆς] Cave jungas τὸ ἐξ ἀρχῆς, quae formula infra v. 18. legitur. Nostrum ἐξ ἀρχῆς, *ab initio*, recurrit v. 16. SCHAEF.

885, 9. Ἀριστοφῶν] Aristophontem hunc vix opus moneri diversum esse ab Aristophonte Azeniensi et Collytensi, de quibus dictum ad p. 248, 8.

885, 10. ταῦτα redit ad negotium Aristophontis cum Miccalione, quo de negotio nobis hodie nil constat. REISK.

885, 11. κατεπήγγελται] κατεπαγγέλλεσθαι ἑαυτόν τινι est *alicui operam suam addicere, condicere, dedere atque consecrare semet.* Sententia itaque haec est: *Aristophon linguam suam in quaestum contulit et huic Zenothemidi sese addixit atque vendidit.* REISK.

885, 18. ὁ παρ' ἡμῶν ἐπιπλέων] V. ad p. 884, 11.

οἱ δανεισταὶ] Foeneratores hi sunt homines Syracusani, qui Zenothemidi aes foenebre dederant. REISK. Syracusanos dicit memoratos p. 883, 8. οἱ δὲ—ἄλλο δ' οὐδέν citat Harpocr. s. v. χρήστης.

885, 19. ἐξηπατημένοι] ἠπατημένοι Harpocration.

885, 21. ἐλπίδα ἔχοντες] *Foeneratores, cum viderent, se aliud nihil habere, quam malum debitorem, quicum agerent, freti spe, fore ut, si vos, judices, pateremini ab hoc veteratore vos circumveniri, suos numos e nostris bonis recuperarent,*—. REISK.

886, 3. ὅθεν ἐξέπλευσε—καταπλεῖν αὐτὸ] Haec est formula judicii a Cephalenensibus judicibus lati. REISK. V. p. 884, 20. SCHAEF.

886, 4. οἱ ἐπὶ τῇ νηῒ δεδανεικότες] Hi creditores hoc uno loco memorantur, diversi ab Syracusanis (de quibus v. ad p. 885, 18.) ut monet Penrosius.

886, 5. ὁ ἠγορακὼς] Protus, de quo statim plura. REISK.

886, 10. ὁ Πρῶτος] Protus was now in league with Zenothemis, so that it is exceedingly artful in Demosthenes to repeat this conversation in which he took part, being then in a different way of thinking. The admission which Protus now made of the justice of the claim of Zenothemis was calculated to raise a strong prejudice against Demon. PENROSE.

886, 12. Ἡγεστράτῳ] Socio tuo, fraudum tuarum participi. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 105.

886, 15. σὺ οὖν] Zenothemi.

886, 16. ἔφη] Zenothemis ajebat s. concedebat.

886, 23. Ἡγέστρατος] Qui navem pertudit, ut deprimeret. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 105.

886, 25. εἰ μὲν εἰς πίστιν δέδωκας] πιστεύων αὐτῷ. Sequitur: εἰ δ' ἀπιστῶν ἐτύγχανες. WOLF. Si quidem fidei Hegestrati credens pecuniam numerasti, quam illi mutuo te dedisse affirmas. SEAGER. l. c. V. Reisk. Ind. Graecitat. s. v. πίστις. SCHAEF.

886, 25. *εἰ μὲν—γῇ*] Sensus: Si Zenothemis fidem habuit Hegestrato, cur non perrexit habere? Si non habuit, cur non cavit sibi syngrapha, antequam navis e portu solveret? Apparet autem syngrapham inter navigandum factam tanquam appendicem fuisse *τοῦ κακουργήματος*: ut, si forte, quod accidît, non succederet navis demersio, manu frumento injecta haberent unde nomen Syracusis contractum dissolverent. SCHAEF.

886, 26. *ἂν*] Malim *αὖ*. Opposita enim sibi sunt *πίστις* et *τὰ βέβαια*. Qui credit, cautiones ille nullas requirit. REISK. Accedo. SCHAEF.

887, 1. *αὐτὸν*] Non *τὸν σῖτον*, sed *τὸν Ζηνόθεμιν*. *Conabatur Protus Zenothemin e navi* (h. e. e possessione frumenti) *expellere, Zenothemis autem recusabat expelli.* REISK. V. Schoemann. ad Isaeum p. 303.

887, 7. *ἐκεῖνος*] Protus.

887, 8. *τὰς τιμὰς*] Mercedes naucleri et nautarum, vecturam. REISK. Similiter Ind. Graecitat. s. h. v. Mihi vero videntur intelligendae *αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου*, ipsius frumenti pretium. SCHAEF.

τοῦτον] Zenothemin. REISK.

887, 10. *τὰ διάφορα*] Intertrimentum, h. e. reluitionem impensarum, quae Zenothemidi fuissent faciendae, et damnorum, quae mora aliisve de caussis passus esset. Magna enim damna fuissent Zenothemidi accipienda, si oblatam voluisset recipere conditionem, h. e. cum navi et frumento et Proto adversario Syracusas renavigare et ibi jure experiri. REISK.

887, 11. *ἐκείνου*] Proti.

887, 15. *βεβαιοῦν*] Pro *βεβαιοῦν* videtur sententia *βεβαιούντων ἡμῶν* postulare, *si nos sibi sponsores fiamus, nos velle Zenothemin educere.* Quod cum fiebat, tum actio litis adversus Zenothemin a Proto, primo actore, ad Demonem ejusque socios transferebatur. Possit quoque *οὐκ ἐώμενος* legi. REISK. Lenissimum sit corrigere *βεβαιῶν*: ut infinitivus *ἐξάγειν* pendeat a verbo *διεμαρτύρετο*, *ἀναπλεῖν ἐθέλειν* autem a participio *βεβαιῶν*. *contestabatur, ut educerem, recipiens se navigaturum—*. *βεβαιοῦντε δικαίως αὐτὴν ἐκεῖνον καὶ λαβεῖν καὶ κεκτῆσθαι* p. 79, 5. SCHAEF. Recepi *βεβαιῶν* ex margine ed. Paris. a. 1570.

887, 16. *εἰ δὲ, ταῦτ᾽ ἐθέλοντος*] *Sin autem, tametsi ipse* (Protus puta) *sese ad haec offerret, nos tamen Zenothemidi frumentum permitteremus.* REISK.

887, 20. *ἃ προὐκαλεῖτο*] Valde vereor ne *προκαλεῖσθαι* in passivo non usurpetur, sed solummodo in medio. Quod si sic est, necesse est *ὁ Πρῶτος* deesse. *ad quae Protus eum invitabat.* Sin autem vulgata bene habet, debet passive accipi: *ad quae invitabatur.* REISK. Vulgata et bene habet nec quidquam cogit ut passive intelligatur. V. not. ad p. 721, 8. SCHAEF.

887, 21. *τὴν συγγραφὴν ἔθετο*] *συνεγράψατο ἢ ἐποιήσατο, τὴν πρὸς Ἡγέστρατον.* WOLF.

887, 23. ἤθελεν] Zenothemis puta. REISK.

887, 24. προειδὼς] Norat Zenothemis Hegestratum velle navem ponto mergere, priusquam hic id institueret. REISK.

887, 28. οὔπω] F. οὔτοι. WOLF. Verum est οὔπω, *nondum. Nunc* coguntur aliter statuere, postquam Zenothemidi data est venia jure experiundi. SCHAEF.

888, 16. ὅπως—τὰ χρήματα] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 30. SCHAEF.

888, 19. ταῦτ' εἰσαγώγιμα] Accuratius orator erat sic scripturus: περὶ τούτων τὴν δίκην εἰσαγώγιμον. Conf. v. 10. Nunc ob concinnitatem contrapositorum a rectiori ratione deflexit. SCHAEF.

888, 20. δῆτα] Libri deteriores δήπου. μὴ δῆτα centies sic usurpatur: nunquam, quod meminerim, μὴ δήπου. Quod sicubi occurrit, ecquis dubitet in μὴ δῆτα mutare? Nam δήπου in hac formula est longe ineptissimum: plurimumque ob negativae rationem differt οὐ δή πού γ', ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, quod legitur p. 508, 17. SCHAEF.

888, 24. τοίνυν] Male libri deteriores addunt δικαίως: quod est interpretantis proxime sequentia ἐκ τῶν νόμων, *ex praescripto legum*, h. e. *legitime, juste*. SCHAEF.

888, 28. ἐπικηρυκεύονται] Elegans phrasis, ducta a re bellica. SCHAEF.

889, 4. ἐλθόντα] Scilicet Ἀθήναζε. SCHAEF.

ποιήσειν] Scilicet ἑαυτῷ. REISK. Immo: *se lucrum facturum e frumento advecto*. SCHAEF.

889, 8. ὡς δὲ δεῦρο etc.] Unluckily however the price of corn fell, so that Protus's speculation was a bad one, so that he was inclined to let Zenothemis have the corn if he could avoid paying back the money which he had borrowed from me, so, the conspiracy being all arranged by Aristophon, he suffers judgment to go by default against himself, and puts himself out of the way to avoid giving evidence in my favour in this action which Zenothemis brings against me, not being able to take possession of the corn till he has disposed of my claim. PENROSE.

889, 9. ἐπανῆκεν ὁ σῖτος] Non est aliunde cognitus hic usus verbi ἐπανιέναι de pretio imminuto. Recte vertit Schaeferus *quum annona laxavisset*. Quod dixit Livius 26, 20.

889, 15. τοῦτον] Zenothemin.

889, 20. ὀφλεῖν δὲ—συνεχώρει] Ad ὀφλεῖν subaudi τὸν Ζηνόθεμιν τὴν δίκην. ἐκεῖνος, Protus. REISK. Recte ἐκεῖνος de Proto intelligit. V. p. 890, 5. Sed etiam ὀφλεῖν de Proto intelligendum, ut v. 17. SCHAEF.

889, 21. ποιῶσιν] Zenothemis et Aristophon. REISK.

889, 22. Post ὡμολογήκασιν subaudi εὖ ἔχῃ vel tale quid. REISK.

εἰ δὲ μή, τὴν ἔρημον ἀντιλάχῃ] Protus passus est absens ὀφλεῖν

τὴν ἔρημον, ut, si illi starent promissis, ratum fieret judicium, sin fallerent fidem, ipse τὴν ἔρημον ἀντιλάχοι. Quippe ἡ ἀντίληξις dabatur ei, qui οὐ παρὼν ὦφλεν. SCHAEF.

889, 22. ἀλλὰ τί ταῦτα;] *Sed quid haec ad nos?* SCHAEF.

889, 23. ἃ γέγραφεν] Haec quae fuerint, docetur v. 26. SCHAEF.

τὸ ἔγκλημα] Libellum accusationis, quem Zenothemis adversus Protum judicibus exhibuerat. REISK.

889, 27. ἢ εἰ—ὑπανέῳγεν;] Thomas M. s. v. Ἀνέῳγεν p. 71. hunc locum citat. REISK. Pro ἢ εἰ habet solum ἤ. SCHAEF.

889, 28. αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς] Alloquitur Zenothemin et Protum, sed hunc absentem. Protus enim aufugerat. REISK. Potius: Protus enim callide se subduxerat. SCHAEF.

890, 1. πρόσαγε] Tu, Zenothemi. REISK.

890, 2. λέγων] Cum ebrius esset. SCHAEF.

ποιῶν] Cum γράμματα illa furaretur aut clanculum aperiret. SCHAEF.

ἔχεις, ὡς ἔοικε, δίκην] Utrum, *jure agere tibi licet?* an *poenas de eo sumsisti?* WOLF. Posterius verum. Nam Protus ab homine accusatus ὦφλεν. Sic etiam Reiskius. "Protus enim," inquit, "contumaciae fuerat damnatus et lis contra eum Zenothemidi adjudicata." SCHAEF.

890, 5. νὴ Δία— est objectio desinens in v. ἄνθρωπος, cui occurritur verbis διά γε ὑμᾶς. *Attamen, aitis, homo* (Protus) *abiit, evasit. Recte vero, inquam, at non nostra, sed vestra culpa.* REISK.

890, 14. ἔνδειαν] Alii libri ἔκδειαν, quod Reiskius interpretatur *partem debiti nondum depensam.* Sed nihildum depensum erat. Itaque ἔνδειαν non repudiem. ἡ ἔνδεια i. q. τὸ ἐλλεῖπον, defectus ob imminutum pretium frumenti: quod si vendatur, non redeat quantum debetur creditori. SCHAEF.

890, 22. γνώριμον] Scilicet ἐμοί. REISK.

ἐκεῖνον] Redit ad Demosthenem. REISK.

890, 28. καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη] Subaudi εἰ μὴ ποιήσαιμι. REISK.

891, 2. ἴδιον] Harpocration s. v. ἰδίαν: ἐλέγετο δὲ τὸ ἴδιον καὶ ἰδιωτικὸν, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ (Δημοσθένης) ἐν τῷ πρὸς Ζηνόβιον. ubi Valesius restituit Ζηνόθεμιν. SCHAEF.

891, 3. τὰ τοιαῦτα non intelligo quid sibi velit. Non potuit caussas publicas ad privatos homines pertinentes designasse, ut majestatis, peculatus, legum vitiosarum, etc.: quibus detractis, ecquid quaeso remanet caussis publicis? Ipse Demosthenes non suo quidem, sed alieno nomine scripsit ejusmodi orationes, scripsit tamen: ut mentiretur, si ab iis se abfuisse affirmaret. Sed erat hic locus, ni fallor, apertior futurus, si totus exstaret. Sed apparet clausulam deesse. REISK. What the τὰ τοιαῦτα is, is far from clear. Perhaps he had given up for a time judicial speeches, even in public trials, and confined himself to speaking in the assembly. There is, according to Clinton, an interval of

nine years between the speeches against Aristocrates in 352 B.C., and the falsa legatione in 343, during which are several *δημηγορίαι*, but no *δημόσιος λόγος*, except the Meidias, which was never spoken. Doubtless, if we had the rest of this speech, (not much more I think), we should see that Demosthenes is about to put into Demon's mouth a most solemn denial of his having had any thing to do with this speech, though its genuineness is unquestioned. This shews how strictly secret the authorship of these private orations was kept. PENROSE.

XXXIII.

ADVERSUS APATURIUM.

In argumentum Libanii.

891, 3. ἐποιήσατο] Obtinuerat transigendo cum Apaturio. SCHAEF.

891, 16. τρισὶν] Hi tres nominantur p. 897. Aristocles et Archippus Athenienses, Phoeritus Byzantius. Unde discimus peregrinis quoque (nam Parmeno et Apaturius Byzantii erant) Athenis litigantibus caussas suas ad arbitrorum privatorum cognitionem deferre licuisse. De tempore hujus orationis nihil constat et ne nomen quidem hominis, cui scripta est ab Demosthene, compertum habemus nec habuit Libanius, qui simpliciter τὸν παραγραφόμενον dicit.

892, 7. τοῖς—καθισταμένοις] *Qui irritorum contractuum rei fiant* liberius verteram. WOLF. Non videtur probandum esse quod μὴ abest ab S.

893, 1. αὐτοῖς] *Solis.* REISK. F. ἀλλὰ τοῖς τῇ —. SCHAEFER.

893, 7. ὁ μὲν οὖν—] Designat Aristoclem. REISK.

893, 12. πάντων ἀπαλλαγῆς καὶ ἀφέσεως γενομένης] τῶν συναλλαγμάτων ἀφεῖμεν καὶ ἀπηλλάξαμεν ἀλλήλους p. 896, 11. SCHAEFER.

893, 23. τούτοις—ναυτικοῖς ἐργάζεσθαι] Similis constructio illi satis usitatae verbi χρῆσθαι cum duplici dativo, ubi vulgo subaudiunt particulam ὡς. Falso. Talibus enim locis non indicatur comparatio, quae ubicunque indicatur, particula comparativa legitur addita. SCHAEF.

894, 1. τρίτον ἔτος] Sic, sine τουτί, p. 900, 2. 1288, 9. 1296, 15: cum τουτί p. 1283, 27. 1293, 10. DOBR.

894, 7. ἐνεβάτευον] Lexicon rhet. in Bekk. Anecd. p. 249, 18. ἐμβατεῦσαι καὶ ἐμβατεία· ἐμβατεία ἐστὶν ἡ νυνὶ λεγομένη διὰ τοῦ δ ἐμβαδία, τὸ τὸν δανειστὴν ἐμβατεῦσαι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὰ κτήματα τοῦ ὑποχρέου ἐνεχυριάζοντα τὸ δάνειον.

894, 15. χρώμενος] V. ad p. 849, 8.

894, 25. Παρμένοντος] Παρμένωνος commendare videatur analogia talium nominum, quae cum essent participia, facta sunt propria. Sic e regula flectuntur Ἄρχων, Ἄρχωνος, Δώσων, Δώσωνος, Μέλλων, Μέλλωνος, Μένων, Μένωνος, Χαίρων, Χαίρωνος. Sed hujus quoque regulae sunt exceptiones: Παρμένων, Παρμένοντος, Πολυσπέρχων, Πολυσπέρχοντος. V. Bastius ad Gregor. Corinth. p. 593. SCHAEF.

894, 26. ἀνθομολογησάμενος πρὸς τοῦτον] Cum ita comparassem, ut Apaturius illas quadraginta minas profiteretur sibi a me mutuo datas esse reciperetque mihi redditurum, et cum ego rursus illi spopondissem me navem illi restituturum, si quadraginta illas minas mihi redderet. Nos appellamus *einen Wiederkauf*. REISK.

895, 5. τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης] Mensa trapezitae eversa, Anglice *when the bank broke*. Sic p. 1205, 2. διὰ τούτους τοὺς ἄνδρας ἀνασκευάζονται αἱ τράπεζαι. Et de trapezitis ipsis p. 1204, 26. ὀργίζεσθε τοῖς ἀνεσκευασμένοις τῶν τραπεζιτῶν. Harpocratio, ἀνεσκευάσατο· τὸ λεγόμενον ἐν τῷ βίῳ ἀναστατωθῆναι, τουτέστι τὸ ἀνασκευάσασθαι καὶ οἷον ἀπείπασθαι.

895, 16. ὁ ξένος] Parmeno, hic et v. 20.

895, 18. τοῖς ἐγγυηταῖς τῆς τραπέζης] *Those who had given their bond for the bank.* They were liable for Heraclides's failure, and therefore interested in letting none of his debtors evade payment. PENROSE.

895, 19. τὸ ἐνέχυρον] Navem.

895, 23. διωρθωσάμην—τοῦ ξένου] *Cavi mihimet et hospiti.* ἀνάγκη φυλάττεσθαι καὶ διορθοῦσθαι περὶ τούτου p. 112, 15. ubi ἰσοδυναμεῖν verba φυλάττεσθαι et διορθοῦσθαι fugit Wolfium. SCHAEF.

895, 26. εἰ] Adverte mutatam eadem in periodo particulae constructionem: εἰ—εἴη—κατεγγυῶ—ἀπεχθανοίμην. SCHAEF.

896, 2. τοσούτῳ—ἧττον—ὅσῳ] Similia dedi ad Sophocl. Oed. Col. 744. Sed cave in tali constructione ad ὅσῳ subaudias μᾶλλον s. πλέον. Nam etsi haec formula primitivo usu ita dici debuit, ut etiam posteriori membro comparativus accederet, frequens tamen ejus abusus pervicit ut ὅσῳ solum per se poneretur pro caussali particula ὅτι. SCHAEF.

896, 7. ἡ θέσις] *Pigneratio.* Ita simplex τιθέναι dicitur pro composito ὑποτιθέναι. SCHAEF.

896, 22. ἐπιδιαθέμενος] Harpocratio, ἐπιδιατίθεσθαι, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Θεοπείθη ἐπιτροπῆς ἐπιλόγῳ. ἐπιδιατίθεσθαί ἐστι τὸ συνθήκας τινὰς ποιεῖσθαι κατατιθεμένους τι ῥητὸν ἀργύριον παρά τινι τῶν μεταξὺ γινομένων, ὅσπερ ἐγγυᾶται ἑκατέρῳ, ὥστε εἰ ἡ πρᾶξις γένοιτο, θατέρῳ πάντως τὸ ὡμολογημένον ἀργύριον ἀποδοῦναι. τὸ δὲ πρᾶγμα αὐτὸ λέγεται ἐπιδιαθήκη, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ ἐν τῷ ὑπὲρ Νησοκλέους δηλοῖ.

897, 2. αὐτῶν] Fuit igitur Apaturius quoque Byzantius, perinde ut Parmeno. REISK. Hoc jam p. 894, 2. vidimus. SCHAEF.

897, 7. γνοίησαν] Exspectes in Attico γνοῖεν. Sed etiam vulgares has optativorum formas Attici scriptores frequentant: ut vix fuerit cur εἴησαν Xenophonti usurpatum grammaticis notabile videretur. V. Anecd. Bekk. p. 95, 10. coll. Ruhnkenii animadvers. ad Memorab. 1, 4, 19. εἰδείησαν p. 909, 20. SCHAEF.

897, 10. οὗτος] Apaturius. REISK.

ἐκείνῳ] Parmenonti. REISK.

898, 18. ἀξιῶν] Videtur subaudiendum γράφειν. SCHAEF.

899, 1. Ὀφρυνίῳ] Harpocration, Ὀφρύνιον· Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον. πόλις ἐστὶ τῆς Τρῳάδος, ὡς δηλοῖ Ἀνδροτίων ἐν γ′ Ἀτθίδος.

899, 2. ὁ σεισμὸς—ὁ περὶ Χερρόνησον] De hoc terrae motu nihil ab aliis scriptoribus traditum superesse videtur.

899, 14. ἀμφισβητηθεὶς—ἀπορρηθὲν] Scilicet ὑπὸ τοῦ Παρμένοντος. SCHAEF.

ἀπόφασιν] ἀπόφανσιν margo Lutetianae e Paulina, et p. 903, 16. Dedi ἀπόφανσιν, uti et altero loco. REISK. ἀπόφανσιν probat Tittmannus ad Zonar. p. 245. Sed aliud est ἡ ἀπόφασις τοῦ διαιτητοῦ, aliud ἡ ἀπόφανσις τῆς οὐσίας. ἡ ἀπόφασις ἦν τῆς δίκης p. 1153, 5., ut recte Bekker. V. Anecd. Bekk. p. 210, 25. Quanquam videndum ne etiam de τῇ οὐσίᾳ praestet scribi ἀπόφασις. V. not. ad p. 1039, 2. SCHAEF.

900, 4. ἔμμηνοι] Harpocration, ἔμμηνοι δίκαι, αἵ τε ἐμπορικαὶ καὶ ἐρανικαί. Δημοσθένης καὶ Ὑπερίδης. Anecd. Bekk. p. 238. in.: ἦσαν δὲ αὗται (αἱ ἐμπορικαὶ δίκαι) ἔμμηνοι ὑπὲρ τοῦ μὴ τρίβεσθαι αὐτοὺς (τοὺς ἐμπόρους) δικαζομένους καὶ ἀργεῖν τῆς ἀγορᾶς. Infra p. 966, 17. οὐσῶν μὲν ἐμμήνων τῶν δικῶν τούτων. V. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 54. Scriptor orationis de Halonneso p. 79, 22. καὶ ἐμπορικαὶ δίκαι οὐκ ἦσαν (Amyntae, Philippi patris, tempore) ὥσπερ νῦν ἀκριβεῖς αἱ κατὰ μῆνα ποιοῦσαι μηδὲν δεῖσθαι συμβόλων τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας. V. Schneid. ad Xenoph. de vectig. 3, 3. p. 148.

ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνυχιῶνος] Id est per sex menses hibernos, ubi domi versabantur mercatores. Conf. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 272.

900, 10. τὴν ἐγγύην] Pecuniam, pro qua cautum erat. Sic v. 17, 26. p. 1255, 2. SCHAEF.

900, 14. τὸ ἐπὶ τὴν τράπεζαν] Subaudi ὀφειλόμενον. REISK. Immo est i. q. τὸ τραπεζιτικὸν, quasi dicas τὸ ἐπιτραπέζιον. τῆς ἐγγύης τῆς ἐπὶ τὴν τράπεζαν p. 895, 15. SCHAEF.

900, 22. μὴ ὅτι δικάσασθαι, ἀλλ' οὐδ' ἐγκαλέσαι] ἐδικάσατό μοι ἢ λόγον ὁντινοῦν ἐποιήσατο πρὸς ἐμὲ — p. 901, 3. SCHAEF.

900, 27. τῷ ἐξελθόντι] I. q. πέρυσιν. Sic τοῦ ἐξελθόντος μηνός, superiore mense, p. 978. PENROSE.

901, 6. ὅτε αἱ δίκαι ἦσαν] Per sex menses hibernos. SCHAEF.

901, 10. τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον] Moleste dictum τὸν νόμον καὶ αὐτὸν τοῦτον, idque interpositis verbis εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι, quod etiam Dobraeus sensit, qui κατ' αὐτὸν (i. e. τὸν νόμον) τούτῳ (i. e. Apaturio) corrigi volebat: in qua scriptura

supervacaneum est κατὰ τοῦτον. Scribendum videtur τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι αὐτὸν τούτῳ (Parmenontem Apaturio), ut paullo post v. 14. εἰ γὰρ ἐγγυησάμην ἐγὼ τούτῳ τὸν Ἀπατούριον.

901, 15. οὐκ ἔστιν ὅπως—ἀπηχθανόμην,—περιεῖδον ἂν—] *Nullo modo, postquam in hujus odium—incurreram,—passus essem—.* Apparet cur particula ἂν soli posteriori membro accesserit. SCHAEF.

901, 16. ἃ δι' ἐμοῦ τούτῳ συνέβαλεν] Quae Parmeno cum Apaturio contraxerat. Ad quem ipsum Parmenontem etiam ἀπολεῖ redit, item ἐκείνῳ v. 20. REISK.

901, 21. τὴν εἰς τὴν τράπεζαν] Subaudi γεγενημένην. REISK. V. not. ad p. 900, 14. SCHAEF.

901, 26. τὴν ἐγγύην] *Multo enim validiori uterer argumento, si fassus praedem me factum compacta testarer.* Quippe nemo nisi bona fide testari creditur conditionem sibi ipsi molestam. SCHAEF.

902, 7. ὑπὸ τούτων] Apaturio et Aristocle. REISK.

902, 10. τῶν πρότερον ὡμολογημένων] τὰ πρότερον ὡμολογημένα i. q. αἱ πρότερον συνθῆκαι. SCHAEF.

903, 4. τρίτῳ] Notum idioma. *non soli Aristocli, sed ita ut tertius esset,* h. e. *sed simul duobus aliis.* V. Vigeriana p. 721. SCHAEF.

903, 16. πρὶν] Vulgo πρὶν ἤ. Delevi ἤ, de quo v. quae ad p. 104, 9. dixi.

903, 27. τὸ δὲ κεφάλαιον] *Et, quod praecipuum est, quicquam sibi mecum esse commercii Apaturius nec dicere instituet.* WOLF.

904, 16. πόθεν—καταψευδομαρτυρηθείς;] Wolfius: *unde ego, mendacio circumventus, argumenta petam?* Atqui sermo est de difficultate probandi, qua actor circumveniatur, non qua reus. Verte igitur: *quo me argumento falsus testis convincet?* λαμβάνειν τὸν ἔλεγχον passive intelligendum. Thucydides 6, 60. χαλεπὸς ἦν τότε καὶ ὑπόπτης ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας. Interpres: *tunc saevus erat et suspiciosus in eos, qui de mysteriis insimulati fuerant.* Conf. p. 1306, 7. SCHAEF.

XXXIV.

ADVERSUS PHORMIONEM.

ORATIONEM hanc non posse habitam esse ante Olymp. 112, 1. ab Clintono observatum est in Fastis Hell. vol. 2. p. 155. duobus argumentis, quorum alterum a Parisadis (p. 909. 23.). alterum ab Alexandri (p. 918, 20.) mentione sumtum: ad quos locos vide quae annotabimus.

Scripta oratio est nomine Chrysippi cujusdam: unde in codicibus nonnullis inscriptio ei facta ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν, qua utitur Harpocration s. v. ἐπιθέτους ἡμέρας. et brevius ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου s. v. ἔφεκτος τόκος. Sed Pollux 9, 45. ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου.

In argumentum Libanii.

906, 3. ἐξεστηκέναι] οὐ μέντοι γε ἐντὸς ὢν εἰπεῖν αὐτοῦ p. 913, 18. Idem recurrit p. 917, 17. (coll. v. 20.) 921, 27. SCHAEF.

906, 8. τὴν εὐθεῖαν] Conf. ad p. 882, 1. SCHAEF.

906, 20. Recte monet auctor argumenti aliam personam loqui p. 913, 20. Prima loquitur p. 916, 6. 917, 21. 919, 16. 920. init. Secunda 915. init. Tertia 916. 25. DOBR. Alter est Chrysippi frater: v. p. 918, 28.

907, 2. ἐν τῷ μέρει λεγόντων] Quia, duo cum essent, uterque caussae partem egit. WOLF.

907, 4. εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον εἰσαφικνούμενοι] Qui caussam hanc agunt, videri possint non cives Athenienses esse, sed mercatores peregrini, quippe qui se aiant saepius in portum Atticum venire. Verumtamen non videtur hoc argumentum rem conficere. Potest enim haec dictio, *frequentare portum Atticum*, etiam de civibus Atheniensibus usurpari naviculariam Athenas exercentibus, tametsi alibi locorum sedes fortunarum certas habeant fixas. Vel etiam potest illa dictio hoc significare, jam a longo tempore fratres illos, Chrysippum puta alterumque fratrem, cujus nomen ignoratur, consuevisse ex urbe in Piraeeum

descendere. Miror tamen nihilominus insolentiam dictionis, quae vix alias soleat nisi de peregrinis usurpari. V. p. 924, 6. REISK. Athenienses fuisse arguunt, opinor, αἱ ἐπιδόσεις, de quibus p. 918, 21. SCHAEF.

907, 12. οὐδ' ἄπειροι τοῦ ζημιοῦσθαι] Tot jam fecimus damna, ut etiam hanc jacturam aequo animo essemus laturi, nisi fraudem nobis strui intelligeremus. SCHAEF.

907, 15. ἐν τῇ νηὶ i. q. ἐπὶ τῆς νεὼς v. 8. Ad οὐ συναπολέσαντα subaudi τοῖς ἄλλοις, οἳ τὰ ἑαυτῶν ἐν τῇ νηὶ ἀπώλεσαν. SCHAEF.

908, 1. οἱ νόμοι] Vid. p. 882, 4.

908, 5. παραγράφεσθαι] *In caussis natis super contractibus iis, qui neque Athenis sint initi, neque caveant ut merces Athenas convectentur, concedunt leges exceptione fori uti.* REISK.

908, 8. κατηγορεῖν τοῦ διώκοντος] H. e. παραγράφεσθαι. Nam qui παραγραφῇ seu exceptione judicii declinatrice utebatur, jus prius agendi habebat et sic pro reo actor et quasi accusator fiebat. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 105.

908, 15. φασὶ] Comprehenduntur numero plurali cum Phormione reo ejus advocati et testes, quibuscum caussa communicatur. REISK.

908, 20. ἀμφοτερόπλουν] Hinc illuc, illinc huc, ut Athenis Bosporum, Bosporo Athenas, hoc est, ut pecunia Athenis accepta negotietur Bospori indeque reversus Athenas solvat et sortem et usuras. ἑτερόπλοιον unius tantum loci conditionem habet. In hac oratione Phormio ἀμφοτερόπλουν mutuatus se ἑτερόπλοιον reddidisse fingere dicitur, numerata scilicet et sorte et usuris Bospori, cum Athenis demum id faciendum esset interimque illa pecunia ei frui licuisset. WOLF. V. Reisk. Ind. Graecitat. Ad ἀμφοτερόπλουν subaudi δάνειον, quod latet in verbo ἐδάνεισα. V. Harpocration s. h. v. e quo corrigendus Zonaras p. 157. SCHAEF.

908, 21. ἐπὶ ἑτέρᾳ γ' ὑποθήκῃ] Magna inest difficultas v. ἑτέρᾳ, quam dudum sensit Valesius Emendat. p. 104: sed satis perspicue non explicavit. Suspicor tamen hanc esse vocabuli vim, Chrysippum Phormioni foenebrem pecuniam elocasse ἐπὶ ἑτέρᾳ τοσαύτῃ ὑποθήκῃ, apposito pignore, quod esset valore par et aequale pecuniae mutuo creditae. Non enim solebant foeneratores mercatori credere nisi contra pignus. Ambae illae sortes, altera creditoris, altera debitoris propria, collocari debebant in mercibus mercaturae periculo committendis, et hae merces illa duarum sortium commissione comparatae erant in jure creditoris, ut aut numis ex earum venditione redactis aes debitum a mercatore domum reverso dilueretur, aut alias in potestate creditoris merces a debitore advectae essent. Interdum quoque debitores fundos immobiles, ἐγγείους ὑποθήκας, opponebant pignori.— Olim haec scripseram. Postmodum coepi suspicari, vocabulo ἑτέρᾳ tantundem significari atque si dixisset ὁποίᾳ δή τινι οὖν, ἣν νῦν οὐκ ἐθέλω ὀνομάζειν. *pignore nescio quo, nil enim nunc neque juvat neque refert a me id commemorari.* Induxit

me in hanc suspicionem p. 1236, 23. ubi leguntur haec verba: ἐφ' ἑτέρᾳ ἀποδημῶν ἐμπορίᾳ. *peregre agens* (extra Atticam puta) *nescio quo in itinere.* REISK. Quamquam viginti illas minas ἀμφοτερόπλουν Phormioni elocavit Chrysippus, i. e. reddendas cum foenore, si navis et Athenis in Pontum et retro a Ponto Athenas incolumis cursum confecisset, onus tamen illud tantum, quod in Ponto imponendum erat, pignori fuit opponendum: nam quod ad merces, quas Athenis exportari oportuit (p. 909, 1.), erant illae, quatenus Chrysippi interfuit, quasi praedes quibus obstrictus est Phormio; ne nihil haberet in Ponto, quod mercibus illis permutaret Chrysippo oppignerandis. Haec sententia esse videtur verborum illorum, ἐπὶ ἑτέρᾳ γ' ὑποθήκῃ, quae doctos tantopere exercuerunt. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 105. Hoc si voluisset orator, scripsisset cum articulo θἀτέρᾳ. Reiskii prior ratio vitiosa est ob ellipsin vocis τοσαύτῃ, quae non potuit omitti: posterior ob pleonasmum vocis ἑτέρᾳ, quae omitti debuit. Quam enim significationem hujus vocis commentus est, ejus exempla quae satisfaciant morosiori non reperies. Donec igitur probabilius quid allatum videro, mihi quoque rem non liquere fatebor. Scribendumne (periclitabor enim conjecturam) ἐπὶ ἑκατέρᾳ ὑποθήκῃ? h. e. ἐφ' ᾧτε ἑκατέρωθεν (Ἀθήνηθέν τε καὶ Ἀθήναζε) ὑποθήκην εἶναι τὰ ἀγοράσματα τῶν ἐμῶν χρημάτων. V. v. 22. et p. 909, 26. SCHAEF. I do not think the objection to Reiske's first way of taking it insuperable, which makes by far the best sense. Compare in the next speech, at the end of p. 928. ἐδανείζοντο παρ' ἡμῶν τὰς τριάκοντα μνᾶς, ὡς ὑπαρχούσης αὐτοῖς ὑποθήκης ἑτέρων τριάκοντα μνῶν ὥστ' εἰς τάλαντον ἀργυρίου τὴν τιμὴν εἶναι τοῦ οἴνου καθισταμένην. There is still a fourth way in which it may be understood, *on a renewed security*. PENROSE. Diversas has apposui interpretum opiniones, quarum nulla videtur probari posse. Nam ἑτέρα ὑποθήκη nihil aliud significare potest quam pignus praeter merces navi imponendas dandum creditori, quod non datum esse queritur orator infra p. 909, 6. Ceterum e verbis orationis proximae p. 928. a Penrosio appositis discimus quod jam e nostro loco comparatis viginti minis v. 20. cum quadraginta minis v. 24. intelligitur, creditores in hoc negotiorum genere interdum ὑποθήκην postulasse quae duplo major esset quam credita ab iis pecuniae summa.

908, 22. Κίττῳ] Hujus, pueri adhuc, fit mentio in Trapezitico Isocratis (p. 360 D. 363 A. 364 B. 369 A.). WOLF.

909, 1. ἑκατὸν καὶ δέκα καὶ πέντε] Sic ex aliquot codd. pro vulgato ἑκατὸν δεκαπέντε. Satis placet. Sic Herodotus 8. 1. νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτά, ut e plerisque libris scribendum. Ibid c. 2. restituendum διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Qui utroque loco dederunt ordinem contrarium, cur non dederunt c. 48, cum possent iisdem auctoribus? Nec tamen damnanda vulgata nostri loci scriptura. Sic διακοσίαις εἰκοσιπέντε p. 926, 3, ubi nihil in codd. est diversitatis. SCHAEF.

This amount must be derived from the particular agreements, as the sum which Phormion is said to have been bound to invest, seventy-five minas, exclusive of forty on Chrysippus's account, does not bear a sufficiently simple relation to the sum borrowed, fifty-five minas, also exclusive of what Chrysippus had lent. PENROSE. Similiter Reiskius: "Cur dicat Phormionem debuisse pro 75 minis, quas mutuo sumserat, merces exportare e portu Attico valentes 115 minas, si voluisset pactis satisfacere, id vero non satis intelligo, si vera sunt ea, quae paulo ante (ad p. 908, 21.) de pignoraticiis bonis disputabam: debuisset enim tum merces navi imponere valentes 150 minas. Sed fieri potest ut aliis cum creditoribus aliter, non cum omnibus eadem formula pepigerit, nonnullis de jure severo parum quid remittentibus. Vel ortus est error lectionis ex errore librarii, qui ΔΠ, id est δέκα πέντε, dedit pro |Δ̄| πεντάκις δέκα, id est πεντήκοντα. REISK.

909, 4. ἑβδομήκοντα πέντε] Chrysippo 20, Theodoro 45, Lampidi 10.

909, 8. ἐπάναγκες] V. not. ad Aesopum Heusingeri p. 100. coll. Soping. ad Hesych. vol. 1. p. 1311. Adjectivum est p. 897, 7. 1068, 5. SCHAEF.

909, 14. παραχειμάζοντι] Photius p. 392, 20. παραχειμάζοντι· Δημοσθένης· καὶ παρεχείμασεν Ὑπερίδης.

909, 17. παρακολουθεῖν] Alii libri ἐπακολουθεῖν. Sententia est in utraque lectione haec: qui scrutarentur et vestigarent, venderetne Phormio merces in Pontum importatas, ubi, cui, quanti, et num alias merces emeret numis ex illarum priorum mercium venditione redactis, quae illinc Athenas referret, ut cautum erat in tabulis, fideliterne et probe administraret pecunias a Chrysippo creditas, verbo, qui coepta et gesta ejus acriter specularentur. V. p. 915, 17. REISK.

909, 22. Παρεισάδῃ] Commune hoc est regum quorundam Bosporanorum nomen in codicibus modo sic modo Παρισάδης vel Παρυσάδης scriptum, a Graecis in Βηρισάδης transformatum, qua forma utitur Demosthenes p. 624, 1: v. Wessel. ad Diodor. 16, 52. Constans in numis et inscriptionibus (v. Boeckh. vol. 2. p. 92.) scriptura Παιρισάδης est, quae vix dubitari potest quin Demostheni quoque hic et p. 917, 25. sit restituenda. De Parisade qui hic memoratur v. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. Append. c. 13.

910, 8. ἀπὸ τοῦ ἐμπορίου] Subaudi ἐξ οὗ ἀνήχθη, illo Pontico, unde fuerat evectus. REISK.

910, 12. τῶν ἄλλων παίδων] Ipse Lampis fuit οἰκέτης Δίωνος. V. p. 908, 16. SCHAEF.

910, 13. τριάκοντα] In numero corporum variatur. Alii τριακόσια, alii διακόσια dant, alii τριάκοντα, cum quibus facio. Nam incredibile est trecentos vel et ducentos modo liberos homines in una nave mercatoria conclusos fuisse. Qui si tot fuere, consentaneum duplo aut triplo plura fuisse mancipia. Ecquae autem

navis mercatoria tot homines capiat, cum maximae quaeque naves bellicae non legantur ultra centum viginti homines cepisse? Mancipia e Ponto magno numero quotannis exportata et quaqua versum divendita olim fuisse, quod idem hodie quoque fit, notum et pervulgatum est. REISK.

910, 15. χωρὶς τῶν ἄλλων] I. e. τῶν ἐμπορευμάτων ἢ ἀγορασμάτων. WOLF. Vel φορτίων, ut p. 908, 24.

910, 22. φησὶν] Phormio.

911, 12. ἵνα προσκαλεσαίμην αὐτὸν] *Ut in judicium eum arcesserem, ut diem ei dicerem.* WOLF.

912, 2. τὸ ἔγκλημα ὃ ἔλαχον] I. q. δίκην ἔλαχον. SCHAEF.

912, 6. ἔλαχον] Alii libri ἔγραφον, quod magis placet. Agitur enim hic de ipsa litis formula, de verbis conceptis. τοιοῦτον—γράφειν ἔγκλημα v. 11. SCHAEF.

912, 15. διδόντες πέρυσιν] Chrysippus de viginti illis minis, quas Phormioni credidisset, hunc judicio postulaverat. Phormio contra exceptione erat usus nescio qua. Nondum enim tum aiebat nomen id esse dilutum. REISK.

912, 17. ταύτην] αὐτὴν duo codd. Satis placet. Ubi enim orator, prius memorato formulae argumento, ipsam formulam majoris fidei ergo recitari jubet, utitur pronomine αὐτός. SCHAEF.

912, 23. ὅτι—ἐνθοιτο—ἀποδέδωκε] Notabilis modorum diversitas nullo ad sensum discrimine. Conf. p. 910. 26. SCHAEF.

912, 28. ἡμῶν] *Rogabant nos*, me, Chrysippum puta, et fratrem meum, et hujus caussae, quotquot essemus, socios, Phormio, Lampis aliique istius advocati. REISK.

ἰσοτελεῖ] V. Anecd. Bekk. p. 267. in. et Reisk. Ind. Graecitat. SCHAEF.

913, 18. πρὸς τοῦτον] Chrysippum puta. Nunc enim socius et frater forsitan Chrysippi loquitur. Ad hunc eundem p. 914, 5. quoque οὗτος et v. 29. τούτῳ referenda sunt. REISK. Sed adhuc loquitur ipse Chrysippus. Itaque τοῦτον de arbitro intelligendum. Junge ὡμολόγει μὲν πρὸς τοῦτον εἰρηκέναι ταῦτα. SCHAEF.

ἐντὸς ὢν—αὐτοῦ] οὐκ ἐντὸς ὄντα αὐτοῦ εἰπεῖν est: dicere id, quod dicas, per oblivionem, quid dicas, cum alia dicas quam quae velis dicere, supinitate quadam et alienatione mentis, quae impediat quominus ad ea, quae agas aut dicas, satis attendas. REISK. Libanius ἐξεστηκέναι p. 906, 3. SCHAEF.

913, 21. Ἀκούσας τοίνυν ἡμῶν—] Hinc alter loqui incipit, si verum tradit Libanius p. 906, 21. Sed mihi probabilius videtur incipere paulo post v. 26. a verbis ἐξ αὐτοῦ δὴ τοῦ πράγματος κ. τ. λ. Ut prioris oratio τὰ μαρτυρούμενα, quae Phormionem recta convincerent, posterioris τὰ τεκμήρια καὶ τὰ εἰκότα, quae et ipsa, etsi per ambages, demonstrarent fraudem factam, complexa sit. SCHAEF.

913, 22. οὐκ ἀπέγνω τῆς δίκης] *Reum a caussa absolvere, secundum eum litem dare haud sustinuit.* REISK. Cf. p. 920, 15.

913, 23. εἰς τὸ δικαστήριον] Duo codd. addunt ἰέναι. Perperam. Recte infra p. 920, 16. γνόντος τοῦ Θεοδότου ἀπιέναι ἡμᾶς εἰς τὸ δικαστήριον. et mox v. 18. πρὸς οὓς ἐκεῖνος ἔγνω ἀπιέναι. SCHAEF.

913, 28. οὗτος] Phormio. REISK.

914, 1. ὑποθήκην οὐκ ἔχων] Cum nihil haberet, quod pignori opponeret aliis, sed rebus Chrysippi oppigneratis aliis etiam caveret. WOLF.

914, 6. ὥστ' ἀπολαβεῖν—δραχμάς] Foenus itaque se habebat ad caput ut 6 ad 20. Viginti enim minas dederat Chrysippus solventi e portu Phormioni, pro quibus a Phormione domum ex itinere reverso easdem viginti minas cum usura sex minarum recuperabat. Erant autem ejusmodi itinera maritima mercatorum plerumque semestria aut breviora etiam, nulla sex mensibus diuturniora. REISK.

914, 10. δανεισάμενος ἐγγείων τόκων] Idem est ac si dixisset δανεισάμενος ἀντὶ ἐγγείων τόκων, cum aes mutuum sumsisset sub pacto dependendi foenoris terrestris, h. e. quod de fundis in terra continente sitis dependi solet. REISK. De foenore nautico vid. Schneider. ad Xenoph. de vectig. p. 179 seqq.

ἐγγείων τόκων] His, ut supra dixi, opponuntur οἱ ναυτικοί. WOLF.

ἦσαν—τόκοι] Citat h. l. Phrynichus p. 130. et Harpocration v. Ἔφεκτοι. Conf. item interpretes ad Thomam M. v. Ἔγγειον (p. 259.). Illi τόκοι sunt ἔφεκτοι, cum de talento sexta pars, h. e. de 60 minis denae penduntur in foenus. [V. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 145.] Verum non concordat hoc cum superioribus, ubi dicebat Phormionem pro viginti minis debuisse 6 minas. Ergo pro 60 minis debuisset 18 minas. Crederem tantum fuisse foenus nauticum. Sed plane hic dicit Phormionem sumsisse numos mutuos foenore terrestri. Quod miror: mercatores enim mutuo sumebant pecuniam foenore nautico, non terrestri. REISK.

914, 13. τῶν μὲν γὰρ ἑκατὸν κ. τ. λ.] Neque hic rursus conveniunt meae rationes cum Demosthenicis. Demosthenes ait 120 stateras Cyzicenos aequivalere 3360 drachmis Atticis: nam staterem illum aequivaluisse 28 drachmis Atticis. Sed sic efficitur summa 3362 drachmarum seu 33 minarum et 62 drachmarum. REISK.

τῶν μὲν γὰρ ἑκατὸν—γίγνεται τόσον καὶ τόσον.]

120 stateres sunt 3360 drachmae s. 33 minae et 60 dr.
Foenus . . . . . 560 dr. s. 5 minae et 60 dr.

Summa 3920 dr. s. 39 minae et 20 dr.

Nihil hic perplexi. Aestuat tamen Reiskius ad l. 21, ubi Phormio, quia jacturam fecerat 5 minarum et 60 drachmarum, foenoris videlicet 120 staterum vel 33 minarum et 60 drachmarum, illas etiam 5 minas et 60 drachmas Lampidi dedisse dicitur. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 106.

914, 17. τὸ δὲ σύμπαν κεφάλαιον] Tota summa, quam Phormio

Athenas reversus debuisset Chrysippo, erat 2660 drachmarum seu 26 minarum et 60 drachmarum. REISK. Immo 2600 drachmarum seu 26 minarum. SCHAEF.

914, 18. *τόσον καὶ τόσον*] V. ad p. 1307, 20.

οὗτος ὁ ἄνθρωπος] Homerus Odyss. 6, 201. *οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ —οὐδὲ γένηται, ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται δηϊοτῆτα φέρων.* SCHAEF.

914, 21. *τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα*] Vulg. *τριακοσίας.* Addidi *καὶ ἑξήκοντα* ex A. Sed rursus rationes non conveniunt. Supra dixerat Phormionem Lampidi dedisse in Ponto 120 stateres Cyzicenos, qui faciunt 33 minas et 62 drachmas. Jam dicit eum Lampidi dedisse 39 minas cum 20 drachmis. REISK. V. Seagerus ad v. 13. SCHAEF.

914, 24. *τρισχιλίας ἐνακοσίας εἴκοσιν*] V. ad p. 914, 13.

914, 26. *τρισὶ καὶ δέκα μναῖς πλέον*] The sum which he alleged to have paid Lampis was thirteen minas sixty drachmas more than the original loan. Of this, six minas would be due as interest on his return to Athens, but was not due then. Those thirteen minas are spoken of below (p. 916, 3.) as exclusive of the interest, which is not true. PENROSE.

915, 1. *τὰ ἐπιτίμια*] Videntur esse poenae aut multae in tabulis contractus scriptae iis, qui leges et pacta foederis violassent. REISK.

915, 2. *οὐδεμιᾶς σοι ἀνάγκης οὔσης*] Nondum enim violaverat pacta, si vera dicebat, ideoque poenis nullis tenebatur. REISK.

915, 17. *ἐπεθήκαμεν*] V. Harpocration v. *Ἀντεπιτίθησιν* et v. *Ἐπιθέτους*, ubi locum hunc ipsum allegat probandi ergo, veteres usurpasse *ἐπιτιθέναι ἐπιστολὴν* pro *παραδιδόναι.* Aliis praeterea exemplis hanc formulam confirmavi in animadversionibus ad Herodotum. REISK. V. Valckenarius ad Herodot. 3, 42. SCHAEF.

916, 2. *ἑτεροπλόῳ—κεχρημένῳ*] Cum in Pontum tantum navigasset Phormio, non autem retro, pecunia illa, quam *ἀμφοτερόπλουν* mutuam sumserat, *ἑτεροπλόῳ* usus fuerat, et nihilominus se *τόκους ἀμφοτέρους*, usuras pro utraque navigatione, et Athenis in Pontum et e Ponto Athenas, reddidisse affirmabat. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 107.

916, 3. *κεχρημένῳ*] Participium usus rarioris. SCHAEF.

916, 10. *τὴν συγγραφὴν ἀνελόμενος*] Recepta s. sublata syngrapha, ut fit soluto debito, quo pactum solvitur. Similiter *ἀναιρεῖσθαι τὰς συνθήκας* dicit p. 1180, 6. V. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 744. ubi in inscr. Orchomenia *ἀνελόμενος τὰς συγγραφὰς τὰς κειμένας παρ' Εὔφρονα.*

916, 11. *οὐκ ἐμοὶ*] Videtur hic Chrysippus iterum loqui. REISK. Immo Chrysippi hac in lite socius loqui pergit. Add. not. ad v. 20. SCHAEF.

916, 20. *οἶδε*] Quinam hi sunt? Si verum est, quod ad v. 11. dixi me suspicari Chrysippum rursus incepisse agere, nequit hic

hoc loco significari. Sin secus sit, hoc est, si alius haec pronuntiet, significatur Chrysippus cum reliquis creditoribus Phormionis. REISK. V. quae ad v. 11. monui. SCHAEF.

916, 21. δύο συγγραφὰς] Altera commemoratur v. 13. altera v. 23. SCHAEF. Duo ejusdem syngraphae exemplaria intelligit Penrosius.

916, 24. λέγει] *Dicit autem* (Phormio), *syngrapham jubere*—. Huic exceptioni statim occurritur verbis καὶ γὰρ ἐνθέσθαι κ. τ. λ. SCHAEF.

916, 26. πεντακισχιλίας δραχμὰς ἀποτίνειν] At vero p. 915, 1. τὰ ἐπιτίμια sunt tredecim minae tantum: illa pecunia scilicet, quam Phormio praeter debitum solvisse dicitur. Nam de viginti drachmis, quae excurrunt, tacet orator. Vid. p. 914, 26. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 107.

917, 1. ἀμφισβητεῖς—ἐν τῇ συγγραφῇ] Intelligenda exceptio illa, quam Phormio caussatur. V. not. ad p. 916, 24. SCHAEF.

917, 7. ταύτην τὴν σκῆψιν] Subaudi e proximo ὅτι μετέσχηκε τοῦ κινδύνου. *confugiebat ad has excusationis praestigias, caussans se periculum participasse, quippe qui mercibus suis istam navem onerari curasset.* REISK.

917, 11. ἐν τῷ ἐμπορίῳ] τὸ ἐμπόριον cum sic simpliciter nominatur, est Piraeeus. REISK.

917, 14. ἐφόδιον] I. e. ἀφορμὴν, πρόφασιν. WOLF.

917, 15. κελεύειν] Subaudi αὐτὸ, scilicet τὸ ἀποδοῦναι τῷ Λάμπιδι τὸ χρυσίον. REISK.

917, 24. ἐν Βοσπόρῳ] I. e. in emporio Bosporano. SCHAEF.

918, 4. τῶν δὲ νόμων] Vide legem in orat. adv. Lacritum p. 941, 10. PENROSE.

918, 5. ἄλλοσέ ποι recte restitutum videtur ex p. 941, 4. et 17. pro vulgato ἄλλοθί που, quod defendit Bernhardyus in Syntaxi p. 350.

918, 9. κατ' ὀβολὸν] Nemo plus identidem accipiebat quam singulos panes, eosque solummodo obolares. REISK.

918, 17. καιρῶν] V. ad p. 470, 12.

918, 20. εἰς Θήβας Ἀλέξανδρος παρῄει] Hoc factum Olymp. 111, 2. (335. A. C.) V. Plut. V. Alexandri c. 11. Arrian. Anab. 1, 7.

918, 21. ἐπεδώκαμεν] Sponte contribuimus: v. quae de omnis generis ἐπιδόσεσι dixit Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 129 seqq. a Penrosio citatus.

918, 24. τῆς καθεστηκυίας τιμῆς] Pro solito pretio frumenti, quanti venire solet frumentum, quum est vilissimum, scilicet quinque drachmis, seu medioeri et aequo, stante medio inter vilissimum et enorme. REISK. Posterius verum. καθεστηκυῖα τιμὴ i. q. μέση τιμή, *Mittelpreis.* SCHAEF. Anglice *the average price. Legitimum et moderatum pretium justumque* interpretatus erat H. Stephanus in Thesauro vol. 4. p. 792. ed. Paris., praeeunte Budaeo. Conf. ad p. 219, 20.

918, 25. *πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον*] The medimnus was within less than a pint of a bushel and a half. The price here spoken of would be about 21 shillings a quarter. Five drachmas appears to have been rather a high price than otherwise. See Boeckh. Econ. vol. 1. p. 128. (162. ed. Berol.) PENROSE.

918, 26. *πομπείῳ*] Pollux 9, 45. *ἢ που δὲ πομπεῖον εἴη ἂν οἴκημα κοινόν. Δημοσθένους εἰπόντος ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου· "καὶ ταῦτα ἴστε ἐν τῷ πομπείῳ διαμετρούμενα."* It was used as a depository for the objects employed in the sacred processions, namely, in the Panathenaic procession, and in that to Eleusis. Wordsworth's *Athens and Attica*, chap. 22. In the place here referred to, Wordsworth with great probability makes out the position of the *πομπεῖον* to have been close to the Dipylum gate which led to Colonus and Eleusis, alike to the north-west of the *στοὰ βασίλειος* at the extreme west of the agora. PENROSE.

919, 4. *ἵνα καὶ—ἀποβάλωμεν*] *Ut etiam antiqua careamus laude honestatis.* V. quae congessi in Jacobsii Annotat. ad Anthol. Palat. p. 973. SCHAEF.

919, 9. *τῶν πραθέντων*] Ad genitivum *τῶν πραθέντων* cave cum Wolfio praepositionem subaudias. Est enim pervulgatissima constructio, quam vulgus ut ellipticam integrat supplendo *ἀντί*. Frustra. SCHAEF.

919, 10. *τοὺς—δανείσαντας—διαλύσαντα*] Frequentius *διαλύειν τι* quam *διαλύειν τινά*. *διαλύειν ἐδέησεν οἷς ὤφειλον* p. 959, 27. *διαλῦσαι σφᾶς ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν* p. 970, 2. *ἵνα διαλύσῃ τὸν ναύκληρον* p. 1192, 23. SCHAEFER. V. Schoemann. ad Isaeum p. 214.

919, 18. *εἰ καθ' ἓν—ἀπελογήσατο*] Si ita singulatim unumquodque crimen diluisset Phormio, quemadmodum nos inferimus, quam optime sese defendisset. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 107. V. not. sequ. SCHAEF.

ἐδείκνυε Φορμίων] Post *ἐδείκνυε* aut post *Φορμίων* deesse videtur *τἀναντία* aut simile quid. REISK. Non deest. *si singula caussae suae capita Phormio argumentis tam certis probaret.* SCHAEF.

919, 28. *παραγράφονται. exceptione utuntur:* ut solum per se intelligatur. *ὡς—οὖσαν. quasi ea sit caussa, quae in forum deduci non debeat.* SCHAEF.

920, 1. *οὗπερ*] *παρ' οἷς. quorum in mercatu.* SCHAEF.

920, 2. *εἰ μὲν—, ἐπειδὴ δὲ—*] Eadem particularum *μὲν* et *δὲ* ratio infra v. 19. V. not. ad p. 667, 13. SCHAEF.

920, 15. *εἰ Θεόδοτος*] Orator hoc dicit: Si Theodotus contra me dixisset sententiam, quam exceptionis formulam homo scripturus, quo litem argumento elusurus, quantum provocanti mihi insultaturus erat, quando nunc —? SCHAEF.

921, 5. *κατεβάλλετο ἐνταῦθ'*] *Hic consisteret* vel potius *proferretur.* Apparet aut Lampidem abfuisse aut non scripto dixisse testimonium. WOLF.

921, 15. ὑμεῖς—πράγματος] *Vos autem, cum intellexeritis non accepisse illum, rem testari* (damnando reo) *recusetis*. SCHAEFER.

921, 19. ὑπολάβοιτε] ὑπολαμβάνετε Schaeferus. Nihil offensionis in hoc optativo post praecedentes indicativos pendente ab πῶς οὐκ ἂν εἴη ἄτοπον εἰ—v. 9.

922, 1. πιστῶς] I. e. πιστεύοντες. SCHAEF.

922, 11. καλῶ] Est futurum. SCHAEF.

XXXV.

ADVERSUS LACRITUM.

SCRIPTA haec oratio est Androcli Sphettio et Nausicrati Carystio, ut ex p. 925, 28. aliisque locis apparet. Temporis quo habita sit indicia nulla continet neque aliunde compertum habemus.

In argumentum Libanii.

923, 2. ἀναδεξαμένου] V. p. 925, 13. 17. 928, 2. SCHAEF.

923, 12. τὸ — τῆς φράσεως ἀνειμένον] V. ad p. 925, 2. 8. SCHAEF.

923, 13. τὸν δὲ Δία—ὠνομακώς] V. p. 937, 21. SCHAEF.

924, 10. τούτου] Lacriti puta. REISK.

924, 11. εἰς τὸν Πόντον καὶ πάλιν Ἀθήναζε] ἀμφοτερόπλουν. SCHAEF.

924, 12. πρὶν] V. ad p. 104, 9.

925, 2. ἐπιτήδειοι] Post h. v. videtur γὰρ deesse et haec verba usque ad οὗτοι v. 3. parenthesi esse includenda. REISK. Non assentior. Narratio haec negligentius aut potius ἀφελέστερον vincta inprimis decet τὸ τῆς φράσεως ἀνειμένον, de quo Libanius Argum. p. 923, 12. Conf. quae simillima congessi H. Steph. Thes. p. 3582. ed. Lond. Add. not. ad p. 1155, 25. SCHAEF.

925, 3. χρώμεθα] V. ad p. 849, 8.

925, 7. Ἀπολλοδώρῳ] Apollodorus erat item frater Lacriti et Artemonis. REISK. Conf. v. 18. SCHAEF.

925, 8. ὅπως ἂν ἐνεργοὶ ὦσι] *Quo haberent unde possent quaestum facere, negotiationem exercere, haberent quod agerent.* REISK.

εἰδὼς] Repentinus hic transitus ad singularem numerum item est indicium τοῦ τῆς φράσεως ἀνειμένου. Similis a plurali ad singularem transitus recurrit p. 935, 11. SCHAEF.

925, 10. οὐδ' ὁ Θρασυμήδης] *Ne Thrasymedes quidem*, nedum ego. SCHAEF.

925, 12. ὑπισχνεῖτο] Alii libri ὑπισχνοῦντο. Praestat illud.

Pollicitando verba dare inprimis loquacem ventosumque sophistam decebat. Conf. p. 928, 6. 13. SCHAEF.

925, 16. τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ] Melanopus est. REISK.

925, 20. ξένου—Καρυστίου] Designat Naucratem aut Nausicratem. REISK.

925, 24. ἐτοιχωρύχησαν] τῶν τοιχωρύχων δίκην ὑφείλοντο καὶ ἔκλεψαν. WOLF. V. Photius p. 593, 12. SCHAEF.

925, 27. ΣΥΓΓΡΑΦΗ] Hanc formulam examinat more suo Petitus p. 501 sqq. ubi etiam v. Wesseling. REISK. V. Boeckhius Oecon. vol. 1. p. 151. SCHAEF.

926, 1. Μένδην] Citat h. l. Harpocration s. h. v. REISK.

926, 2. τῆς ἐπ' ἀριστερὰ] Subaudi πλευρᾶς τοῦ Πόντου. *si volent sinistrum Ponti litus legere, liceto ipsis usque ad Borysthenem procedere.* Sinistrum litus est id, quod ingressis Pontum e Bosporo ad sinistram est. REISK.

926, 4. μετ' Ἀρκτοῦρον] After the rising of the star Arcturus, which in Hesiod's time took place sixty days after the solstice (*Opera et Dies* 566.) According to Ptolemy it was on the second of September. The discrepancy is thus explained by Captain W. H. Smyth, R.N.: "The difference in the rising of Arcturus is the effect of the precession of the equinoxes—54¼" annually, and from Hesiod's mention of when it took place in his time, the important chronological point of his age is gained. The star however, though fine, was reckoned ungenial in its influences; and the chance between the summer and autumnal Etesian winds being precursed by eight or ten days of squally weather, the *prodromi* of old—was ascribed to the direct power of Arcturus, instead of the alternation consequent upon the solar march. The times of the periodical changes of the *Etesiae* are still objects of concern." Gibbon, vol. 1. c. x. says, referring to *Voyages de Chardin*, vol. 1. p. 45: "To navigate the Euxine before the month of May, or after that of September, is esteemed by the modern Turks the most unquestionable instance of rashness and folly." The same caution seems to have prevailed in the eastern part of the Mediterranean. Compare Acts 27, 9, where, the vessel being on the coast of Crete, it is said, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι, that is the day of Atonement, on the tenth day of the Jewish month Tisri, which fell in that year, according to Burton, on the nineteenth of September. PENROSE.

926, 6. Ἱερὸν] Est postmodum dicta Chalcedon. V. Wesseling. l. c. REISK.

χιλίας] Millenae drachmae paulo ante depactae erant foenore 225 drachmarum. Jam vero, si appellerent ad Chalcedonem post Arcturi occasum, cavebatur in usuram, trecentenae drachmae in millenas. Ergo periculosa erat illa navigatio. Sed nullo non anni tempore importuosum erat litus Chalcedonense, multo autem magis sub autumni initia. REISK.

ἐπὶ—Μενδαίοις] Fortasse malis ἐπὶ οἴνου Μενδαίου κεραμίοις,

coll. p. 929, 16. 22. Sed v. Dobr. ad Arist. Pl. 718., ubi jure praefert quod priores dant editiones Herodoti 1, 194. *βίκους φοινικηΐους κατάγουσι οἴνου πλέους*. Sic infra p. 934, 21. *οἴνου Κῷα κεράμια*. Compares *σαργάναι ὡραῖαι καὶ σαπραὶ* ap. Polluc. 7, 27. Atque etiam vernacule passim dicimus de vasis quod proprium est rerum illis contentarum.—Mendaeum vinum a multis celebratur. Memorat etiam Photius p. 258, 12. SCHAEF.

926, 6. *ἐπὶ—τρισχιλίοις*] Colligitur ex hoc loco, vini Mendaei testam valuisse binas drachmas. Foeneratores enim pecuniam credere solebant in hypothecam, quae duplum valeret numorum creditorum. REISK. V. p. 928, 25. SCHAEF.

926, 8. *εἰκοσόρῳ*] It must have been a large vessel to hold three thousand *κεράμια* (nearly six gallons each) of wine, and if twenty oars, or even forty, (if the word is understood to mean a ship with twenty benches) were at all its usual mode of propulsion, it must have been contented to creep along very leisurely. That the oars were more than supplementary is clear from the ship being designated from them. Probably, like many coasters in the Mediterranean now, it would never attempt to go to windward under canvass. PENROSE.

ταῦτα] *τὰ κεράμια τοῦ Μενδαίου οἴνου*, quae Mende in Pontum vehenda erant. Et v. 21. *ἕως ἂν ἀποδῶσι τὸ γιγνόμενον*. WOLF.

926, 16. *ἐκβολῆς*] The throwing overboard of any part of the cargo to lighten the ship. See Acts 27, 18. PENROSE.

926, 18. *τῶν δ' ἄλλων ἀπάντων ἐντελές*] *Sed quod ad cetera omnia* (damna, impendia) *integrum*. SCHAEF.

926, 27. *καὶ*] Deletum malim. REISK. Ego non item. Valet *idque*. V. not. ad Longi Pastor. p. 351. SCHAEF.

927, 2. *εἰσβάλωσι*] Scilicet *εἰς τὸν Πόντον*. REISK.

927, 3. *μείναντες—Ἑλλησπόντῳ*] *If they stay ten days after the rising of the dog-star in the Hellespont.* According to Ptolemy, quoted by Wolf, the dog-star rises July 28, according to modern observations July 3. Bad weather seems to have been generally expected in the dog-days. PENROSE.

927, 4. *σῦλαι*] V. Harpocration s. v. *σύλας*, ubi hic locus memoratur. "The words *σῦλαι ὦσιν Ἀθηναίοις* do not mean, *where reprisals were granted upon Athenian property by the law of the land*, but, *where the Athenians had the right of reprisals by the Athenian law*, because there of course the people would retaliate. Besides, if any question arose, it would be more easily determined by taking the Athenian law as the standard." PENROSE. Sic Boeckhius Oecon. vol. 1. p. 153.

927, 6. *πέρυσι*] Because by the time this condition would come into force it would be another year; the year beginning with Hecatombaeon, about midsummer. PENROSE.

927, 8. *σωτηρία ἔστω τῶν ὑποκειμένων*] *If the ship is wrecked, let the cargo be preserved* (if possible), *and let the creditors take their portion.* PENROSE. Male Schaeferus: "Duo codd. *σωτηρία δ' ἔσται τῶν ὑποκειμένων, τὰ περιγενόμενα κ. τ. λ.* Commodissime ad

sensum: ut non dubitem sic corrigendum esse. Hoc dicitur: Si vero naufragium ita acciderit, merces oppigneratae ut salvae sint, quod earum periculo evaserit esto —. Quod si quem male habeat indicativus ἔσται post conjunctivum πάθῃ, consulat quae scripsi ad p. 712, 21."

927, 12. 23. Βοιώτιος] Βοιώτιοι pagi nomen suspectum habebat Reiskius. Legitur apud Philostratum Vit. Soph. 1, 7. p. 553. ἐν τῷ Βοιωτίῳ δήμῳ (δηλίῳ codices plerique), et paullo post, Μαραθώνιοί τε καὶ Βοιώτιοι. Inscr. Attica ap. Rossium in libro de demis p. 65. Ἀντικλῆς Κλεοσθένου Βοιώτιος χαῖρε.

927, 15. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ] Imo vero Μαρτυρία. Hic enim non nisi unus Archenomides testatur. REISK. Vulgata non mutanda. Est titulus generalis, complectens etiam quod post sequitur testimonium. SCHAEF.

928, 4. συσσημηναμένου] Male alii codd. σημηναμένου. Non solus Lacritus obsignaverat eas tabulas, sed una cum ambobus fratribus, Artemone et Apollodoro. REISK.

928, 6. Ἰσοκράτους μαθητὴς] V. p. 937, 25 et Orelli ad Isocrat. π. τ. ἀ. p. 210. SCHAEF.

μαθητὴς] μαθητής· Bekker. Nostra interpunctio juvat loci sarcasmum. Jungenda enim οὑτοσὶ δὲ—οὗτος ἦν κ. τ. λ.: Λάκριτος—μαθητὴς autem cum sanna interseruntur. Itaque post δὲ subdistinctio ponenda. SCHAEF.

928, 25. ὡς ὑπαρχούσης—τριάκοντα μνῶν] Subaudi ἀξίας. tamquam hypothecam haberent, quae triginta minas valeret, et insuper alteras triginta minas: quae sexaginta minas vel talentum, duplum pecuniae creditae, valeret. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 107. Quid opus subaudire ἀξίας? *tanquam sibi esset quod satisdarent pro aliis triginta minis.* Wolfius: *quasi pignus haberent aliarum triginta minarum.* SCHAEF. V. ad p. 908, 21.

929, 17. μηδὲν] Recte μηδὲν, non οὐδὲν, ut in oratione obliqua. Sic etiam mox v. 23. p. 930, 23. 934, 20. Quanquam non fuit perpetua accuratior haec ratio. V. p. 934, 27. SCHAEF.

929, 20. διοπτεύων τὴν ναῦν] ἐπισκοπῶν τὰ φορτία καὶ τὰ γιγνόμενα ἐν τῇ νηΐ. WOLF. Citat hunc locum Harpocration v. Διοπτεύων. REISK. Videtur fuisse quem nos dicimus *Supercargo.* Aliter Reisk. in Ind. Graecitat. SCHAEF.

929, 23. ἐξεμαρτύρησεν] ἀκοὴν ἐμαρτύρησεν, ut alias dicit. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 188, 24. 248, 3. SCHAEF.

930, 10. τινος νεανίσκου] Designatur Aratus Halicarnassensis. V. v. 20. REISK.

930, 21. ἀργυρίου] Additur hoc, ut significetur, non in mercibus, sed in praesentibus numis id creditum fuisse. REISK. Fuit solennis haec in syngraphis formula: nec quisquam de mercibus cogitaturus erat, etiamsi ἀργυρίου non additum esset. V. p. 925, 29. SCHAEF.

ἐμπορίᾳ] Sic etiam Bavaricus, sed cum ε super ι, ut videatur librarius indicare voluisse variantem ἐμπορείᾳ. REISK. ἐμπορία h. l. dicitur de mercibus: quae significatio est rarior. Xeno-

phon Vectig. 3, 2. οἱ ἀργύριον ἐξάγοντες καλὴν ἐμπορίαν ἐξάγουσιν. Add. H. Stephani Thes. SCHAEF.

930, 25. οὐ γὰρ ἂν δανεῖσαι] Subaudi εἰ ᾔδει. SCHAEF.

931, 17. ἕως — τὰ ἡμέτερα] Citant Anecd. Bekk. p. 145, 4. SCHAEF. Qui grammaticus in vulgata olim scriptura consentit ἕως ὅτου, quam in ἕως ὅτε mutari voluit Bernhardyus in Syntaxi p. 196.

931, 25. τοῖς τοιούτοις] τῷ τοιούτῳ Harpocratio s. v. σύλας.

932, 5. προσήκει] Malim προσήκειν. *putant omnes homines oportere uti* —. REISK.

932, 6. ἀπ' ἀρχῆς ἀρξάμενοι] Notabilis pleonasmus. SCHAEF.

932, 15. φωρῶν λιμένα V. Bekk. Anecd. p. 315, 14. SCHAEF. ἔξω — ἐμπορίου] ἐν μεθορίῳ τῆς Ἀττικῆς Anecd. Bekk. l. c. SCHAEF.

932, 21. ἐν τῷ δείγματι τῷ ἡμετέρῳ] Locus in Piraeeo, inquit Suidas, in quo multi et cives et hospites conveniebant et sermones inter se conferebant: fortasse quod specimina mercium ibi exhiberentur. Idque addit Aristophanis interpres Equit. (979.). ἐκεῖ, inquit, οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων ἐτίθεσαν. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 237, 20. et not. ad p. 1214, 18. SCHAEF.

τῷ ἡμετέρῳ] Hinc discas etiam alibi talia δείγματα fuisse. Polybius 5, 88. extr. ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων δείγματι. Quod commemorat etiam Diodorus 19, 45., ubi v. Wesseling. SCHAEF.

932, 27. πεντηκοστεύονται] Citat h. l. Harpocration v. Πεντηκοστή. REISK. Et Anecd. Bekk. p. 297, 21. SCHAEF.

933, 1. πεπεντηκοστευμένον] πεντηκοστευόμενον suo in libro videtur habuisse grammaticus Anecd. Bekk. l. c.: hunc enim oratoris locum ab illo respici vix dubites. SCHAEF.

933, 11. τὸ πλοῖον] Non erat hoc navigium εἰκόσορος illa, cujus onus pignori oppositum fuerat ob triginta minas, quas Androcles crediderat: haec enim ad φώρων λιμένα (p. 932, 13.) appulsa esse videtur; et sequitur (p. 933, 20): πρός τε γὰρ τὸ πλοῖον τὸ ναυαγῆσαν οὐδὲν ἦν αὐτοῖς συμβόλαιον, ἀλλ' ἦν ἕτερος ὁ δεδανεικὼς Ἀθήνηθεν ἐπὶ τῷ ναύλῳ τῷ εἰς τὸν Πόντον καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ πλοίῳ· Ἀντίπατρος ὄνομα ἦν τῷ δεδανεικότι. Κιττιεὺς τὸ γένος. Legendum igitur τι πλοῖον. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 107. Ne audias. Naufragium ita factum erat, ut navigii τὸ σκάφος refici posset. Quanquam etiam Reiskius de duobus Hyblesii navigiis cogitavit. V. ad p. 934, 15. SCHAEF.

933, 12. ἐκ Παντικαπαίου εἰς Θευδοσίαν] V. not. ad p. 467, 10. SCHAEF.

933, 17. αὐτὰ] Dedi de meo αὐτοὶ, *ipsos*, fratres puta Lacriti. REISK. Latetne ἀπάγειν in αὐτὰ ἄγειν? V. p. 926, 11. 935, 20. Reiskii quidem scriptura mihi non probatur. SCHAEF.

933, 21. ὁ δεδανεικὼς] Hyblesio puta. V. p. 934, 8. REISK.

933, 22. ναύλῳ] The loan in this case was upon the freightage

of goods, and upon the money received from passengers. PENROSE.

934, 1. οὐδὲν γὰρ] Subaudi τούτων, ἃ προφασίζονται. REISK. V. not. sequ. SCHAEF.

προσήκει] τῷ ἡμετέρῳ πράγματι. REISK. Satis operose. Simplicius ad οὐδὲν γὰρ προσήκει subaudias λέγειν. SCHAEF.

934, 15. κυβερνῶν] κυβερνῶν pro vulgato κυβερνῶντι ex codd. restitutum. Hyblesius enim erat nauclerus duas una agens naves in Pontum: Erasicles erat gubernator alterius navis viginti remorum (v. p. 926.), in qua merces Artemonis et Apollodori erant, quae navis salva e Ponto Athenas rediit. In altera Hyblesius ipse vehebatur cum mercibus tam alienis quam suis, in quas ei Antipater aes foenebre crediderat, et cum mercibus Apollonidae hic testantis. Haec navis in Ponto periit. Hae duae naves συνέπλεον, una iter agebant. REISK. Recte dedit κυβερνῶν. V. p. 929, 14. Cetera Reiskii non probo. V. not. ad p. 933, 11. SCHAEF.

934, 26. ταρίχους] Duo codd. ταρίχου. Hoc Ionum est. V. Anecd. Bekk. p. 309, 14. SCHAEF.

934, 28. Δαμοτίμου] De forma hujus nominis Dorica v. ad p. 1310, 6. SCHAEF.

934, 29. Θυμαιτάδης] Non Θυμοιτάδης, ut alibi interdum scriptum et hic scribi voluit Reiskius. V. quae dixi ad Aristoph. Vesp. 1138.

935, 1. Κτησικλέους] Κτησίου p. 929, 25.

935, 6. κατ' ἐμπορίαν] Duo codd. εἰς ἐμπορίαν. Herodotus 3, 139. ἄλλοι τε συχνοὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο Ἑλλήνων, οἱ μὲν— κατ' ἐμπορίην, κ. τ. λ. SCHAEF.

935, 11. κατεχόμενοι — ἀπεκρίνατο] V. not. ad p. 925, 8. SCHAEF.

937, 21. μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα] V. Libanius p. 923, 13. SCHAEF.

937, 27. καταφρονοῦντας] Junge καταφρονοῦντας καὶ οἰομένους δεινοὺς εἶναι ut verba unius notionis. Potuerat, nisi abundantior phrasis decuisset oratorem, brevius scribi: καταφρονοῦντας δεινοὺς εἶναι. Quae breviloquentia est historicorum. Herodotus 1, 66. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι. ad q. l. Wesselingius contulit Abydeni καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι. V. praefat. ad Anacreont. Tauchnitz. p. 11. SCHAEF.

938, 1. οἰμωξομένου] *One that deserves punishment.* A curious extension of the common use of the imperative of οἰμώζω, in the sense of a sort of threat or malediction. PENROSE. Est modus loquendi comicis usitatior quam oratoribus. Sic Aristoph. Pac. 756. ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο περὶ τὴν κεφαλήν.

Λάκριτος δ' οὑτοσὶ etc.] The character given to Lacritus here is something like that ascribed to Socrates by Aristophanes in the *Clouds.* PENROSE.

938, 4. ἑαυτοῖς] Sibi suisque fratribus. REISK. Notabilis haec syntaxis: εἰδὼς τὰ πεπραγμένα ἑαυτοῖς. SCHAEF.

938, 17. ἃς] αἷς August. primus. REISK. Similis scripturae diversitas ex eodem libro enotata ad p. 928, 27, 941, 18. Nec male dubites, taliane librariis recte imputentur. SCHAEF.

ἃς δέδωκε τῷ διδασκάλῳ] Vide mihi, ut Demosthenes Isocratem iterum iterumque vellicet. SCHAEF.

938, 25. τοὺς—δικάζοντας] Thesmothetas eos fuisse patet e p. 920, 20. Alias suspicarer curatores portus esse. V. p. 894, 6. REISK.

939, 1. μὴ] libri meliores pro vulgato καὶ μή, vere, ut opinor. Talia enim in exegesi asyndeta alibi etiam in Demosthenicis legere memini: sed loca quaerenti nunc non succurrunt. Sic jam Poëta Il. 2, 125. Platonica exempla habet Heindorfius ad Protagor. p. 603. SCHAEF.

939, 8. εἰσπέπρακται] Modo vidimus εἰσπράττειν: ut nihil sit discriminis inter εἰσπράττειν et εἰσπράττεσθαι. SCHAEF.

939, 20. οὕτω] οὗτος A. r. Hoc verum puto. De Lacrito enim oratorem loqui ostendit ταυτηνὶ v. 23. SCHAEF.

939, 27. τὰ ἐπιτίμια] I do not understand what penalty this can refer to, unless it means the penalty for investing money elsewhere than in Athens, which, as it is said in the next paragraph, Androcles was in some danger of coming under. PENROSE.

939, 28. ἐκτίνωμεν;] Non videtur haec interrogatio, sed responsio ad antecedentem interrogationem. SCHAEF.

940, 5. πείθεις;] Neque hanc puto esse interrogationem, sed responsionem. SCHAEF.

940, 8. τοῖς ἕνδεκα—εἰσάγουσιν] Apud hos enim denuntiabantur ii quorum delicta aut vinculis aut capite plectenda essent: v. Meier. Proc. Ath. p. 228 sq.

940, 10. ἄρχοντι—βασιλεῖ—πολέμαρχος] ἄρχων est quem grammatici ἄρχοντα ἐπώνυμον dicere solent, quoniam anno nomen dabat, βασιλεὺς est archon secundus, πολέμαρχος tertius: quorum de officiis et juribus, ut reliquorum sex, qui thesmothetae vocantur, v. Meier. Proc. Att. p. 40 sqq. De archonte quae hoc loco memorantur ab oratore comparanda sunt cum legis formula inserta orationi adversus Macartatum p. 1076, 15.

940, 16. οἱ στρατηγοὶ] De officiis strategorum, quorum collegium ex decem viris compositum erat, v. Meier. l. c. p. 107 sq. Munera trierarchis praestanda eos edixisse ex h. l. cognoscimus et p. 997, 2. Conf. Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 27.

940, 26. τοῦ] Vulgo καὶ τοῦ. V. ad p. 431, 19.

940, 29. τὸ τούτου μέρος] *So far as Lacritus was concerned.* μέρος is often used in this sense, particularly in the tragedians, commonly with ἐμόν or σόν. Soph. Oed. T. 1509. Trach. 1215. Eurip. Rhes. 405. Heracl. 678. PENROSE. Demosth. p. 1123. 3. τὸ σαυτοῦ μέρος.

941, 1. ἢ πρὸς τούτους] Scilicet ἐμοὶ γραφεῖσα ἢ κειμένη. REISK. Bene ad sensum: modo ne putes phrasin esse ellipticam. SCHAEF.

941, 6. οἷαι—δειναί] τὰς ἐσχάτας τιμωρίας dicit Lycurgus p. 157 R. SCHAEF.

941, 13. καὶ τἄλλα—ἑκάστου αὐτῶν] Verba haec non videntur ipsa legis verba, sed oratoris brevitati studentis et longum indicem mercium in lege enumeratarum compendifacientis. Tum rursus pergit lex: ἐὰν δέ τις ἐκδῷ—. REISK. Ipsa legis verba esse non dubitabis, si memineris legem a scriba recitari. SCHAEF. Huic recte contradixit Penrosius. "But in this Schaefer forgets that what the clerk read was not from any authenticated copy, but from extracts which had been taken and put into the echinus by the party; and so if Androcles or Demosthenes had copied the law in this compendious form, the clerk would of course read it accordingly. The only check upon copying unfairly seems to have been the knowledge of the laws which every Athenian had, so that any alteration would have been detected by the jury." Quum haec verba male intellexisset Schaeferus, proximum τὰ γεγραμμένα ad syngrapham referre coactus fuit. Cum Reiskio consentit Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 61.

941, 15. τοὺς ἐπιμελητάς] τοὺς τοῦ ἐμπορίου dicit.

XXXVI.

PRO PHORMIONE.

ΥΠΕΡ ΦΟΡΜΙΩΝΟΣ] Phormionem, pro quo scripta haec oratio est, diversum esse ab illo, contra quem orationem pro Chrysippo habitam (p. 907 seqq.) scripsit Demosthenes et per se manifestum est ex iis quae de utriusque viri conditione in his orationibus dicta sunt et monuit Reiskius. Est vero idem contra quem eadem quidem in caussa, sed de alia quaestione, egit Demosthenes in orationibus contra Stephanum, ita ut alternis ejusdem hominis et defensor et accusator fuerit: quod a quibusdam crimini ei datum est. De quo ut de caussa quae in his orationibus agitur vide quae in Prolegomenis ad orationes contra Stephanum dicentur. Tempus hujus orationis satis accurate definiri potest, ut ab Clintone factum Fast. Hell. ad Olymp. 107, 3. vol. 2. p. 135. et p. 358. Nam quum Pasio trapezita, quem Olymp. 102, 3. archonte Dysniceto obiisse constat (v. orat. c. Steph. p. 1132, 25.), in hac oratione plus quam viginti annos ante mortuus esse dicatur (p. 952. παρεληλυθότων ἐτῶν πλέον ἢ εἴκοσιν), sequitur non habitam eam esse ante Olymp. 107, 3. Porro quum Callippus ὁ νῦν ὢν ἐν Σικελίᾳ memoretur p. 960., Callippum autem Rhegium occupasse constet Olymp. 107, 2. archonte Thessalo (v. Diodor, 16, 45.) et paullo post occisum ibi esse (Plut. V. Dion. c. 58. Ῥήγιον κατέσχεν, ἐκεῖ δὲ λυπρῶς πράττων—ἀνῃρέθη), manifestum est orationem hanc non posse habitam credi serius quam Olymp. 107, 3. archonte Apollodoro, quo tempore adhuc in vivis erat Callippus.

In argumentum Libanii.

943, 20. Ἀνδρομένης] Omisit Lysinum memoratum p. 945, 6: nisi hic librarii error est, quem corrigit Voemelius inserto καὶ Λυσῖνος ante καὶ Ἀνδρομένης.

944, 1. ἀφορμὴν—ἐνθήκην] V. Anecd. Bekk. p. 472, 6. SCHAEFER.

944, 3. κελεύοντα—μηκέτι ἐξεῖναι δικάζεσθαι] κελεύοντα ἐξεῖναι

parum placet: κωλύοντα—δικάζεσθαι mallem. Sed satis est sententiam intelligi. WOLF. Vulgata cur Wolfio displicuerit, non intelligo. Ut enim ad κελεύοντα ἐξεῖναι fortasse offendas, quanquam apparet sic dici posse, quid tandem est in phrasi κελεύοντα μηκέτι ἐξεῖναι quod vel morosissimus reprehendat? SCHAEF.

944, 1. Τὴν μὲν ἀπειρίαν—ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Citat Rufus p. 77. SCHAEF.

944, 2. αὐτοὶ] Omisit Rufus.

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] ὦ δικασταί Rufus.

944, 6. τὰ δίκαια] Quae quis argumenta ad caussam suam firmandam affert dicuntur δίκαια. V. Reisk. Ind. Graecitat. SCHAEF.

945, 1. πεποιηκὼς] πεποίηκε August. primus. Quo vulnus hujus loci non sanatur. Paret aliquid deesse. οὑτοσὶ enim cum insequentibus redeunt ad Phormionem, verbum autem συκοφαντεῖ ad Apollodorum: quae sibi non constant. REISK. πεποίηκε verum videtur. Sic autem καὶ v. 2. delendum et ante ὅμως v. 6. plene interpungendum. SCHAEF. Nihil mutandum.

945, 5. τοῦτον οἷός τέ ἐστι] τοῦτον, Phormionem. οἷός τέ ἐστι, Apollodorus, ad quem ipsum etiam τούτου v. 11. redit. REISK. Immo τοῦτον de Apollodoro, οἷός τέ ἐστι de Phormione intelligendum. *postquam Phormio eo redactus est ut vexationes Apollodori tolerare amplius non possit.* De repentina subjecti mutatione in verbo συκοφαντεῖ v. not. ad p. 721, 8. SCHAEF.

945, 27. δεδανεισμένον ἴδιον] τοῖς ἄλλοις ὑπὸ Πασίωνος. ἴδιον autem dicit, quia et alii suam pecuniam aliis mutuo dandam argentariis credebant. WOLF.

946, 2. ἕνδεκα τάλαντα ἐνεργὰ ἦν] Quid? Ergo reliqua 39 τὰ δεδανεισμένα ἀργὰ ἦν; Num sine usuris mutavit? WOLF. Haudquaquam: nec verba hoc indicant. Improbandum etiam quod undecim haec talenta Wolfius illis quinquaginta ita adnumerat, ut de Pasionis peculio deducenda videantur. Quippe Pasio cum quinquaginta talentis, quae ipse possidebat, alia undecim apud se deposita feneratus erat: ut ἐν—τούτοις h. l. valeat i. q. πρὸς—τούτοις. V. not. ad Sophocl. Ajac. 674. Oedip. Col. 55. et Elmsleius ad Oedip. T. 27. Neque opus est ἐν mutari in σὺν, quod Heraldo Animadv. 2, 5, 13. placuit. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 2. p. 12. SCHAEF.

946, 3. ὅδε] Phormio. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 108.

946, 5. μήπω] μήπω scripsit propter optativum ἔσοιτο. Si usus esset quo uti poterat indicativo ἔσται, legeremus scriptum οὔπω. SCHAEF.

μήπω τῆς πολιτείας—οὔσης] Nam servus erat Pasionis, nondum libertate donatus.

946, 8. χρήστην] Undecim haec talenta reddenda erant aliquando iis qui mensae concrediderant. Verens igitur Phormio ne ab illis, quibus Pasio foenore ea occupasset, exigere ipse non

posset, Pasionem ipsum undecim talentorum illorum debitorem habere maluit. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 108.

946, 22. τὸν—παῖδα] Designat Pasiclem, quem Demosthenes alibi filium ipsius Phormionis appellat, furtivo concubitu cum hera, Pasionis uxore, procreatum. REISK. Immo fuit filius Pasionis, quem homo e concubina susceperat, post factus privignus Phormionis, cum hic feminam in matrimonium duxisset. V. Libanius p. 943, 2. et 6. SCHAEF.

946, 27. ἀντιμοιρεὶ] *Taking out share for share*, i. e. si quoties e communi patrimonio sumeret Apollodorus, tantundem sumerent tutores, fratri scil. Pasicli reservandum. DOBR.

947, 7. τὰς ἐπιγενομένας μισθώσεις] *Locaria posteriora*. REISK.

947, 10. δοκιμασθέντος Πασικλέους] Πασικλῆς ἀνὴρ γεγονὼς p. 950, 15. V. p. 814, 20. SCHAEF.

947, 11. ἀφήκατ'] Alloquitur Apollodorum et ejus advocatos, ut Diniam socerum et alios. Aut potest ad fratres referri. *tu, Apollodore, et frater tuus, Pasicles*. REISK.

947, 12. προσώφειλεν] Scilicet ὅδε, hic Phormio. REISK.

947, 13. οὗτος] Apollodorus. REISK.

947, 15. ἀφῆκαν] Apollodorus et Pasicles. REISK.

947, 26. ἥδιον] Subauditur ἦν (ex v. 24). *Neque*, τὸ κτῆμα, *peculium* (sic appellat officinam scutariam,) *erat gratius, acceptius, quam mensa usuraria*. Aut: *neque optasset libentius officinam quam mensam*. Mensa foeneratoria non erat κτῆμα, quia, quicquid κτῆμα est, id juris nostri est. Sed alienae pecuniae, quae a mensa foeneratoria exercentur, juris nostri non sunt, sed credentium: ergo neque κτῆμα. Sapienter itaque malebat Apollodorus officinam quam mensam, quia cum illa, non cum hac, ei licebat pro arbitrio agere et quia mensa multis casibus adversis est obnoxia. REISK.

947, 27. εἰ προσῆν—ἴδια est iteratio superioris commatis, εἰ ἦν —τῇ τραπέζῃ. Itaque hanc periodum rectius sic interpungas: καίτοι, εἰ ἦν — τῇ τραπέζῃ, τί δή — ἢ ἐκείνην, (οὔτε γὰρ — τὸ κτῆμα ἥδιον,) εἰ προσῆν—ἴδια; SCHAEF.

948, 2. ἡ δ' ἐργασία] Plena oratio est: ἡ δ' ἐργασία ἐστὶ προσόδους ἔχουσα —. h. e. προσόδους ἔχει —. SCHAEF.

948, 6. ἀφορμὴν] *Banking stock*. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 108.

948, 7. τουτονὶ] Phormionem. SEAGER. l. c.

948, 10. τοῦτον] Apollodorum, Pasionis filium. SEAGER. l. c.

948, 11. ὅτι μισθῶν κ. τ. λ.] De Apollodori fratre Pasicle, Phormionis advocato (ac filio potius), hoc intelligo. Huic enim ἡ τράπεζα in herciscunda familia obvenerat. Deinde conjungit Apollodorum et Pasiclem verbis: ἐμίσθωσαν, παρέδωκαν, ἀφεῖσαν, εὖ πεπονθότες, ἐδικάζοντο. WOLF. Non potest hoc nisi de Apollodoro intelligi. Qui autem factum sit ut quod initio solius Pasiclis fuerat, ejus elocandi jus postea etiam ad Apollodorum pertineret, quis hodie pro certo dicat? Conf. not. ad προσῆκεν ἐκείνοις v. 13. et Wolfii not. ad v. 24. SCHAEF.

948, 11. *τρίτον δ' ὅτι*] Legendum forsitan: *τρίτον δ', ὅτι μισθῶν ἑτέροις ταυτὰ ταῦτα τοῦ ἴσου ἀργυρίου φανήσεται, οὐ προσμεμισθωκὼς ἰδίαν ἀφορμήν.* Tertium argumentum: mensam aliis postea tantidem locavit, nulla pecunia, nullo fundo (*bankingstock*) de suo addito, quum, si aliquid intervertisset Phormio, eandem pensionem, nisi mensam supplevisset, nequaquam consecutus fuisset. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 108. Non placet. Sic enim quae primaria est notio fit secundaria. SCHAEF.

948, 13. *ἀπεστέρητο*] Si Apollodorus a Phormione spoliatus esset eo capite pecuniarum, quod ipsi pater reliquisset, necesse esset existimare, Apollodorum tantundem de suo unde unde expedivisse, quod novis conductoribus elocaret. Sed hoc factum non esse constat. Ergo Pasio proprios numos in mensa nullos habuit. REISK.

αὐτὸν] Utrum? Apollodorum? Cui? Phormioni. At, qui jam debebat *ἀφορμὴν*, ei alia conquirenda et danda erat? Sunt haec praestigiarum similia, si mendum abest: aut ego quid hoc rei sit non assequor. Ac fortasse Demosthenes Phormionem non ita armare voluit, ut ab Apollodoro vulnerari non posset. Nam ex eadem officina pugiones adversariis porrexisse traditur, quibus sese mutuo conficerent. Ac Apollodori actio in Phormionem non exstat. Ea vero, quae in Stephanum testem inscribitur, est hujus *παραγραφῆς* refutatio. WOLF. Nihil hic esse praestigiarum ipse, opinor, vidisset Wolfius, si post *προσῆκεν* additum legisset *ἐκείνοις*, scilicet *τοῖς μισθουμένοις*. SCHAEF.

προσῆκεν ἐκείνοις] In hoc loco male id me habet, quod Apollodorus dicatur mensam pro eadem mercede Euphraeo caeterisque sociis ejus elocasse, qua Phormio eam tenuisset: cui contradicit p. 956, 5. REISK. Non contradicit. Hoc enim loco dicitur de mercede mensae, illo altero de mercedis portione quae Apollodoro obvenit. SCHAEF.

948, 20. *καὶ ὡς—εἵλετο*] Vellem codex omitteret: sunt enim ab hoc loco aliena. SCHAEF.

948, 22. ΜΑΡΤΥΡΙΑ] Malim *Μαρτυρίαι*. Nam sunt duo de duabus rebus diversis testimonia. REISK.

948, 24. *ἐμίσθωσαν*] S. *ὁ Ἀπολλόδωρος καὶ ὁ Πασικλῆς*: quasi aut haereditate indivisa aut societate coita. WOLF. Apollodorus et amici ejus vel potius frater Pasicles. REISK.

948, 25. *καὶ ἐλευθέρους ἀφεῖσαν*] Utrum Xenon et reliqui servi fuerunt Pasionis? an *τὸ ἐλευθέρους ἀφεῖναι ἀντὶ τοῦ ἀπολῦσαι* ponitur? WOLF. Posterius verum. SCHAEF.

949, 6. *τῷ—πατρὶ*] Diniae, socero Apollodori. REISK.

τῷ συγκηδεστῇ] Niciae, qui alteram Diniae filiam in matrimonio habebat. V. v. 22. REISK.

949, 8. *τὸ προσὸν*] 2000 drachmas mulier nepotibus legaverat: 3000 Phormio, ut arbitris morigeraretur, Apollodoro donavit. Itaque Apollodorus 5000 accepit. *τὸ προσὸν* significat *τὸν χιτωνίσκον καὶ τὴν θεράπαιναν*. SCHAEF.

949, 11. *τῶν ἐγκλημάτων τὸ δεύτερον, εἰς*—] Vulg. *τῶν ἐγκλημάτων, τὸ δεύτερον εἰς*—. Deleo comma post *ἐγκλημάτων* et pono post *τὸ δεύτερον*. *cum cum secundo absolvisset* vel *iterum, denuo absolvisset*. Secundus hic Apollodori cum Phormione reditus in gratiam (nam de primo p. 948. ult. commemoraverat) aggeratur a loci, ubi conciliatus ille fuit, sanctimonia perjurio violata: nam in aede Minervae in arce Apollodorus Phormionem absolvit. REISK.

950, 17. *τούτῳ—τούτου*] Redeunt ad Pasiclem. REISK. Immo ad Apollodorum. SCHAEF.

950, 18. *ἠλέγχθη*] *ἐλεγχθῇ* A. r. Praestat vulgata. V. p. 47, 18. 716, 3. 1180. 15., ubi similes librariorum hoc syntaxis idioma ignorantium lapsus videmus. Add. p. 1273. 10. SCHAEF.

951. 5. *μεγάλων καὶ πολλῶν*] *μεγάλων* praeponi decuit propter sequens *μέγιστον* item praepositum. SCHAEF.

951, 6. *τουτονὶ*] Scilicet Apollodorum. Idem est ac si dixisset *ὅτι Φορμίων οὐδὲν ἀδικεῖ Ἀπολλόδωρον τουτονί*. REISK. Ego vero jungenda puto *Φορμίωνα τουτονί*. Sic statim legimus *Ἀπολλοδώρου τουτουΐ*. SCHAEF.

951, 8. *τὸν μὲν—καταλειφθέντα*] Τὸ ἑξῆς est: *τὸν μὲν καταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ πατρὸς παῖδα*. SCHAEF.

951, 11. *σὲ δὲ*] Subaudi a communi *ἠδίκει*. REISK.

951, 20. *διαλογισμοῦ*] Est computatio quum duo, quibus res sunt communes inter se, ad computandum consident quid quisque alteri debeat. REISK.

951. 21. *ἀφέσεως—τῆς μισθώσεως*] Τὸ ἑξῆς est: *ἀφέσεως τῆς μισθώσεως τῆς τραπέζης καὶ τοῦ ἀσπιδοπηγείου*. V. p. 952, 1. SCHAEF.

952, 5. *λέγοντος—ὧν μὴ εἶναι δίκας*] Sic p. 637, 9. *τοῦ νόμου λέγοντος ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτεῖναι*. SCHAEF.

952, 8. *πολὺ—δικαιότερον*] Vid. ad p. 318, 7. SCHAEFER.

952, 10. *ἐν ὑμῖν*] *Vestris suffragiis*.

952, 11. *ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας*] Citat hunc locum Harpocration. *ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας· τὸ μὲν ἀφεὶς, ὅταν ἀπολύσῃ τίς τινα τῶν ἐγκλημάτων ὧν ἐνεκάλει αὐτῷ· τὸ δὲ ἀπαλλάξας, ὅταν πείσῃ τὸν ἐγκαλοῦντα ἀποστῆναι καὶ μηκέτι ἐγκαλεῖν. Δημοσθένης ἐν τῇ ὑπὲρ Φορμίωνος παραγραφῇ. ἔστι δὲ καὶ οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἀφίησι μὲν τις αὐτῶν μόνων ὧν ἂν ἐγκαλῇ, ἀπαλλάττει δὲ, ὅταν μηδὲ ἄλλον τινὰ λόγον ὑπολίπηται ἑαυτῷ πρὸς τὸν ἐγκαλούμενον. Δημοσθένης ἐν τῇ ὑπὲρ Φορμίωνος παραγραφῇ· Ἵν' ἀπαλλαγή τις αὐτῷ γένοιτο παρ' ὑμῶν κυρία*. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 202, 11. 469, 15. SCHAEF. Conf. p. 966, 2. 893, 13.

952, 12. *τίν'—ἑαυτὸν αἰτίαν αἰτιασάμενος*] *Quam de se caussationem caussatus*. SCHAEF.

952, 15. *ὧν—δίκας, ὅσα*] Sententia est: Propterea, qui legem hanc tulit, inter ea, quae a judiciorum disceptatione removet, primo loco posuit caussarum illud genus, cum actor reum ipse absolvit et liberum pronunciavit. REISK.

952, 18. τὸν τῆς προθεσμίας νόμον] Citat h. l. Harpocration v. Προθεσμίας νόμος. REISK.

952, 22. τὸν χρόνον] Subaudi ἐν ᾧ δεῖ δικάζεσθαι, *quo jus petere licet.* REISK.

952, 29. ὑμᾶς] Id est, populum Atheniensem. Judices enim de plebe sumebantur. REISK.

953, 1. εἰσπράξασθαι] Pecuniam. V. Wessel. ad Petiti Leg. Att. p. 131.

953, 2. τὸν χρόνον] Subaudi τὸν πενταετῆ. Sententia loci subobscurioris haec videtur esse: Judicavit legislator spatium quinquennii satis longum esse ad mendaces perspicui mendacii arguendum. Qui si quid comminiscantur, quo suos inimicos innocentes vexent de ementita nescio qua injuria, quam sibi ante quinquennium illatam mentiantur, possit iis ita occurri: Tu nunc demum quereris? post quinquennium, rebus jam oblivione obliteratis? Toto illo interjecto tempore tacuisti? non te commosti? Credibile non est te id commissurum fuisse, si vere tibi fuisset ea, de qua quereris, injuria oblata. Mentiris ergo et calumniaris. REISK. Satis verbose de loco, qui mihi quidem non videtur subobscurior. Ad κατὰ δὲ—ἔσεσθαι simpliciter subaudi: si per tot annos tacuissent. SCHAEF.

953, 5. τὸν νόμον—ἔθηκεν] Legem τῆς προθεσμίας dictam posuit in loco testium, ut illa lex reis loco testium testaretur eosque absolveret. Cautum enim erat illa lege ut, quarum injuriarum actiones intra quinquennium non essent susceptae neque poenae repetitae, eae actiones plane negarentur et memoria omnis injuriarum tanquam nullarum aboleretur. REISK.

953, 6. τοῖς ἐρήμοις] *Illis, qui testibus carerent, desertis et nudis ab omni praesidio.* REISK.

953, 12. παρὰ τῶν κυρίων ἀπαλλαγεὶς] Nam servus non poterat contubernalem suam, in quam ipsi jus nullum esset, sed hero, alii nuptum collocare. REISK.

953, 13. ὥσπερ ὁ τούτου πατὴρ] Ambiguum, utrum ἀπαλλαγεὶς ὥσπερ, ut significet et Pasionem fuisse libertinum, id quod postea dicit aperte, servum eum fuisse Archestrati argentarii, an ἔδωκεν ὥσπερ, ut referatur ad conjugium, non ad servitutem. WOLF. Posterius probo. SCHAEF.

953, 15. ἑαυτοῦ ποτε γενομένῳ] S. δούλῳ, δουλεύσαντι αὐτῷ. WOLF. Phrasis recurrit v. 17. Add. p. 958, 19. 21. 959, 7. 12. 15. Disertius τῷ ἑαυτοῦ οἰκέτῃ v. 19. V. L. Bosii Ellips. p. 117. Cave autem in his locutionibus de ellipsi vocis δοῦλος s. οἰκέτης cogites. Conf. Ind. ad schol. Apollon Rhod. p. 656. SCHAEF.

953, 16. ὄντι καὶ ζῶντι] V. ad p. 248, 25.

953, 26. ἐξ ἀρχῆς] Cohaeret cum ἀξιωθεῖσι. REISK. Malim referre ad τῇ τύχῃ: ut sit i. q τῇ δ' ἐξ ἀρχῆς τύχῃ. SCHAEF.

χρηματίσασθαι] Sententia est: Qui hoc beneficium, jus civitatis puta, seu a vobis seu ab aliis quibuscunque (in alia quapiam civitate) gratuito adepti sunt et secundae fortunae suae

hoc debent, ut, quod facultates sibi comparassent et majores eas quam alii, digni haberentur, quibus sui generis primis hoc honoris deferretur, illis necessario servandae sunt pecuniae artesque per foenerationes eas augendi, quas artes cives Athenienses nati dedignabantur. Nam *ταῦτα* v. 28. ad *χρήματα* redit. ut *αὐτῶν τούτων* redit ad honorem et jus civitavis, quo quis donatur. REISK.

954, 7. *ἀναίνῃ*] Citat hunc locum Harpocration v. *Ἀναίνεσθαι*. REISK. *dedignaris*. Recurrit v. 15. SCHAEF.

κηδεστὴν] Vocabulum est amplissimae significationis et necessarium paene quemcunque designat, alias socerum, alias generum, alias maritum sororis seu tuae seu uxoris tuae. Hic loci raro modo vitricum significat. REISK.

954, 12. *ὅτι τοῦτον*] Subaudi e superioribus *φήσειας ἄν*. REISK. Sic autem responsio non quadrat ad interrogationem. Dele igitur *γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι* et ad *τοῦτον* subaudi *οἴομαι*. SCHAEF.

954, 17. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Notabilis haec parenthesis, cum orans et ante et post Apollodorum alloquatur. SCHAEF.

954, 18. *πρὸς μέρος*] *εἰς ἴσας μοίρας, κατ' ἰσομοιρίαν*. WOLF.

954, 20. *ὄντων παίδων*] *ὄντων τε παίδων* August. primus. REISK. Duo fuisse apparet e v. 26. SCHAEF.

954, 23. *τοῖς δὲ μὴ κληρονόμοις*] Fuit in A. *τοῖς δὲ κληρονόμοις*, unde recentior manus effecit *τοῖς δ' οὐ κληρονόμοις*. REISK. Hoc qui scripsit, non vidit particulae *οὐ* hic locum non esse. Sic enim resolvendum: *εἰ δὲ μὴ κληρονόμοι ἦσαν, οὐκ ἦν αὐτοῖς μετουσία τῶν ὄντων*. SCHAEF.

954, 26. *μεμαρτύρηκας—λαβεῖν*] Vulg. *μεμαρτύρηται τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν*. *τῷ τὸ τέταρτον* margo Lutetianae. Locus dubius, quem ideo reliqui, qualem inveni, quod cum codices mei nihil opis afferrent, tum utram sequerer emendandi rationem ambigerem. Nam aut dedit orator sic: *μεμαρτύρηκε τῷ τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν*, *testatus est Apollodorus eo, quod partem quartam sumsit*. aut: *μεμαρτύρηται τῷ τοῦτον τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν*, *testatum factum est eo, quod hic quartam partem sumsit*.— Sed dedi de meo *μεμαρτύρηκας τῷ τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν*. Poterat quoque dari: *μεμαρτύρηταί σοι τῷ τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν*. REISK. *μεμαρτύρηται τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν* Bekker. Lenissime corrigas: *μεμαρτύρηται τὸ τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν*, *testatum est quod quartam partem accepit*. SCHAEF.

955, 11. *μὲν τοίνυν*] Respondet huic *μὲν* v. 16. *δ'*. REISK.

955, 18. *τούτοις*] Apollodore et Pasicli. REISK.

955, 20. *ἐκείνοις*] Xenoni puta, Euphraeo et reliquis mensae sociis. REISK.

956, 3. *ἡμίσῃ*] V. ad p. 833, 5.

956, 7. *ταῦτα*] Id est *ἡ ὅλη μίσθωσις*. Habuit ergo Apollodorus pro parte sua 5 talenta, 20 minas: nam altera 5 talenta, 20 minae cedebant fratri ejus. REISK. Immo est *τὸ ἥμισυ τῆς ὅλης μισθώσεως* per octo annos. SCHAEF.

956, 8. *ἐμίσθωσαν*] Apollodorus puta et Pasicles. REISK.

956, 11. ἐτῶν—οὐσίας] *Reditus portionis haereditariae statim a principio, quum primum haereditas cerneretur, ipsi contributae per viginti praeterpropter annos percepti.* REISK. After the death of Pasio and the marriage of the widow to Phormio, the property of Pasio was divided between the sons: p. 947. οἱ ἐπίτροποι—νείμασθαι τὰ ὄντα ὑπὲρ τοῦ παιδὸς (the minor Pasicles) ἔγνωσαν. And this division was eighteen years before the present action: p. 950. δυοῖν δέοντα εἴκοσιν ἐστὶν ἐξ ὅτου ἐνείμω. CLINTON. Fast. Hell. vol. 2. p. 358.

956, 16. οὗτος] Phormio. SCHAEF.

956, 17. πένθ' ἡμιταλάντων] Sunt duo talenta cum dimidio, ut recte Ind. Graecitat. s. v. ἥμισυ. V. p. 598, 23. 1333, 11. SCHAEF.

956, 20. καταλελειτουργηκώς] Ind. Graecitat. "καταλειτουργεῖν, ludis edendis rem familiarem exhaurire." Non tantum ludis edendis, sed omnino muneribus publicis obeundis, ut ipse Reiskius ad Dionys. Halic. vol. 5. p. 696 b. Nota vis praepositionis κατά in talibus compositis. καθιπποτροφεῖν et καταζευγοτροφεῖν habet Isaeus p. 116 R. SCHAEF.

956, 23. προσόδου] V. p. 957, 10. SCHAEF.

957, 3. ΒΙΒΛΙΟΝ. ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ. ΜΑΡΤΥΡΙΑ.] Vulg. Πρόκλησις. Μαρτυρία. Initio hujus versus adscriptum velim Βιβλίον, schedula, qua consignata erant emolumenta omnia, quae Apollodorus aut e paterna haereditate accepisset aut per viginti annos propemodum in usu et fructu habuisset. REISK.

957, 8. ἐκείνῳ] Pasioni. SCHAEF.

957, 9. οὗτοι] Apollodorus et Pasicles. SCHAEF.

καὶ τοσαῦτ'—ἠκούσατε] Constructio postulat sic: καὶ τοσούτων ἀνηλωκὼς, ὅσων ὑμεῖς ἠκούσατε. REISK. Multum fallitur. Verte: *cumque tantulum* (publico bono) *impenderit, quantulum vos audivistis.* τοσαῦτα, quod v. 5. fuit αὐξητικόν, hîc est μειωτικόν. Quod autem Reiskium fugit, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος κ. τ. λ. non cohaerent συντακτικῶς cum antecedentibus, sed addita sunt ἐξηγητικῶς. SCHAEF.

957, 10. οὐδὲ πολλοστὸν—τῶν ἀρχαίων] V. p. 956, 22. SCHAEF.

957, 11. ἐρεῖ] V. not. ad p. 503, 5. SCHAEF.

957, 15. τόνδε] Apollodorum, non, ut Reiskius, Phormionem. SCHAEF.

ἀπὸ τῶν αὐτοῦ] Non facta accessione bonorum Phormionis, quae illi Apollodorus nunc it ereptum. SCHAEF.

τούτῳ] Apollodoro. REISK.

957, 16. δόντας] Subaudi ὑμᾶς, quod addi vult Wolfius, explicandi, credo, gratia. REISK. Non explicandi gratia, sed quod illi necessarium videretur. Atqui consulto omissum est, quia modo antecessit ὑμῖν. SCHAEF.

τούτου] Scilicet τοῦ Φορμίωνος. WOLF. Imo vero τοῦδε, Phormionis. Nam ὅδε hic loci est Phormio, οὗτος Apollodorus. Sententia haec est: Honestius est et aequius vos jubere atque

pati, ut hic Phormio e suis propriis bonis onera vestrae reip. sublevet, quam ut Apollodoro condonetis suffragio vestro Phormionis bona, quorum perquam minutam partem ab Apollodoro feratis mercedis nomine, quo fiat ut necesse habeatis Phormionem quidem ad incitas redactum videre, qui sobrius et pudens est, Apollodorum autem insolescentem et bona sua modis sibi solitis prodigentem. REISK. τούτου cave mutes. Neque enim verum est ὅδε h. l. dici de solo Phormione, οὗτος de solo Apollodoro. V. not. ad v. 15. Haec pronomina quem quoque loco in oratorum monumentis significent, legentes docet singulorum tenor locorum, audientes olim facilius etiam docuit digitus orantis. Itaque non mirum in uno κομματίῳ perbrevi τούτῳ et τούτου de duobus diversis hominibus posita esse. Conf. not. ad p. 962, 18. 20. SCHAEF.

957, 27. χρήμασιν] Id est διὰ χρημάτων. *inter homines numis in foenore collocandis quaestum facientes.* REISK. Nempe praepositio ἐν referenda est ad solum dativum ἐμπορίῳ. Dicitur enim ἐργάζεσθαι χρήμασιν, ἐργάζεσθαι ἐν ἐμπορίῳ. SCHAEF.

ἐργαζομένοις ἀνθρώποις] Dativus regitur a verbo δόξαι. Deinde τὸ ἑξῆς est: τὸν αὐτὸν δόξαι εἶναι φιλεργὸν καὶ χρηστόν. SCHAEF.

957, 28. φιλεργὸν] φιλοκερδῆ. Lucri avidus non tam heri quam suum negotium agere solet. WOLF. Malim vertere *navem.* V. p. 945, 26. SCHAEF.

958, 7. οἶμαι] *Nimirum.* Sic p. 961, 7. SCHAEF.

958, 10. τὸν σὸν πατέρα] Alii libri τὸν πατέρα τὸν σόν. τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ p. 957, 20. Mox ibid. v. 23. ὁ σὸς πατὴρ, ubi duo codd. ὁ πατὴρ ὁ σός. Add. p. 958, 1. 5. 19. 27. 959, 7. 11. Ut peranceps sit talium optio in dissensu librorum. SCHAEF.

958, 13. χλανίδα φορεῖς] χλανὶς in signis vitae mollioris numeratur etiam p. 558, 17. SCHAEF.

τὴν μὲν—ἑταίραν] Locus perdifficilis et multifariis dubiis atque interpretandi rationibus expositus variisque modis in libris repraesentatus. Praetuli ἐκδέδωκας ἑταίραν, quum videretur sententiam reddere planissimam, quae haec est: τὴν μὲν λέλυσαι (non χλανίδα, sed ἑταίραν), aliam meretricem a lenone redimis et tibi habes, τὴν δ' ἐκδέδωκας, aliam, qua jam abusus et satiatus es, alii nuptum elocas, addita honesta dote. Tum, quo dubium ne sit quo referatur τὴν μὲν et τὴν δὲ, addit explicationis ergo ἑταίραν, ne quis forsitan errore id ad χλανίδα referat. Conf. Stoeberum ad Thomam M. p. 375. REISK. Rescribendum puto: καὶ τὴν μὲν λέλυσαι, τῇ δ' ἔδωκας ἑταίρᾳ, *aliam meretricem redimis a lenone, aliam locupletas.* SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 108. Vere Reiskius. Stoeberi ratio conjicientis τῇ ἑταίρᾳ, ut τὴν μὲν et τὴν δ' referantur ad χλανίδα, nemini probabitur. SCHAEF.

958, 17. αἰσχύνεσθαι] Vulg. αἰσθάνεσθαι. Fuit cum αἰσχύνεσθαι suspicarer legendum esse. Sed potest vulgata ferri. *Ipsi peregrini, qui te prorsus ignorant, videntes comitatus incessusque*

tui morumque insolentiam et turpitudinem obstupefacti media in via insistunt statimque sentiunt te nepotem esse. Praetuli tamen αἰσχύνεσθαι. REISK. Reiskii commentum nullo modo ferendum. Ea fuit hominis ἀσέλγεια, ut non tegeretur tenebris, sed cujusque obviam facti oculis pateret, velut quoties ebrius in publicum prodiret. SCHAEF.

958, 18. οὐχ ὁρᾷ] *Neque ille* (Antimachus puta) *non videt Phormionem*, h. e. *Atqui tamen ille Phormionem bene novit.* REISK. Sensus: Etsi Antimachus videt res lautas Phormionis, non tamen inducit in animum cum homine judicio experiri. SCHAEF.

958, 20. ἐκείνῳ] Post h. v. deesse videtur τῶν σῶν aut τὰ σά. *illi* (Antimacho) *potius est jus in bona tua quam tibi.* REISK. Immo subaudiendum τῶν τούτου. SCHAEF.

958, 21. ἐκείνων] Archestrati et Antimachi, qui filius illius erat. REISK.

958, 23. σοι] Referendum ad ἐχθρούς. SCHAEF.

958, 26. τούτων] *Horum*, civium puta Atheniensium, quorum personam gerunt hi sedentes judices. REISK.

959, 3. Ἀθηναῖοι] Vulg. Ἀθηναῖον. Ἀθηναῖοι codices. Ἀθηναῖον potest ferri. Sed praetuli Ἀθηναῖοι. *quod hi, qui sint Athenienses* (h. e. omnium hominum nobilissimi), *te, qui talis* (h. e. tam turpis et improbus) *sis, suum fecerint, pro cive et paene filio suo adoptarint.* Nam hoc est ποιεῖσθαι. REISK. Accusativo Ἀθηναῖον favet p. 1375, 12. Sed nostrae scripturae aliquanto major est a libris auctoritas: neque usus loquendi ei adversatur. V. p. 1364, 22. SCHAEF.

959, 6. ἀπηλλάγη] Scilicet τῆς παρὰ τῷ σῷ πατρὶ δουλείας. *posteaquam manu emissus est a tuo patre suique juris factus.* REISK. Recurrit hoc sensu infra v. 12. παρὰ τῶν κυρίων ἀπαλλαγεὶς p. 953, 12. SCHAEF.

959, 12. ἀπηλλάγη] Subaudi ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ κυρίων. REISK.

959, 21. ἐκβαλεῖν] Scilicet τῶν ὄντων. Conf. v. 28. SCHAEFER.

οὐ γὰρ ἄλλο γ᾽ ἔχοις κ. τ. λ.] Hac sola enim poena afficere eum potes: nam quod ad possessiones quae videntur ejus esse, si accurate consideres, intelliges quorum sint, nempe creditorum mensae, nisi si judices decepti adjudicaverint tibi. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 109. Multo magis haec probanda quam quae Reiskius adnotavit. "Sententia," inquit, "haec videtur: Fortunas tuas, quae nunc sunt splendidae, si diligenter inspicies, non tuas eas esse, sed alienas, deprehendes, fide Phormionis nixas. Quem si tibi licentiam spoliandi dabunt judices ex eo titulo, quod Phormio servus tui patris aliquando fuerit, dabunt iidem aliis quoque licentiam te spoliandi ex eodem titulo, quod pater tuus aliquando servus eorum fuisset. Sunt opes cujusque ejus, penes quem tempore quoque sunt, non ejus, penes quem aliquando fuerunt." Haec Reiskius: quae ab homine tanti acuminis scribi potuisse quis non miretur? Nec tamen omnis

Seageri probari possunt. Nam quod ἂν — ἐξαπατηθῶσιν οὗτοι interpretatur *nisi si judices decepti adjudicaverint tibi.* multum erravit. Sensus hujus commatis: *si, quod deus avertat, decepti judices reum damnaverint.* Damnato enim Phormione, mensae creditores, quorum jus est potius quam petitoris, involabunt in damnati bona, nihil ut sit remansurum quod cedat petitori. Compara quae statim sequuntur. SCHAEF.

959, 24. Ἀριστόλοχον] Sic etiam A. et Aristides vol. 9. p. 389. ubi hanc lectionem ex codice Demosthenis qui fuerit penes Eliam Obrechtum memorat Norrmannus. Est autem hoc nomen ex rarioribus. Ἀριστόλοχος trapezita est p. 1120, 21. Alius apud Isaeum p. 59, 31. Ἀριστόλοχος Ἀριστοδήμου in inscriptione Lindia ap. Rossium in Welckeri et Ritschelii Museo Rhenano vol. 4. p. 170.

ποτ'] Adverte primo loco positum. SCHAEF.

959, 27. διαλύειν] V. ad p. 919, 10.

960, 2. πρὸς ἅπαντ'] Id est ἐν ἅπασι. *rebus in omnibus multo quam tu melius sapiens.* REISK. Quidni vertas *ad omnia, ad omnes casus?* SCHAEF.

960, 15. ἐλαύνεις, διώκεις, συκοφαντεῖς] Citat Tiberius p. 51. ante ἐλαύνεις in cumulum addens ἄγεις. SCHAEF.

960, 23. ἔτεσι καὶ χρόνοις ὕστερον] Fors. ἔτεσι καὶ χρόνοις τοσούτοις ὕστερον. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 109. Non opus. ἔτεσι—ὕστερον Pausanias 10, 17. 3. SCHAEF.

960, 25. ἀπράγμων] *A litibus alienus.* SCHAEF.

960, 28. Καλλίππου—ἐν Σικελίᾳ] Fortasse cum Dione profectus ad expellendum Dionysium juniorem. WOLF. De Callippo dictum in Prolegomenis.

961, 1. Αὐτοκλέους] Forte bene habet, potuitque in orationibus Demosthenis deperditis una fuisse in Autoclem pro Apollodoro scripta, pro quo scriptae permultae supersunt. Sed fieri rursus quoque potest ut aut Πολυκλέους aut Καλλικλέους dederit orator. V. p. 1206. et 1272. REISK. V. ad p. 655, 3.

961, 2. σὲ, Ἀπολλόδωρον ὄντα] Aculeatum et amarum dictum. *te, qui sis Apollodorus*, h. e. homo dissolutus et stolidus, reip. neque deditus neque studiosus neque peritus rerum civilium, helluo turpis et cupidus, tuarum fortunarum prodigus, alienarum appetens, turpissimis quibusque modis quaerens, non quod serves et bene colloces, sed quod ventri des gulaeque. REISK.

961, 3. μέρος] F. a. πολλοστὸν μέρος. WOLF. Non opus addi. *quorum injuria tantum ex parte ad te pertinebat.* SCHAEF.

961, 7. οὐκ ἠδικοῦ] Post haec verba suspicor excidisse τότε ob sequens oppositum νῦν. *Non tunc patiebaris injuriam*, cum tu decideres cum Phormione eumque absolveres. *sed nunc calumniaris.* REISK. Non excidit. SCHAEF.

961, 8. εἰς τὸ πρᾶγμα εἶναι] Recurrit mox v. 13. *ad rem facere.* SCHAEF.

961, 10. ἀεὶ τί χρὴ—ποιεῖν νυνί] *Quid enim* (subaudi ἄλλο,

aliud quam hoc ipsum) oportet existimare illum agere nunc, qui semper quaestum e calumniis exercuit? Facile subaudiatur ἢ τοῦτο aut εἰ μὴ τοῦτο. REISK.

961, 16. τοῦτον] Apollodorum. SCHAEF.

961, 20. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ] Non video quare hi testes producantur, qua de re testaturi. Non enim de Apollodori testantur improbitate: nam de ea testantur testimonia, quae v. 22. jubentur recitari. Neque de probitate Phormionis, cujus demonstrandae ergo v. 24. testimonia proferuntur. Atqui praeter haec duo nil aliud promiserat orator testimoniis patefacturum. REISK. Vere. Itaque delendus h. l. titulus. SCHAEF.

961, 21. Ἴθι] Vulg. Ἴσθι. ἴθι A. In Bavarico videbatur esse ἴσθε. Correxi Ἴθι ab εἶμι, non ab ἴσημι. REISK. Locus sic nondum persanatus est: nam et καὶ additur vitiose et deest imperativus, qui sequentem accusativum regat. Vellem daret codex Ἴθι δὴ λέγε τὰς— aut aliud quid ejusdem sententiae. Sin te offendat πρὸς Ἀπολλόδωρον, quod sane videtur insolens, fortasse veniam dabis audacius sic scribenti: Ἴθι δὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀπολλοδώρου πονηρίας. SCHAEF.

962, 8. ἐπιτρέψητε ἀνατρέψαι] Verba fortuito consonantia. SCHAEF.

962, 15. ἕνεκα τοῦ λυσιτελοῦντος εἰς χρήματα] *Ut sibi prosit ad facultates augendas.* SCHAEF.

962, 18. τούτῳ] Apollodoro. REISK.

962, 20. τούτῳ] Phormioni. REISK.

962, 22. λόγον καὶ συκοφαντίας] καὶ abest ab August. primo. Aut tollendum est καὶ, aut legendum λόγους καὶ συκοφαντίας, id quod malim. REISK. Possis etiam λόγον καὶ συκοφαντίαν, quomodo hic locus citatur Ind. Graecitat. s. v. λόγος. SCHAEF.

962, 24. ἧς] Alii libri ἥν, male: fortius enim attrahit πλὴν quam ut cedat constructioni verbi δείκνυμεν. SCHAEF.

962, 26. ἁπάντων] Post h. v. videtur deesse ἢ ὡς οὐκ ἐνέμεινε Φορμίων ἅπασιν. *aut se non absolvisse Phormionem ab omnibus criminibus seu incusationibus, aut Phormionem recessisse a pactis, quae socer Apollodori censuit aequa esse et ipse Apollodorus rata habuit.* REISK. Nihil deest. ἃ ἔγνω, *quae disceptavit.* Rem vide p. 949, 5. SCHAEF.

XXXVII.

ADVERSUS PANTAENETUM.

SCRIPTA haec oratio est nomine Nicobuli. V. p. 973. REISK. De tempore hujus orationis tantum constat quantum ex p. 968, 1. colligi potest, i. e. habitam esse post Theophilum archontem, qui eponymus fuit Olymp. 108, 1.

In argumentum Libanii.

963, 7. τὰς ὠνὰς εἶχεν αὐτὸς] Haud scio, an mancipem, redemtorem aut fidejussorem dicere liceat. Sed malo ad verbum vertere quam nimium in re dubia mihi permittere. WOLF. *Manceps* non ineptum. Sic jura domini habebat, quae potiora sunt quam simplicis creditoris. Conf. p. 894, 27. Mox v. 12. ut diversa commemorantur γραμματεῖον ὑποθήκης et γραμματεῖον πράσεως. SCHAEF.

964, 13. αὐτοῦ] De constructione verbi κατέχειν cum hoc casu v. L. Bosii Ellips. p. 44. Philemon Stobaei p. 374. ed. Schow. τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστι τῆς ὀργῆς πόνος. ubi vereor ne Gaisfordus vol. 1. p. 380. et Meinekius p. 417. τῆς ὀργῆς in τὴν ὀργὴν sine caussa mutaverint. Nec miraberis hanc constructionem, si reputaveris cujus verborum classis sit κατέχειν. Conf. quae nuper monui ad Porsoni Med. p. 77. ed. tert. Lips. SCHAEF.

966, 1. Δεδωκότων, ὦ ἄνδρες δικασταί, τῶν νόμων κ. τ. λ.] Idem exordium orationis proxime sequentis contra Nausimachum et Xenopithem p. 984, quemadmodum quae infra p. 983, 26 seqq. leguntur, iisdem fere verbis exstant in altera illa oratione p. 991, 6.

966, 2. ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας] V. ad p. 952, 11.

966, 6. ἀφεῖσθαι] Desistere ab hoc jure, jus hoc omittere neque usurpare. REISK. Corrigendum videtur ἀφίστασθαι. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 109. Sed idem significat vulgata, quam Reiskius recte interpretatur. V. Matthiae Gramm. Gr. §. 367. p. 493. SCHAEF.

οὐδ'—ἐγγενέσθαι] Ad negativam repete οἰόμενος, ad infinitivum δεῖν. SCHAEF.

966, 8. ἀπηλλαγμένον] Malim ἀπηλλαχότα. REISK. Vulgatam satis tuetur p. 578, 15, ubi v. not. SCHAEF.

966, 10. ποιεῖσθαι τεκμήριον] τοῦ μὴ φάσκειν ἀληθῆ με λέγειν. SCHAEF.

τι τοιοῦτον] τι τούτων ὧν νῦν ἐγκαλεῖ, ut v. 15. SCHAEF.

966, 11. παρεγραψάμην—αὐτὸν] Cum accusativo personae rarius, saepius cum accusativo δίκην aut cum infinitivo μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι. WOLF.

ἀλλ' ἐπὶ—ἐπιδεῖξαι] Citant Etymol. M. p. 717, 11. et Photius s. v. σκῆψις. SCHAEF.

966, 12. ἀμφότερα ὑμῖν ἐπιδεῖξαι] ἀμφότερ' αὐτῶν ἐπιδείξω Etymol. M. ἀμφότερ' αὐτὸν ἐπιδείξω Photius. SCHAEF.

966, 13. τὸν νόμον] Legem illam designat, ad quam v. 1. statim provocavit. REISK.

966, 17. οὐσῶν—τούτων] Citat h. l. Harpocration v. Ἔμμηνος. REISK.

ἐμμήνων] De hac voce alibi dictum est, pro menstruis posse reponi semestria, παρὰ τοὺς ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς ἀργούσης τῆς ναυτιλίας καὶ ἐμπορίας. WOLF. Dixit Wolfius ad p. 900, 5. sed ita ut neminis assensum tulisse videatur. Adde quod h. l. μεταλλικὴ δίκη a Pantaeneto agitur. SCHAEF.

966, 18. ἡμῶν ἀμφοτέρων] Me, Nicobulo puta, et socio meo, Euergo. REISK.

967, 2. κατορθῶσαι—δίκην] Multatus enim Euergus fuerat duobus talentis. V. p. 968, 21. et 980, 7. REISK.

967, 9. πολλῶν—ἀναιδεστέραν] Eadem fere verba apud Isaeum p. 69, 7. V. ad p. 874, 21.

967, 16. ἐπ' ἐργαστηρίῳ—ἐν τοῖς ἔργοις] V. Osannus Inscript. 3. p. 108. SCHAEF. τὰ ἔργα universe vocantur omnia illius tractus metalla, ἐργαστήρια autem sunt singulae eorum partes, quae a privatis possidebantur. Sic in loco simillimo Isaei p. 40, 10. quem cum Demosthenico comparavit Schoemannus, Ξενοκλῆς—ἰὼν εἰς τὸ ἐργαστήριον τὸ ἡμέτερον εἰς τὰ ἔργα.

967, 17. ἐν Μαρωνείᾳ] Citat h. l. Harpocration v. Μαρώνεια. REISK.

967, 18. τετταράκοντα μὲν καὶ πέντε—] Adscriptum erat in Bavarico ad h. l. scholium hoc: τάλαντον ἄρα ξ μναῖ. ἡ δὲ μνᾶ μ στατῆρες. REISK.

967, 25. τούτῳ] Pantaeneto puta. REISK.

967, 29. λύσις τούτῳ παρ' ἡμῶν] λύσις est cautio facultatis oppignerata intra certum tempus redimendi reddito aere alieno. REISK.

968, 6. *οὗτός γε*] Pantaenetus. REISK.

968, 10. *ἐκεῖνος*] Euergus. REISK.

968, 12. *ἐλθὼν*] Potest haberi pro vocula more Attico eleganter redundante, cum vi tamen aliqua occulta. *libenter, cupide.* Malim tamen ejus loco legi *ἑκών. ἑκὼν παρ' ἑκόντος*, *ambabus partibus in hanc rem consentientibus.* REISK. *ἐλθὼν* cave mutes. Poterat perinde omitti ut quod mox sequitur *ἀπελθόντα.* V. not. ad Sophocl. Ajac. 1183. Talia participia addere Graecorum est *ἐναργέστερον* narrantium. Perperam autem Reiskius interpretatur *libenter, cupide.* Haec enim in interpretatione aut proprie vertenda aut prorsus negligenda sunt. Conf. Ind. ad Odyss. p. 169. SCHAEF.

968, 15. *οὐχ ὑπεξελθεῖν*] *Non cessisse, jure suo non decessisse.* SCHAEF.

968, 20. *ἧς ἐτιμήσατο*] *Habet multam, qua ipse litem aestimavit.* SCHAEF.

968, 22. *τῶν αὐτῶν*] Scilicet *ἐγκλημάτων.* REISK. Immo *τὰ αὐτὰ* h. l. et v. 25. sunt *eadem*, h.e. *idem facinus.* SCHAEF.

968, 24. *ἐκεῖνος*] Euergus. REISK.

969, 1. *αὐτὸς*] F. *αὐτά.* SCHAEF.

969, 6. *ἡμῖν*] Si bene habet, de solo Nicobulo accipi debet. Malim tamen *ἐμοὶ*, ne error interveniat, qui facile possit, de ambobus, Nicobulo et Euergo, hic agi. REISK. Ne error oriatur, facile cavebit oppositum *ἐκείνῳ* v. 5. SCHAEF.

969, 9. *ἀφεστηκότα*] *Pantaenetum destitisse ab exercenda officina metallica.* REISK. Immo *excidisse officina.* SCHAEF.

969, 18. *καὶ τοὺς—ἠρώτων*] *Et de litigantibus quidque hoc rei esset quaerebam.* SCHAEF.

969, 21. *κατεγέλα*] Explodebat eos risu negabatque mihi ab illis molestiae quidquam exstiturum esse. REISK.

969, 28. *ὑγιὲς*] P. 353. *ταύτης τοίνυν* (*τῆς ἐπιστολῆς*) *οὐδ' ὁτιοῦν ἐστιν ὑγιές.* Alia v. ap. Dobr. ad Aristoph. Pl. 362. SCHAEF.

969, 29. *βεβαιοῦντος ἡμῖν*] Scilicet *τὴν ὠνήν.* *evictionem nobis praestante.* REISK.

970, 1. *ἢ κομίσασθαι—ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν*] Sententia est: ut aut nos (Nicobulus et Euergus) ab ipsis (simulatis illis et subornatis creditoribus, qui se numos in officinam metallicam Pantaeneto credidisse mentirentur, quo Nicobulum emungerent) auferremus omnem pecuniam, quam Pantaenetus nobis deberet, eoque facto abiremus et missos seque Pantaenetumque faceremus, aut ipsis relueremus pecuniam, quam ipsi Pantaeneto credidissent. REISK.

970, 2. *διαλῦσαι σφᾶς*] *Absolvere, satisfacere sibi.* WOLF. V. not. ad p. 919, 10. SCHAEF.

970, 3. *ἔχειν*] Post h. v. aut deest aut certe subaudiri debet *ἀπαιτεῖν. se habere, quae a Pantaeneto reposcant, multo majoris valoris.* REISK. Nec deest *ἀπαιτεῖν* nec subaudiri debet. Verba, quorum sensus fugit Reiskium, sic vertenda: *caussantes*

quae haberemus (h. e. τὸ ἐργαστήριον καὶ τὰ ἀνδράποδα) *multo plus valere quam pecuniam Pantaeneto a nobis creditam.* SCHAEF.

970, 6. ἔπεισα] Scilicet συγχωρῆσαι. SCHAEF.

970, 7. τὸ πρᾶγμ' εἰς τοῦτο προῆκτο] τὸ πρᾶγμ' ἐνταῦθ' εἱστήκει infra v. 16. SCHAEF.

971, 2. τῶν τούτου τινῶν] Vulg. τῶν τούτου. Post τούτου addit August. primus τινῶν. Contra abest ab eodem τῶν. Conjunxi utrumque, ut sit ὑπὲρ τῶν τούτου τινῶν γενόμενος. *super quibusdam rebus de substantia Pantaeneti.* Non enim totam ejus substantiam, sed tantummodo servos seu operas in metallifodinis laborantes vendebant, ut e p. 972, 22. apparet. REISK. Servi illic soli commemorantur, quod potissima negotii metallici pars essent: nam venditum est etiam τὸ ἐργαστήριον. SCHAEF.

971, 26. παρόντων] Tollo comma vulgo positum post παρόντων, quod sententiam turbat, (quamquam haec tam minuta alias non soleo annotare,) ut sit sententia haec: nam si ambos pariter nos, me et Euergum, eosque ambos in urbe praesentes et coram versantes accusasset iisdem de criminibus, non utique unum arripuisset omittens alterum, sed ambos fuisset jure persecutus. Ad παρόντων subauditur ἡμῶν ἐν τῇ πόλει, adeoque idem est atque ἐπιδημούντων. Vis argumenti in hoc verbo inest; infirma enim esset argumentatio, si, quo tempore Pantaenetus Euergum insectatus esset, Nicobulus urbe abfuisset. REISK. Atqui quo tempore Euergum Pantaenetus peregit reum Nicobulus peregre fuit. Jungenda igitur τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων παρόντων. Perperam habet Reiskiana subdistinctiones post ἀδικημάτων et ἐγκαλῶν. SCHAEF.

971, 28. πάλιν λαγχάνειν] Quod addi vult Lambinus δίκην, addi necesse nil est, sed est subaudiri. V. p. 972, 20. REISK.

972, 11. ἢ] Abest ab A. (quae sigla excidit in annot. critica) et S. "Recte abest. *injuste vendidisse quae ipsius non essent.*" SCHAEF.

καὶ περὶ ὧν ἔγνω κ. τ. λ.] Locum hunc communem attigerat jam supra p. 952, 10. REISK.

972, 17. οἱ μὲν οὖν] Sensus: Qui igitur iterum litigant contra aliquod horum ceterorum legislatoris edictorum, quibus litem denuo movere vetantur,—. SCHAEF.

972, 20. τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ] Scilicet δικαίοις ὡρισμένοις οὐκ ἐμμένει. SCHAEF.

972, 26. τοῖς—δικαίοις] Legendum videtur τοῖς παρὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν δικαίοις, *juribus ex ipsa rerum natura exsistentibus.* REISK. Non opus. *juribus quae de ipsis factis valent.* SCHAEF.

972, 27. καὶ καθ' ἕκαστον—ψευδόμενον] Transit ad τὴν εὐθυδικίαν. SCHAEF.

973, 6. ἐγγραφῆναι τὸ διπλοῦν] *Ut inscriberer debitor dupli.* Simpliciter dicitur ἐγγράφομαί τι, nec locutio haec elliptica est, ut placet Reiskio in Ind. Graecitat. SCHAEF.

973, 15. *ὑπογράψας*] *Cum prius scripsisset.* SCHAEF.

973, 16. *τῷ παιδὶ*] *τῷ οἰκέτῃ.* V. Ammonius p. 111., qui hanc orationem citat. Ceterum ne forte malis *τῷ ἐμῷ παιδί*, ut supra v. 3. legitur *τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην*, conf. p. 960, 1. Omninoque talia pronomina omittuntur frequentissime. SCHAEF.

973, 20. *ἀτιμῶσαι καὶ—πρᾶξαι*] Ad hos infinitivos subauditur *αὐτόν*. REISK.

973, 21. *ἃ—ποιήσαι*] Scilicet *ἀφαιρεῖσθαι τὸ τῷ δημοσίῳ ὀφειλόμενον*. SCHAEF.

973, 22. *τί οὖν ἐστὶ τοῦτο;*] Quid hoc itaque sibi vult facinus? Quid eo quaeritur? Quid designatur? REISK.

974, 16. *εἰς τὸν κεγχρεῶνα*] Suidas: *εἰς τὸ καθαριστήριον, ὅπου τὴν ἐκ τῶν μετάλλων διέψυχον κέγχρον.* Ego suspicor esse proprium loci nomen seu asyli servorum, ut fuit *τὸ καθέζεσθαι ἐπὶ τὸ χῶμα* asylum trierarcharum: nisi forte hoc dicat, avocatos fuisse servos a mandato opere et ad aliud traductos. WOLF. Citat hunc locum Harpocration v. *Κεγχρεών*. REISK. Item Photius p. 152, 1. V. Anecd. Bekk. p. 271, 23. De asylo cave cogites. Apparet enim servorum illic sedentium operam versatam esse in purgando metallo. SCHAEF.

974, 19. *ἐκ τοῦ—μὴ ἐθέλειν*] *Ex eo, quod invitavi Pantaenetum, ut servos illos ad quaestionem per tormenta traderet, sed ille noluit tradere* REISK.

τοῦ προκαλεῖσθαι] Malis *τοῦ ἐμὲ προκαλεῖσθαι.* SCHAEF.

974, 21. *ἔπειθον*] Scilicet *καθέζεσθαι εἰς τὸν κεγχρεῶνα.* REISK.

974, 23. *εἱλόμην κομίσασθαι*] Subaudi e proximo *τὰ ἐμαυτοῦ.* *recuperare numos, quos Pantaeneto credidissem.* REISK.

λέγε δὲ τὴν πρόκλησιν ὅμως] Dixerat paullo ante, constare ex omnibus causae adjunctis, Pantaenetum mentiri, eoque nil opus esse ut formula provocationis de servis tradendis recitetur. *At nihilominus tamen tu*, ait, *scriba*, *recita istam formulam*. REISK. *ὅμως* referendum ad ea quae proxime antecedunt, *καὶ ταῦτα μεμαρτύρηται.* SCHAEF.

974, 29. *τὴν ἀργυρῖτιν*] Citat h. l. Harpocration v. *Ἀργυρῖτις.* Videntur dictiones *ἐργάζεσθαι ἀργυρῖτιν* (aut *ἀργύριον*, aut *μέταλλον*, similia) et *κατεργάζεσθαι* nonnihil inter se differre, sic nempe, ut simplex *ἐργάζεσθαι* sit glebam argenteam vel metallicam quamque e terrae visceribus eruere, a sordibus terrestribus et saxeis purgare, in minuta fragmina contundere, conflare, verbo crassius elaborare, *κατεργάζεσθαι* autem liquare, diligentius repurgare et extremam manum imponere eumque ad locum perducere, ut aurifabro aliisque artificibus ad signa, vasa conficienda aut ad numos cudendos tradi possit. REISK.

975, 11. *καὶ ἄλλο οὐδέν*] Scilicet *ἐποιήσαμεν τότε.* Locabamus tibi officinam metallicam, quae nostra erat, (emeramus enim a Mnesicle,) eo pacto, ut tu nobis locar dares, quod nos et leges ferunt: aliud nihil tecum depeciscebamur. REISK. Simplicius subaudias *ἔνεστι.* Sic autem scribere Reiskius debuit: ut tu

nobis dares locarium, quod aequaret usuram pecuniae tibi creditae. SCHAEF.

975. 15. οὐ μόνον—ἱκετεύοντος] Te non jam solum jubente, ut ante feceras, sed etiam, quod ante non feceras, supplicante, ut faceremus. REISK.

975, 16. τί οὖν—συνθῆκαι;] Quid hic loci, hoc tempore sibi volunt illae pacti tabulae? quid ad eas provocas? cur eas commemoras? REISK.

975, 17. τοῦτο] Scilicet τὸ περὶ τῶν συνθηκῶν. REISK.

975, 23. ἐωνήμεθα] ἀπεδόμεθα A. Videtur utrumque sententiae necessarium esse. Quare sic malim legi; ἃ γὰρ ἡμεῖς πέντε καὶ ἑκατὸν μνῶν ἐωνήμεθα καὶ ἀπεδόμεθα, ταῦθ' ὕστερον—. *nam quae centum et quinque minis et emeramus et rursus vendideramus tantidem, ea postmodum tu—.* REISK. Non assentior. Oppositio est inter ἡμεῖς ἐωνήμεθα et ἀπέδου σύ. SCHAEF.

975, 28. Ἔχων—τιμὴν] Verba haec mihi obscura esse fateor. REISK. Ad ἣν ἐπείσθη subaudi ὑπὸ τῶν ὠνουμένων ἔχειν. *Jam cum acceperit officinae pretium, quod inter ipsum emtoresque convenerat.* Sensus: Cum officinam tam bene vendiderit, idque me auctore et sponsore. SCHAEF.

976, 1. αὐτὸς δυοῖν ταλάντοιν προσδικάζεται] Tanti Pantaenetum aestimasse multam ex iis, quae sequuntur, apparet. WOLF.

976, 7. βιαίων] Valde suspectum. Possit quidem quodammodo excusari et defendi sic interpretando: καὶ τὰ βιαίων ἀδικήματα. ut vocabulum ἀδικήματα e proximo huc quoque referatur. *incusat me injuriarum, quae solent ab hominibus audacibus, violentis, latronibus, sicariis peragi.* Sed ea ratio mihi coacta et a graecitate abhorrens videtur, Quare malim βίαν. Versu autem 11. βιαίων bene habet. REISK. Vulgatam recte tuetur Hemsterhusius Append. Animadverss. in Lucian. p. 20. Eadem locutionis inflexio recurrit v. 10. SCHAEF.

976, 10. ὑπὲρ τιμημάτων τῶν αὐτῶν] Subaudi ἀγωνίζονται. *reos horum omnium criminum non eaedem manent poenae, neque certant rei super eo, ut easdem a se poenas depellant.* REISK. Quid nos cogit subaudire ἀγωνίζονται, cum haec omnia pendeant ab antecedentibus τούτων—αἱ δίκαι? SCHAEF.

976, 11. τὰ τῶν βιαίων] τὰ περὶ τῶν βιαίων A. Praepositionem addidi. Ad τὰ subauditur ἐγκλήματα, ad τῶν βιαίων autem ἀδικημάτων. ἀδικήματα βίαια appellabantur eae injuriae, quae alicui cum aperta vi et oppressione imponerentur. REISK. περὶ omisit Bekker. Quod recte factum puto. τὰ τῶν βιαίων, *quae spectant ad* τὰ βίαια. Nihil autem subaudiendum. SCHAEF.

πρὸς τοὺς τετταράκοντα] Scilicet δικαστὰς εἰσάγονται. Citat hunc locum Harpocration v. Κατὰ δήμους. Conf. Valesius ad Harpocrat. p. 104. REISK. Fallitur subaudiens εἰσάγονται. V. not. ad v. 10.—V. Anecd. Bekk. p. 306, 15. 310, 21. SCHAEF.

976, 13. τὰς παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν] παραγράφεσθαι μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. WOLF.

976, 15. *περὶ ὧν—εἰσαγωγεῖς*] Qualia nunc sunt illa *δεινὰ*, quae Pantaenetus inepte adglutinavit liti huic mere metallicae. SCHAEF.

976, 16. *ἐμοί παραγεγραμμένοι*] Sensus: *παραγεγραμμένον ἐμοί μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι ἐκείνων τὴν δίκην, διότι οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς ὑπὲρ αὐτῶν*. SCHAEF.

976, 19. *ἐξαλήλιπται*] *ὑπὸ τίνων; τῶν θεσμοθετῶν; ἢ τοῦ ἄρχοντος;* Sequitur enim *ἀνήρηται*. WOLF. Non a thesmothetis. Thesmothetae enim *οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς ὑπὲρ ὧν λαγχάνει Πανταίνετος*. SCHAEF.

οὐ πρόσεστι τῇ παραγραφῇ) Verteram *abolita sunt et ad praescriptionem non pertinent* ad crimina referens, quasi scriptum esset *καὶ οὐ μέτεστι τῇ παραγραφῇ*. Sed est, ut opinor, (certi enim nihil habeo,) querela de iniquitate vel praetoris vel sexvirorum, qui exceptionem Nicobuli mutilarint. Nam id accusatori licuisse non existimo. Alioqui pro *παραγραφῇ* legendum videretur *γραφῇ*. WOLF. Non est legendum. Vere est querela de iniquitate mutilantis exceptionem, quae cum mutilata sileret de illis *δεινοῖς*, justa haec Pantaeneti criminatio videri poterat. SCHAEF.

976, 20. *τὸ—ὅπως*] Fortasse donando Pantaenetus effecerat ut Nicobuli exceptio mutilaretur. SCHAEF.

976, 22. *δυνήσεται*] Scilicet *τοῦτο*, hoc, quod articulus hic ab exceptionis libello abest, vobis non poterit eripere facultatem cognoscendi et intelligendi jus et aequum. Aut: Pantaenetus non poterit vobis eripere. REISK. Immo *ὁ ἐξαλείψας*, quicunque tandem fuit. Videtur nomini hominis parcendum fuisse. SCHAEF.

976, 25. *χάριτός τε—τοῦ συκοφαντεῖσθαι*] *Magisque gratia in quam calumnia dignum esse.* *ὧν* perinde ut *οὖσαν* referendum ad *δείξειν*. V. Porsonus ad Euripid. Orest. 792. Casuum autem diversitas, quam Graeca poscit syntaxis, ne tironem quidem fallet. SCHAEF.

976, 29. *ἐξείλλῃ*] Hinc *τὴν ἐξούλην* deducit Libanius. WOLF. V. p. 863, 20. SCHAEF.

977, 8. *τῶν μέτρων ἐντὸς*] *τῶν μέτρων ἐκτός*. Nam *ἐκτὸς τῶν μέτρων* utique licet. WOLF. Vulgatam ne mutes. Plena oratio: *τῶν μέτρων τοῦ πλησίον ἐντός*. Omnia haec ad vicinum metallurgum referuntur. SCHAEF.

977, 17. *δανείσηται*] Scribendum *ὁ πριάμενος*. SCHAEF.

977, 18. *ἂν προεισφορὰν μὴ κομίζηται*] Cum divites tributum pro pauperibus pependerunt nec pecuniam pro illis numeratam recuperare potuerunt. Vide Ulpianum in orationem *περὶ συμμοριῶν*. WOLF.

977, 20. *ἂν ὅλως ἄλλο τι ;*] *ὅλως* abest ab A. Subaudi *ἀδικηθῇ, ἐν ταῖς μεταλλικαῖς δίκαις δικάσεται ; si quam aliam injuriam accipiat, num ideo jure metallico experietur?* REISK. Simpliciter subaudiendum *ᾖ*. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 152. SCHAEF.

977, 22. *τοῖς ἕτερον—τῶν πλησίον*] Verba *εἰς τὰ τῶν πλησίον* videntur scholium esse vocabuli *ἕτερον*. Itaque uncis inclusi. Dictio metallica *ἕτερον συντιτραίνειν* significat *τὸ ἑαυτοῦ ἔργον* vel *μέταλλον συντιτραίνειν* (id est *δι' ὀπῆς μεμηχανημένης προάγειν*) *εἰς τὰ τοῦ πλησίον ἔργα* vel *μέταλλα*, *cuniculos suos facto foramine perducere in cuniculos alienos.* REISK. Uncos removit Bekker. Sed vide ne de scholio assentiendum sit Reiskio. Scilicet scribendum esse suspicor *καὶ τοῖς εἰς ἕτερον συντρήσασι*, prorsus deletis quatuor quae sequuntur verbis. V. Wesselingius ad Diodor. Sic. 3, 43. SCHAEF.

977, 23. *τῶν ἐν τῷ νόμῳ*] *τὰ ἐν τῷ νόμῳ*, *quae in lege insunt, commemorantur*, *τὸ ὑφάπτειν κ. τ. λ.* SCHAEF.

977, 25. *τῷ—δανείσαντι Πανταινέτῳ*] H. e. *τῷ ὃς ἐδάνεισε Πανταινέτῳ.* SCHAEF.

ταῦτ'] *τὰ δεδανεισμένα.* SCHAEF.

977, 26. *εἶναι*] In *εἶναι* subauditur *οἶμαι* e v. 21. *existimo, ad eum, qui Pantaeneto pecuniam credidisset eamque ab illo lente, per minutas particulas et vix tandem recuperasset, vocabulo juris metallici ne minimum quidem utendum esse.* REISK. V. not. sequ. SCHAEF.

977, 27. *προσφευκτέον*] *Ei autem, qui pecuniam credidit Pantaeneto creditamque eis tandem recepit, non esse hoc etiam oneris injungendum, ut in crimen metallicum vocetur.* SCHAEF.

978, 2. *δικαζόμενος*] Post *δικαζόμενος* videtur *ἐκ τῶνδε φανήσεται* vel simile quid deesse. *Constabit ex iis, quae jam dicam, non modo nil aequum et legitimum super criminibus, quorum me incusat, habere Pantaenetum quod proferat, sed etiam super iis, quae ipse mihi remisit, jus poscere.* REISK. Hoc vero non nunc demum constabit, sed satis superque constitit ex iis quae adhuc dicta sunt. Itaque nihil deest, sed jungenda sunt, ut omnes jungunt libri, *οὐδὲν τοίνυν—πρᾶγμα ποιεῖ πάνδεινον.* SCHAEF.

978, 5. *ἐπικεκληρωμένων*] *Cum jam judices tribunali cuique sui sortito essent ducti.* REISK.

978, 6. *τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ—τῶν συνεστηκότων*] [*τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ τὸ ἐργαστήριον συνεστηκότων.*] Mendosus locus. F. *τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ἐκ τῶν ἐργαστηρίων συνεστηκότας.* etsi malim: *τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνεστηκότας.* *gregalibus suis adductis.* Verti, ut potui: *adductisque secum iis, qui una cum ipso officinam constituerant.* Sed rectius fortassis intelliguntur *τὰ ἐργαστήρια τῶν συκοφαντῶν*, de quibus agitur in exceptione adversus Zenothemidem. WOLF. Verum hoc. Invidiose dicitur *ἐργαστήριον* factio Pantaeneti. V. Ind. Graecitat. SCHAEF.

978, 10. *ταῦτ'*] Subaudi *ἃ αὐτός φησι.* REISK.

τὴν δίκην—αὐτῷ] Ne quid de petita mulcta detrahatur. Pollux lib. 8. *ἀτίμητος δίκη, ἣν οὐκ ἔστιν ὑποτιμήσασθαι, ἀλλ' ἢ τοσούτου τετίμηται, ὅσον ἐπιγέγραπται.* Suidas: *ἀτίμητος ἀγὼν, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων οὐ κεῖται, ἀλλ' οἱ δικάζοντες ἐτιμῶντο, τί δεῖ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὁ δὲ τιμητὸς, ᾧ πρόσεστιν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα.* Huic contrarium habet Varini Lexicon:

ὁ μὲν τιμητὸς ἀγὼν, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένως ἐκ τῶν νόμων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοὺς δικαστὰς ἔδει τιμᾶσθαι, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὁ δὲ ἀτίμητος τοὐναντίον, ᾧ πρόσεστιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένως τίμημα, ὡς οὐδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς τιμῆσαι. Ac Pollux cum Varino consentit, ut videatur Suidae locus depravatus. *Quia autem ἀτίμητος*, quam hic petit Pantaenetus, non erat legibus, sed ab ipso accusatore definita duorum talentum. Itaque pro *definita legibus* malim *eam, quam postulasset aut in actione perscripsisset*. WOLF. *Si e servi tormentis subjecti responsione constiterit vera esse, quae ipse* (Pantaenetus) *aiat, tum me debere ipsi mulctam a legibus constitutam, quam lenire judicibus non liceat.* REISK. V. de hoc loco Meierus de Lite Att. p. 188. De dissensu Grammaticorum voces *ἀτίμητος* et *τιμητός* interpretantium v. etiam not. ad p. 54, 17. SCHAEF.

978, 15. *ποῦ γάρ ἐστι δίκαιον—*] V. Porsonus ad Euripid. Orest. 792, et Dobraeus Auctar. ad Porsoni Miscellan. p. 385. SCHAEF.

ἐν οἰκέτου σώματι καὶ ψυχῇ κ. τ. λ.] *Per mancipii corpus et vitam stare, ut aut—.* SCHAEF.

978, 18. *καὶ μετὰ ταῦτα—τὰς παρακαταβολάς*] Citat h. l. Harpocration v. *Παρακαταβολή*. REISK. V. Schoemann. de lite Att. p. 620 sq.

καὶ] *καὶ* more ad Hebraeam locutionem accedente hic redundat. Nam illa omnia, *οὐχ ὡς δίκαιον ὂν* v. 13. ad *συνεχώρουν* v. 17. per parenthesin interjecta sunt. Pari modo verba *διὰ γὰρ τὸν θόρυβον* v. 23. ad *ἐποιησάμην τοιοῦτον* v. 28. signis parentheseos sunt includenda. REISK. Copulam addidit orator non recordatus ob parenthesin longiorem. periodum hanc ita se exorsum esse. ut sine copula sequi deberet *μετὰ ταῦτα—*. Quod autem hic aliisque similibus locis casu factum est indigetque excusationis, id citerior Graecitas, simia illa classicae. consulto ut miram orationis elegantiam affectavit. SCHAEF.

προσκαλεῖται—τὰς παρακαταβολάς] Nam si quaestiones processissent, judicio nihil fuisset opus. Sed mirum licuisse pecuniam semel depositam tollere. WOLF. Scilicet toto in negocio Pantaenetus ex libidine utque sycophantam agnosceres egit. Itaque res supra v. 7. dicitur *πρᾶγμα πάνδεινον*. SCHAEF.

προσκαλεῖται μέν με τὴν δίκην] Huic *μὲν* respondet *δὲ* v. 21. REISK. Addi autem *πρὸς* cum Reiskio non est necesse: recte enim dicitur *προσκαλοῦμαί σε δίκην*. Conf. p. 1333, 2. Pariterque *προκαλεῖσθαι* duobus accusativis jungitur v. 26. SCHAEFER.

978, 23. *δόξαι*] Scilicet nobis. mihi puta et ipsi Pantaeneto et inprimis magistro quaestionis. Mnesicli. REISK.

διὰ γὰρ τὸν θόρυβον—ἐποιησάμην τοιοῦτον] V. Schoemannus de Lite Att. p. 680. SCHAEF.

978, 24. *διὰ γὰρ τὸν θόρυβον*] Hoc dicitur: *Propter tumultum* (v. 6.) *quodque caussae agendae propinquitas* (v. 3.) *festinare nos cogeret, satis habendum fuerat negotium* *τῆς προκλήσεως* *rite* [illegible]

absolvisse. Qui ritus qualis fuerit docent formulae Προκαλοῦμαι σε etc. SCHAEF.

978, 25. καλεῖσθαι τὴν δίκην] καλουμένης τῆς γραφῆς p. 1336, 9. SCHAEF.

978, 26. τὸν δακτύλιον] Ad obsignandum (v. 13.) SCHAEF.

978, 27. οὐδὲν—τοιοῦτον] Hoc ait Nicobulus: prae tumultu, qui tum erat, et festinatione sese nec τῆς προκλήσεως exemplum nec aliud tale instrumentum conficere potuisse. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 109. Quo facilior fuit fraus Pantaeneti πάνδεινος, de qua statim Nicobulus. SCHAEF.

979, 1. ὥσπερ λέγω] Scilicet v. 26. dixerat. REISK. Immo refer ad v. 22. SCHAEF.

979, 4. τὸ καταπεπλῆχθαι τὸν βίον] Debet, id quod etiam Wolfius sensit, οὐ aut μὴ addi, ut sit τὸ μὴ καταπεπλῆχθαι. *quanta sit praerogativa* aut *quantum praestet, quam expediat non perculsum te esse,* hoc est, non exercere quaestum pudendum, infamem et invidiosum, (foeneratores enim, cujusmodi videtur hic Nicobulus fuisse, genus erant Athenis contemtum, exosum, exsecrabile,) non prodere in moribus timiditatem et pudorem intempestivum, notam conscientiae interioris de vitio aliquo aut macula sibi adhaerescente, quemadmodum homines obscuro loco nati aut humilem quandam, artem exercentes aut alicujus dedecoris sibi conscii solent esse animi dejecti, pudibundi, meticulosi. Deinde malim διὰ τὸν βίον. *propter vitae quod sequaris genus.* Et sic dedi de meo. REISK. ἡλίκον ἐστὶ πλεονέκτημα τὸ καταπεπλῆχθαι τὸν βίον sic, opinor, vertenda: *quantum sit lucrum sycophantae ita vivere, ut alii metu ejus percellantur.* Ut sarcastica sit notatio morum calumniatoris. SCHAEF.

979, 8. παρ' ἃ ἡγούμην δίκαια] τὸ παρ' videtur abundare et legendum ἃ ἡγούμην δίκαια. Nam παρὰ τὰ δίκαια ἀντιπροκαλεῖσθαι ὁμολογεῖν absurdum esset, si fateretur se iniqui aliquid postulasse. WOLF. Non assentior. Hoc dicitur: Si nollem acquiescere τῇ προκλήσει, etsi ementita, cogebar ἀντιπροκαλεῖσθαι: hoc vero in animum inducere non poteram, quippe βουλόμενος πολλῷ τῷ δικαίῳ περιεῖναι (p. 978, 17.) SCHAEF.

979, 10. παρεδίδουν] Sensus: *non modo ementitae illi* τῆς προκλήσεως *formulae non obloquebar neque opponebam* ἀντιπρόκλησιν, *sed ultro servum ad quaestionem* (ipsi Pantaeneto) *offerebam.* SCHAEF.

979, 13. Φυγὼν—φυγὼν] φυγὼν i. q. οὐ δεξάμενος. V. p. 974, 26. Nicobulus παρεδίδου τὸν οἰκέτην, Pantaenetus οὐκ ἐδέξατο. SCHAEF.

ταῦτα] Conditiones, quas ego in mea contrasponsione obtulissem. REISK. Immo conditiones a Pantaeneto in falsa illa formula oblatas. SCHAEF.

ἃ—προὐκαλέσατο] V. p. 978, 7. SCHAEF.

979, 16. οὗτός ἐστιν—] Antigenes (hunc enim Nicobulus ostendit judicibus) senex videtur debilis fuisse, ne imbelli quidem ille metuendus, nedum Pantaeneto ejusque satellitibus. SCHAEF.

979, 23. *τὰς αὐτὰς οὔσας ἀπολογίας*] Mihi hac in mea caussa easdem esse excusationes, quas Energus tum in sua caussa pro se potuit allegare. REISK.

980, 1. *πρὸς τὸ δικαστήριον*] Subaudi *τουτὶ τὸ μεταλλικὸν*, coram quo nunc haec caussa agitur. Et sic quoque p. 980, 7. *ἐν δὲ τῷ δικαστηρίῳ*, scilicet *τῷ μεταλλικῷ*. REISK.

980, 5. *τήμερον*] De solenni formula *οὐδέπω καὶ τήμερον* v. not. ad p. 543, 27. SCHAEF.

980, 6. *ἐξήτασται*] Ad magistratum nunquam accessit, in ejus foro se nunquam conspiciendum praebuit. REISK.

980, 10. *προειδότα*] Subaudi *τὸν Εὔεργον*. REISK.

980, 13. *παρὰ*] Malim *ἡ παρὰ—*. *τῇ παρ' ὑμῶν ὀργῇ* p. 74, 3. SCHAEF.

980, 16. *τούτου*] Non *Εὐέργου*, ut Reiskio visum est, sed *τοῦ πράγματος*. SCHAEF.

980, 21. *τῷ μεγάλῳ τούτῳ*] Ridetur proceritas staturae. SCHAEF.

Στρατοκλεῖ] Est Stratocles Euthydemi filius Diomeensis, de quo v. Pseudo-Plut. Vit. X. orat. p. 852. Dixit de eo Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 32. Ejus pater *Εὐθύδημος Στρατοκλέους* ob liberalitatem erga rempublicam laudatur in orat. Midiana p. 567, 26.

980, 22. *τῷ πιθανωτάτῳ*] Malo sensu dictum. Thucydides 4. 21. *δημαγωγὸς—ὢν καὶ τῷ πλήθει πιθανώτατος*. SCHAEF.

980, 26. *ἀνθρώπων*] *ἀνθρώπων ἁπάντων* A. r. Sed in talibus formulis solum *ἀνθρώπων*, quod meminerim, ponitur. V. ad p. 819, 7. et quos citavi in H. Stephani Thes. p. 2061 B. ed. Lond. Xenophontem de Rep. Laced. 10, 3. ubi legitur *μάλιστα τῶν ἀνθρώπων*, suspicor scripsisse *μάλιστ' ἀνθρώπων*. SCHAEF. *μάλιστα πάντων ἀνθρώπων* vel *μάλιστα ἀνθρώπων ἁπάντων* legitur ap. Demosth. p. 739, 18. Sed illic quoque *πάντων* om. S.

981, 10. *ὡς ἔοικεν*] Ironice dictum. SCHAEF.

981, 11. *νὴ Δία*] Male alii libri *νὴ τὸν Δία*. In hypophorico enim elocutionis schemate sedem habet brevior formula *νὴ Δία*, non item prolixior *νὴ τὸν Δία*. V. not. ad p. 740, 9. SCHAEF.

981, 13. *ὧν δίκην—ᾕρηκεν*] *Quorum hic* (Pantaenetus) *Euergum, caussa ad judices delata, condemnavit*, ut Latini dicunt, h. e. impetravit ut a judicibus condemnaretur. REISK.

981, 15. *αὐτὸς αὐτὸν οὗτος*] *αὐτὸς οὗτος* redit ad Pantaenetum, *αὐτὸν* (*eum*) ad servum Nicobuli. REISK.

981, 16. *λέγειν*] Quae servus meus deliquerit. REISK.

981, 19. *ταῦτα δ' οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι*] V. Schoemannus de Lite Att. p. 573. SCHAEF.

981, 25. *βακτηρίαν φορεῖ*] Utrum id foeneratorum insigne fuit, an habuerunt in eo descripta debitorum nomina aut incisas aeris alieni summas? *τῷ γὰρ ταχέως βαδίζοντι τίς χρεία βακτηρίας;* WOLF. *τὸ φορεῖν βακτηρίαν* pariter ac *τὸ ταχέως βαδίζειν* et *τὸ μέγα φθέγγεσθαι* Athenis tale habitum fuit, quod parum deceret *τὸν μέτριον πολίτην*. *ταχέως βαδίζειν* et *λαλεῖν μέγα* ut res quae

facile cadant in offensionem junguntur p. 1124, 26. Conf. p. 982, 18. et v. Casaubonum ad Theophrasti Charact. p. 75. ed. Fisch. SCHAEF.

982, 1. ἐγὼ—οἴομαι] Hoc dicitur: *Ego vero injuste quidem facere* (h. e. facere quod leges vetent) *nullum foeneratorum arbitror.* SCHAEF.

982, 3. τοῦ πλείονος] τοῦ πλέον ἔχειν, τοῦ κέρδους. SCHAEF.

982, 10. καὶ χαρίσασθαι—τὸ ἀργύριον] Duas allegat caussas, cur nummulos duro labore collectos foenore exerceret: unam, ut rogantibus gratificaretur; alteram, ne pecuniola aegre collecta nullo cum fructu et sine sensu sibi per minutas expensas dilaberetur et veluti nix tabescens deliquesceret nummatim eam carpenti et in rem domesticam, in frivola et nugas impendenti. REISK. *In frivola et nugas* poterant omitti. SCHAEF.

982, 18. ἢ] καὶ Schaeferus.

982, 22. ἑαυτοῖς] Vulg. ἐμαυτῷ. Sententia postulat ἑαυτοῖς. Et sic dedi de meo. *non sum unus eorum, quorum mores ipsis expediunt et quaestum faciunt:* quo in numero sunt blandi, gratiosi, adulatores, scurrae. REISK. Verum hoc: sed de talibus hominibus h. l. non cogitandum. τὸ λυσιτελεῖν refer ad τὸ βάδισμα καὶ τὴν διάλεκτον. SCHAEF.

982, 28. τἄλλα δὲ ταῦθ'] In reliquis autem rebus, his puta, de quibus nunc agitur, incessu, voce, vultu. REISK.

983, 1. ἔχοντα] Id est τοιαύτη, οἵαν ἅπαξ ἔχει. REISK. Immo subaudi ταῦτα. *si quis haec habeat*, h. e. si quis in voce et incessu habeat quae minus placeant ceteris. SCHAEF.

οὐ γὰρ—οὐδὲν] Subaudi εἰ εὔπορον ἦν. Sensus: *nam si facile esset, nemo non indueret habitum vulgo probatum: ut nihil discriminis talibus in rebus inter cives appareret.* SCHAEF.

983, 2. γνῶναι—ῥᾴδιον] *Noscitare—facile est:* nam talia patent oculis et auribus. SCHAEF.

983, 3. ἀλλὰ τί] Verte: *Sed quid horum refert mea adversus te* [h. e. dum mihi res tecum est]? Similia v. in L. Bosii Ellips. p. 598. SCHAEF.

983, 5. δίκην] Post δίκην posui punctum. Est enim haec altercatio ficta Nicobuli cum Pantaeneto. *Tu te quereris, Pantaenete, graria et infanda passum. Esto. Satisfactum tibi est. Sed negas tibi a me satisfactum esse. Recte vero: neque enim ego te injuria affeci. Nam si te laesissem, tu profecto non eras commissurus ut me inultum transmitteres nomenque meum ad judices deferre nil curares, cum Euergum accusares.* REISK.

983, 8. ὑποστῆναι] γενέσθαι. WOLF. Non est simpliciter i. q. γενέσθαι: nam non dicitur nisi de rebus, quibus est aliquid momenti. De locutione πρατῆρα ὑποστῆναι v. not. ad p. 536, 20. Compares λαχεῖν βασιλέα etc. V. not. ad p. 1313, 24. SCHAEF.

δεινὰ καὶ πολλὰ] V. ad p. 525, 29.

983, 11. εἰ τοίνυν ὡς οἷόν τε—] Quae hinc usque ad finem orationis leguntur, eorum maxima pars repetitur p. 990, 23. SCHAEF.

983, 12. ἅπαντα τἀληθῆ] V. ad p. 447, 26.

983, 16. ἀκούσιοι] Bene habet. Non enim solummodo p. 990. 28., ubi locus hic iteratur, ita legitur, sed etiam res ipsa id exigit. Nemo facile, nisi levis et impurus, homicidae voluntario victus precibus aut lucello ignoscat: caedi autem fortuitae, a qua consilium abfuerit, quanto quisque est humanior, tanto facilius ignoscit cum aliis de caussis, tum commiseratione sortis humanae. REISK.

983, 18. ἀκουσίου] Paene malim ἑκουσίου. Sic enim fortius stringet argumentum. Si quis, qui alium caedis, non modo involuntariae, sed vel voluntariae adeo, peregerit, tamen ei postmodum ignoverit, tum jam non potest actor reum expellere. Et profecto p. 991. 4. perspicue exaratum lego in Bavarico ἑκουσίου. ubi etiam id restitui. REISK. Dedit igitur etiam hic ἑκουσίου, propterea reprehensus ab Anglis in H. Stephani Thes. p. 1481 A. et a Muellero in libro de Doriensibus vol. 1. p. 334. Sed ἑκουσίου servavit Bekker. Quod eum recte fecisse puto. Nam de ἀκουσίοις φόνοις Nicobulus antea (v. 16—18.) absolvit: nunc, quo manifestius fiat quanta sit in jure Attico vis τοῦ ἀφεῖναι, docet hanc vim pollere etiam in ἑκουσίοις φόνοις. Conf. p. 1330, 28. Itaque ἑκουσίου ἢ ἀκουσίου, quod conjecit Matthiae Miscell. Philol. vol. 1. p. 166., non magis probo quam ἀκουσίου ἢ ἑκουσίου, quod Meierus de bon. damnat. p. 22. SCHAEF. Condonari homicidis crimen poenaque omnis remitti poterat primum ab ipso interfecto, quem si morientem interfectori ignovisse constabat, hunc propinquis persequi haud licuit. Expiandam tamen caedem caerimoniis quibusdam et ritibus fuisse non dubium est. Deinde propinquis, siquidem his ille qui interfectus erat, non mandaverat diserte ut se ulciscerentur. Nam ejusmodi mandatum negligere summae haud dubie impietatis habebatur nec per fas aut leges licitum. Sed etiam non mandatam ultionem omitti a propinquis tum demum sine piaculo potuisse arbitror si caedes non voluntaria esset. Quod autem Meierus de bon. damn. p. 22. Proc. Att. p. 308. de gentil. Att. p. 19. not. 153. etiam caedem consulto commissam remitti a propinquis per leges potuisse contendit, fallitur haud dubie. Primum enim ap. Demosth. p. 983, 18. 991, 2. codices praeter unum omnes ἀκουσίου habent, non ἑκουσίου; illudque verum esse recte ab Hudtwalckero demonstratum est de diaet. p. 166. not. 11. cujus disputationem si Schaeferus legisset, non, opinor, alterius lectionis patrocinium suscepisset. Neque vero ad ea quae p. 983, 23—27. leguntur Meierus provocare debebat, quippe quae manifesto de eo tantum agant, cui caedes ab ipso interfecto remissa sit. Multo minus exemplum illud quod commemorat or. in Theocr. p. 1330, 28. quidquam probat, quum non constet utrum involuntaria illa caedes an voluntaria fuerit: et ut fuerit voluntaria, ex eo quod ab homine impuro propter lucri cupiditatem factum est, de legibus et jure conjectura fieri non debet. Denique de jure testimonium satis disertum exstat ap. Demosth. p. 528, 5—9. quo

ἑκουσίου φόνου nullam *αἴδεσιν* legibus concessam fuisse appareat. SCHOEMANN. Antiq. jur. publ. p. 297.

983, 19. *αἰδέσηται*] V. ad p. 1069, 2.

983, 26. *εἶθ' ὑπὲρ κ. τ. λ.*] V. ad p. 966, 1.

983, 27. *καὶ τῶν μεγίστων*] Est exegesis antecedentium. Sic mox *καὶ ἐλαττόνων ἐγκλημάτων*. Ne putes diversi quid indicari. SCHAEF.

984. 1. *ὑμῖν*] V. ad p. 991, 8. SCHAEF.

984, 2. *πρᾶγμα*] Morem puta [caussas] ab ipso actore semel remissas nunquam postea rursus in forum revocandi. REISK.

984, 3. *καταλυθήσεται*] Alii libri *καταλύσετε*. "Et hoc dedi. Alias ignoraretur, quinam abolerent hunc laudabilem morem. Sed valet hoc ad caussam et grave in hoc momentum, si judices ipsi dicantur eum abolere: id quod est pudendum dedecus. Aut legendum esset *καταλυθήσεται ὑφ' ὑμῶν ἐφ' ἡμῶν*: id quod insuavius sonaret, praesertim in fine orationis. Praestat itaque *καταλύσετε*." REISK. *καταλυθήσεται* p. 991, 11., libris in hac scriptura consentientibus. Puto igitur nostro loco in nonnullis scriptum fuisse *καταλύσεται*, quod librarii errore pervulgatissimo (v. not. ad p. 730, 15.) corruperunt in *καταλύσετε*. Hoc quidem ferri non posse docet quod statim sequitur *ἐφ' ἡμῶν*. V. not. sequ. SCHAEF.

ἐφ' ἡμῶν] *Nostra aetate*. SCHAEF.

XXXVIII.

ADVERSUS NAUSIMACHUM ET XENOPITHEM.

Caussa hac oratione agitata haec est. Nausimachus et Xenopithes (junior), fratres, filii Nausicratis, a filiis Aristaechmi vita dudum defuncti, qui tutor ipsis olim fuisset, actione haereditatis imminutae aut aeris alieni pupillis debiti, a debitoribus quidem redacti, a tutore autem pupillis non persoluti, repetebant ab unoquoque filiorum Aristaechmi, qui quatuor erant, quaterna talenta et praeterea singula totidem (h. e. quatuor) semitalenta. Petebant itaque filii Nausicratis a filiis Aristaechmi universe octodecim talenta. Nam quatuor talenta sibi aiebant deberi ut aes interceptum: sed singulares hoc eodem de aere alieno actiones in singulos illos quatuor fratres instituebant et litem unicuique praeterea semitalento aestimabant. REISK.

984, 1. *Δεδωκότων—εἶναι τὴν δίκην.*] Idem exordium v. p. 966, 1. SCHAEF.

984, 3. *τῷ πατρὶ*] Plenius *τὸν πατέρα ἡμῶν* p. 985, 17. 986, 8. Sed talia pronominibus saepissime carent. SCHAEF.

985, 1. *τοὺς εἰληχότας ἡμῖν*] V. ad p. 602, 3.

985, 10. *ἡμῖν —*] Vulgo *— ἡμῖν τῶν αὐτῶν χρημάτων, ἁπάσας —*. Interpunctionem, ut saepissime alias, h. l. correxi ad hunc modum:—*ἡμῖν, τῶν αὐτῶν χρημάτων ἁπάσας* (id est *ὑπὲρ τῶν αὐτῶν χρημάτων ἁπάσας*, omnes illas quatuor actiones super eodem aere alieno, quatuor puta talentis), *τρισχιλίων ἑκάστην* (id est *ἑκάστην ἐπὶ τιμήματι τρισχιλίων δραχμῶν*, unamquamque harum quatuor actionum sub aestimatione litis ad 30 minas, quas, quicunque caussa caderet, judicibus dependeret), *βλάβης* (scilicet *ὀνόματι*, ex titulo accepti a nobis damni). REISK.

985, 11. *πρὸς τριάκοντα—καθέσταμεν*] Sententia est: conjecti sumus in discrimen non modo tantam aeris summam amittendi, 16 talenta puta, sed etiam praeterea duo talenta titulo impensorum et sportularum forensium, cum actores periculum non adeant

majus quam, si caussa ceciderint, ad summum duo talenta amittendi. REISK.

986, 10. τυγχάνουσι γεγραμμένοι] γεγραμμένοι, scilicet τὸν πατέρα ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ἐπιτροπῆς. *ex quo patrem male gestae tutelae detulerunt ad judicem reumque egerunt.* REISK. Mirum inter petendum et transigendum octo annos intercessisse. SCHAEF.

986, 11. ἀπαλλαγαὶ] διαλλαγαί S. Nostrum recurrit p. 987, 10. videturque de hoc negotio proprie dici. SCHAEF.

986, 12. καὶ τῶν ἐπιτρόπων] Subaudi τετελευτηκότων. REISK. Atqui pendent hi omnes genitivi ab antegresso τετελευτηκότος. Utilius moneas subaudiri τῶν ἡμετέρων. SCHAEF.

986, 15. Jungenda sunt πάντων τῶν πλείστων, *plerisque omnibus.* Xenophon Cyrop. 6, 2, 28. καὶ τὰ ἑφθὰ δὲ πάντα μεθ' ὕδατος τὰ πλεῖστα ἐσκεύασται. SCHAEF.

986, 20. φασὶ γὰρ—τῶν ὄντων] Affirmant enim Nausimachus et Xenopithes, pecunia illa, quam ab Aristaechmo acceperunt, se neque vendidisse neque vendere in animo sibi fuisse paterna bona, neque fortunis suis cessisse. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 109.

986, 23. Ξενοπείθης] Xenopithes hic est senior, patruus actorum, frater Nausicratis, qui pater actorum erat. REISK.

986, 27. τὰ χωρία—παρέλαβον οὗτοι] Insulas illas et praedia emerunt tutores, quae his (Nausimacho et Xenopithi scilicet) tradiderunt. SEAGER. l. c.

986, 28. οἱ ἐπίτροποι] Dubium qui tutores designentur, Nausimachine et Xenopithis, actorum, an reorum, filiorum Aristaechmi. Sed actorum tutores designari et solum Aristaechmum eorum tutorem non fuisse credibilius est. REISK. Quin verum: tutori enim solebant addi συνεπίτροποι, opinor, ne ille agens pro arbitrio commodis pupilli officeret. V. ad p. 987, 7. SCHAEF.

987, 2. ὅλην τὴν ἐπιτροπὴν ἐγκαλέσαντες] Subaudi τῷ ἐμῷ πατρί. REISK.

987, 5. πάντα ταῦτα] Scilicet τὰ ἐγκλήματα, ἃ νῦν ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν. REISK.

οὗτοι] Nausimachus et Xenopithes. REISK.

987, 7. ἐκεῖνοι] Aristaechmus, pater noster, et reliqui consortes tutelae. Sententia est: illi tutores pecunia istis, quas pupillis suis persolverunt, redimebant, non nomen tutelae, sed criminationes, h. e. dabant suis pupillis illas pecunias, quo liberarentur, non nomine tutelae, sed litibus et accusationibus ex administratione tutelae exsistentibus. REISK. V. p. 990, 17. et Ind. Graecitat. p. 543. SCHAEF.

987, 14. παράγουσι] Dicitur παράγειν τι, ut φενακίζειν τι, de quo v. ad p. 362, 11. Plus autem est παράγουσι quam βούλονται παράγειν: significatur enim initium fraudis jam factum esse, cujus laqueis ut judices expediantur, orans haec disceptat. Compares verbum πείθειν. SCHAEF.

987, 18. λαβεῖν] Illud χρέος, aes alienum pupillis debitum ab

aliquo Hermonacte in Bosporo degente, centum staterum. V. v. 25. REISK.

987, 21. *μέγιστοι—μάρτυρες*] I. e. *πιστότατοι, σαφέστατοι μάρτυρες. τίνα—μάρτυρα μείζω παράσχωμαι* p. 416, 6. Add. p. 815, 10. 1034, 10. Simile *μέγα τεκμήριον.* V. ad p. 1162, 16. SCHAEFER.

εἰσὶν—μάρτυρες] *ἡμῖν εἰσιν οὗτοι μάρτυρες* Bavaricus sine *αὐτοί*. REISK. Sic Bekker. Recte: nam *αὐτοὶ* melius abest, cum sequatur ut oppositum *τὸ πρᾶγμα αὐτό.* SCHAEF.

988, 3. *δι' ἑαυτοῦ*] Ind. Graecitat.: "per semet ipsum, non per procuratorem." Quippe pecunia in Bosporo soluta esse dicebatur. SCHAEF.

988, 6. *ἔστιν οὖν οὕτω τις κ. τ. λ.*] Vim hujus argumenti non perspicio. Poterat utique aliquis debitor, qui pupillos (nam hi sunt h. l. *οἱ κύριοι*) diu contemsisset, h. e. pecuniam ipsis debitam retinuisset, illis virilem aetatem ingressis, a literis commonitoriis tutoris *τοῦ μὴ κυρίου*, ut noster hic loci ait, ita percelli et perterrefieri, ut nil cunctaretur nomen lentum diluere. Non hoc modo probabile est, sed fit quoque quotidie. Consequeretur ex argumentatione oratoris hoc, pupillos, dum adhuc minores annis essent, saepius Hermonactem de diluendo nomine, sed frustra, appellasse. Quod factum esse credibile non est. Et fac quoque eos id fecisse: semper non ipsi fecissent, sed tutor pupillorum nomine. Sunt Demosthenis argumentationes paulo nonnunquam subtiliores et impeditiores et sophisticae calliditati atque rixositati confines. REISK. Hoc ut alibi verum sit, tamen hic est falsissimum. Quid demonstrat orans? Nullo modo fieri potuisse ut pecunia illa Demareto solveretur. Quippe si illi soluta esset, consequeretur debitorem fuisse omnium hominum stolidissimum. Quid enim stolidius quam pecuniam tot per annos dominis (filiis Nausicratis) negatam solvere homini, cui nihil in eam juris esset? Nam Demaretus fuit tutor filiorum Aristaechmi nec res curavit Nausimachi et Xenopithis. SCHAEFER.

988, 13. *ἐκεῖνος*] Demaretus.

989, 2. *οὐκ—πατρί*] *Apparet enim homines patri litem intendisse, ut qui rationem tutelae non reddidisset, et hoc ipsum in litis formula scripsisse.* SCHAEF.

989, 6. *ἐγκαλεῖτε*] Dele subdistinctionem: nam jungenda *'Εν ποίῳ λόγῳ παρέδωκεν.* SCHAEF.

ὡς παρέδωκεν] Subaudi *ὡς ὀφειλόμενον ὑμῖν τὸ τοῦ 'Ερμώνακτος χρέος.* REISK.

989, 8. *παραδόντος*] Subaudi *ἐν τῷ τῆς ἐπιτροπῆς λόγῳ τὰ ὑμῖν ὀφειλόμενα χρέα.* REISK. Intellige *τὸ τοῦ 'Ερμώνακτος χρέος.* SCHAEF.

989, 11. *ἐπράξασθε* S. Vulgo *πράξεσθε.* Illud ita placet, ut et v. 10. malim *ἔστι* legere et v. 12. *διώκετε.* Accedit quod, etsi *διώξω* non repudiandum est, longe frequentius tamen occurrit *διώξομαι.* In Aristophanis Nub. 1296. lenissime corrigas cum

Elmsleio ἀποδιώξει. Atque in Xenophontis Cyrop. 6, 3. 13. vide ne scribi praestet διώξῃς. SCHAEF.

989, 12. τρίτον τι] Nescio quodnam hoc sit tertium, neque comminisci possum. REISK. Nec potuit orans, nec quisquam audientium. Est hoc quod dicimus redigere ad absurdum. SCHAEF.

989, 17. ὅστις] I. q. ὅς. οὗτος,—ὅστις—p. 1326, 15. Isocrates Panegyr. c. 37. ἡμεῖς —, οἵτινες — ἐῶμεν —. SCHAEF.

989, 18. ἐὰν πέντε ἔτη παρέλθῃ] Scilicet ex eo tempore, quo pupilli ad pubertatem suamque ipsorum tutelam pervenerint. REISK.

989, 23. ἄντικρυς] διαρρήδην v. 17. SCHAEF.

989, 26. τῶν—ἐξ ἀρχῆς ἀδικημάτων] τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀδικήματα h. l. sunt injuriae aut querelae super injuriis acceptis, quae primum, prima vice in jus vocantur et ad judicum disceptationem revocantur, eoque opponuntur illis caussis, quae, cum jam semel discussae fuissent, denuo ad forum retrahuntur. REISK.

989, 28. τοὺς ἐξ ἐκείνων] Scilicet φύντας vel γεγονότας. *si contra nos, qui sumus ex illis, vestris puta tutoribus, nati, litem institueretis anno vigesimo post quam patrem nostrum liberum ab omni forensi persecutione declaravissetis, et litem quidem super iisdem criminationibus, a quibus vosmet ipsi patrem nostrum absolvissetis.* Sed rationes temporum non conveniunt. Hic *viginti* annos ait effluxisse a tempore absolutionis inde, paulo ante autem p. 986, 7. *quatuordecim* tantummodo dixerat. Sed oratores minus veritatem rei quam amplificationem spectant. REISK. Orator numerat annos, non a tempore absolutionis, sed a tempore litis illatae, idque utens numero rotundo quem dicimus. V. p. 986, 8. SCHAEF.

990, 2. δίκην τελέσαισθ'] τελέσασθαι τὴν δίκην p. 1006, 8. *instituere* vertit Reisk. in Ind. Graecitat. Immo est *peragere*. κυρίαν ποιησάμενος (τὴν δίκην) p. 999, 1. SCHAEF.

990, 8. διεξιέναι] Habet significationem futuri. SCHAEF.

990, 15. τοσούτων — ἐπιτροπῆς] Adverte φεύγειν h. l. duobus junctum genitivis. SCHAEF.

990, 21. Ὅτι—δείξειν] *Jam vero vos recte facturos esse, si ne sustineatis quidem ullum eorum de tutela verbum, etiam hoc videor mihi demonstraturus.* SCHAEF.

990, 23. εἰ γὰρ ὡς οἷόν τε —] Locus hic usque ad p. 991, 11. iisdem paene verbis legitur in exitu orationis superioris adversus Pantaenetum. REISK. V. p. 983, 11. SCHAEF.

990, 25. ἅπαντα τἀληθῆ] V. ad p. 447, 26.

991, 3. ἀκουσίου] V. ad p. 983, 18.

991, 5. αἰδέσηται] Citat Harpocration v. Αἰδέσασθαι. REISK. V. ad p. 1096, 2.

991, 6. εἶθ' ὑπὲρ κ. τ. λ.] V. ad p. 966, 1.

991, 8. εἰ μὴ — τεύξομαι] Citant Anecd. Bekk. p. 144, 14., ubi legitur παρ' ὑμῶν. Quod non displicet. SCHAEF.

991, 12. ἐμίσθωσαν] Intelligendum pariter ut ἥρπασαν v. 16. de

Aristaechmo ejusque *συνεπιτρόποις*. V. ad p. 986, 28. SCHAEFER.

991, 13. *φήναντος Νικίδου*] Cum Nicidas patruum vestrum, Xenopithem, seniorem puta, eo nomine apud judicem detulisset, quod domum vestram elocare nil curaret. REISK. Non *patruum vestrum*, sed *tutores*: nec *domum vestram*, sed *patrimonium vestrum*. SCHAEF.

991, 16. *ἣν ἐπείσθητέ γε*] Scilicet ἔχειν vel ἀγαπᾶν. REISK. ἔχειν, quod e sequente ἔχετε subaudiendum, non ἀγαπᾶν. SCHAEF.

991, 18. *εἶναί τε ταῦτα*] Scilicet ἃ ὑμεῖς ποιεῖτε. *esse non de nihilo ea, quae vos nunc agitis: actionem hujus caussae vestram non esse plane contemnendam neque vanam aut de nihilo natam.* REISK. Voluit scribere ἃ ποιοῦσιν. Nam οἴησθε orans dicit conversus ad judices. Ad ταῦτα, si quid subaudire placet, subaudias τὰ ἐγκλήματα. SCHAEF.

991, 20. *ἴσον*] *Aequum.* SCHAEF.

τοὺς πράξαντας] Scilicet τὰ πρὸς ὑμᾶς ἀδικήματα. *posteaquam transegeritis et decideritis cum auctoribus injuriarum earum, quas aitis vos accepisse, de illis queri, qui rerum gestarum prorsus sint ignari.* REISK.

991, 22. *εἰ μεγάλα—ὑπολαμβάνετε*] Citant Anecd. Bekk. p. 144, 8. verborum ordine sic mutato: ὑμῖν εἶναι καὶ θαυμαστὰ—. SCHAEF.

τὰ δίκαια ταῦθ᾽] Quibus vos nimirum tantopere fiditis. REISK.

991, 23. *περαίνετε*] Scilicet τὴν λῆξιν aut τὴν δίκην καθ᾽ ἡμῶν aut τὸ προκείμενον. REISK.

ὧν δὲ τοῦ μὴ κατηγορῆσαι] Idem est ac si dixisset ἕνεκα τοῦ μὴ κατηγορῆσαι ἅ. *Quae autem quo minus accusaretis, tantas pecunias exegistis, ea tacere vos par est, donec illas pecunias reddideritis; neutiquam vero par est vos et accusare ea, quas ut taceretis vos redimi passi estis, et simul tamen mercedem silentii retinere.* REISK. Genitivus ὧν regitur a verbo κατηγορῆσαι nec de ellipsi praepositionis ἕνεκα cogitandum. SCHAEF.

991, 26. *μὴ καὶ κατηγορεῖν*] Vulg. καὶ μὴ κατηγορεῖν. Transposui de meo sensu καὶ μὴ κατηγορεῖν. *vos decet tacere, non autem eosdem et accusare nos et tria illa tamen talenta quoque retinere.* REISK. καὶ μὴ κατηγορεῖν Bekker. Nec debuit Reiskius hunc verborum ordinem invertere. μὴ enim jungendum infinitivis qui sequuntur, non referendum ad ἐστὲ δίκαιοι: quo si negativam orator retulisset, scripturus erat οὐ. Sensus: *par est vos tacere et abstinere lite, donec habetis quae accepistis.* SCHAEF.

991, 27. *ἔσχατον—τοῦτό γε*] *Nam haec quidem profecto est extrema vexationum.* SCHAEF.

992, 2. *γιγνομένην*] τὴν γιγνομένην scribendum videtur Hermanno ad Viger. p. 779. Mihi non item. Est i. q. προσήκουσαν. *non justam nec competentem gratiam.* SCHAEF.

992, 7. *τοῦ πράγματος*] Scilicet τοῦ λειτουργεῖν. REISK.

992, 11. *τὴν βλασφημίαν*] Invidiam et exprobrationem, quod

opes suas in adjuvanda et sustentanda rep. collationibus civitati praestandis exhausissent. REISK.

992, 11. ἀντὶ τῆς χρείας] Jam enim non possunt amplius de suis facultatibus reip. conferre, sed sunt cives inutiles. REISK. *Civitatem nec juverunt neque in posterum juvabunt, sed dehonestarunt.* SCHAEF.

992, 21. οὐ τοίνυν—ποιεῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 144, 17. SCHAEF.

θαυμάσαιμ' ἂν] θαυμάσαιμι Anecd. Bekk. omisso ἄν. SCHAEF.

992, 27. καὶ κακῶς—] F. add. καὶ τὰ μὲν ἴδια κακῶς ἀνηλωκέναι, τὰ δ' ἀλλότρια etc., ut constet ἀντίθετον. WOLF. ἀντίθετα sunt τὰ ὄντα et τὰ ἀλλότρια. SCHAEF.

993, 13. ἐπ' ὠφελείᾳ] *Quae vestrae quoque facultates sunt, cum sint sub* vel *cum spe majoris emolumenti, si penes nos vobis serventur.* REISK. Verte: *quae etiam vobis plus prosunt, si penes nos sunt, quam si penes hos.* SCHAEF.

XXXIX.

ADVERSUS BOEOTUM (I.)

DE NOMINE.

ΠΡΟΣ ΒΟΙΩΤΟΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ] Sic dicitur ab Harpocr. locis pluribus, modo omisso modo addito *πρὸς Βοιωτόν*: simpliciter *ὁ περὶ τοῦ ὀνόματος λόγος* dicitur Dionysio Halic. vol. 5. p. 656: sed *πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος* ibid. p. 665. SCHAEF. Fortassis Boeotus hic est, de quo scribitur in Midiana p. 537, 21: *ἴσασιν Εὐαίωνα πολλοί, τὸν Λεωδάμαντος ἀδελφόν, ἀποκτείναντα Βοιωτὸν ἐν δείπνῳ καὶ συνόδῳ κοινῇ διὰ πληγὴν μίαν.* ut homo malus male perierit. WOLF. Caussam hanc non vicisse Mantitheum actorem, sed Boeotum, ut scilicet ipse quoque Mantitheus appellaretur, apparet e p. 1013, 27. Alii hanc orationem Lysiae tribuunt. V. Maussac. ad Harpocrat. p. 40. REISK. Fuerunt qui Dinarchi dicerent. Quos refellit Dionysius Halic. vol. 5. p. 665 R. Quod autem Reiskius e p. 1013, 27. apparere ait caussa cecidisse Mantitheum, locus ille non hoc docet, sed Boeoti calumnia Mantitheum coactum esse ut litis de dote paterna formulae non verum, sed affectatum hominis nomen inscriberet. Conf. p. 1014, 13. 1019, 3. SCHAEF. De tempore hujus orationis partim ex ipsa constat partim diserto testimonio Dionysii Hal.: de quo haec fere dixit Clinton. Fast. Hell. ad Olymp. 107. 3. " Dionys. Hal. vol. 5. p. 656. *ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένους περὶ τοῦ ὀνόματος λόγος—κατὰ Θέσσαλον* (Olymp. 107, 2.) *ἢ Ἀπολλόδωρον ἄρχοντα* (Olymp. 107, 3.) *τετέλεσται.* Non diu post Anthesterionem mensem habitam esse constat ex p. 999., i. e. exeunte anno Thessali aut Apollodori ineunte: unde orta illa Dionysii inter duos archontes fluctuatio. Idem ib. p. 665. *πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος.—εἰ καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις οἱ Δημοσθένους ἀφαιρούμενοι τοῦτον τὸν λόγον καὶ Δεινάρχῳ προσάπτοντες ἐλέγχοιντο, τῷ χρόνῳ γοῦν ἐπιδειχθεῖεν ἂν ψευδόμενοι. μέμνηται γὰρ ὡς νεωστὶ τῆς εἰς Πύλας ἐξόδου γεγενημένης. ἡ δ' εἰς Ἀθηναίων*

ἔξοδος ἐπὶ Θουδήμου [libri *Θουμήδου*[a]] *ἄρχοντος ἐγένετο, τρισκαιδέκατον ἔτος Δεινάρχου ἔχοντος.* Qui locus tribus de caussis pro corrupto est habendus. Primum enim oratio haec ab Dionysio ipso ad annum 11 vel 12. Dinarchi refertur, cui repugnat quod hic annus decimus tertius nominatur. Deinde Thudemus non respondet anno 13. Dinarchi, quamobrem Reiskius *δέκατον ἔτος* corrigi voluit, quod Thudemo non magis convenit. Denique nusquam in hac oratione expeditio Pylas suscepta memoratur. Ex quo sequi videtur sic haec esse corrigenda *μέμνηται γὰρ* (sc. p. 999.) *ὡς νεωστὶ τῆς εἰς Ταμύνας ἐξόδου γεγενημένης· ἡ δ' εἰς Ταμύνας Ἀθηναίων ἔξοδος ἐπὶ Θεσσάλου ἄρχοντος ἐγένετο, ἐνδέκατον ἔτος Δ. ἔχοντος.* Et *Ταμύνας* restituendum esse vidit Corsini Fast. Att. vol. 1. p. 138. vol. 4. p. 30., sed in ceteris quae de tempore orationis dixit et ipse erravit et in errorem induxit Wolfium Proleg. ad Leptin. p. CX." Recte haec monita ab Clintono, quocum partim consentit Bruecknerus in Histor. Philippi p. 332 seqq. qui tamen dubitari potest an non librariorum, sed Dionysii ipsius correxerint errores. Nam quum Athenienses Thudemo archonte (Olymp. 106, 4.) classem ad Pylas obsidendas miserint, tertius decimus autem Dinarchi annus in Theomneti archontis annum (Olymp. 108, 1.) incidat, nihil in his nominibus numeroque *τρισκαιδέκατον* mutandum, sed Dionysius nomina similia *Πύλας Ταμύνας Θούδημος Θεόμνητος* ita inter se confudisse videri potest ut sententia prodiret, quod ad temporum rationes attinet, omni ex parte absurda. Quocum aliud comparari potest negligentiae incredibilis documentum, quod in iis, quae de oratione Philippica prima rettulit Dionysius, notavimus in annotatione ad p. 48, 16. Nam quod Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 42. et 669. conjicit Dionysium consulto cogitatoque *Ταμύνας*, quod apud Demosthenem legitur p. 999, 8., in *Πύλας* ex conjectura tacite mutasse, nullam habet veri speciem. Idem vero expeditionem Euboicam Apollodori anno (Olymp. 107, 3.) potius quam Thessali (107, 2.) adscribendam esse recte vidit. Ex quo sequitur orationem quoque hanc anno Apollodori esse habitam exeunte: v. Boehneck. p. 49.

In argumentum Libanii.

994, 18. *αὐτόθεν*] *Si res sola per se spectetur neque alia reputentur hic attendenda.* V. Wyttenbachii Musoniana Append. Stobaei Gaisford. vol. 4. p. 57. SCHAEF.

φιλοπράγμων] *Litium amans.* Explicat quod additur *φιλόνεικος.* Sic *φιλοπραγμοσύνη* ipse Demosthenes init orat. SCHAEFER.

---

[a] Eudemus dicitur p. 648. et ap. Diodor. 16, 32: sed *Θούδημος* est in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 353. restitutumque in inscr. navali p. 340. [*ἐπὶ Θο*]*υδήμου*, ut non dubitandum videatur quin *Εὔδημος* in altero loco Dionysii et ap. Diodorum librariorum errore legatur. G. DINDORF.

995, 8. ἐργαστήριον συκοφαντῶν, Μνησικλέα —] Conf. p. 1010, 23. SCHAEF.

995, 16. οἷα—λελυπημένος] *Utpote a patre meo. at in rep. versatus. laesus in aliis quibusdam caussis, diversis ab hac caussa.* REISK.

995, 21. οὐδὲν] *Sibi* (Plangoni atque Mantiae) *nil jam fore commune in posterum.* Nam κοινὸν subauditur. REISK. Male μηδὲν alii libri: quippe infinitivus ἔσεσθαι non pendet a participio ὀμοσάσης, sed ab alio quod in illo latet implicitum, quale est εἰπούσης. Conf. p. 1011, 11. SCHAEF.

καὶ μεσεγγυησαμένης ἀργύριον] *Et mulctam sibi pecuniariam, sponsoribus datis, indixerat.* Sic verti, quasi mulier esset mulctanda. Sed et ex argumento et ipsis in Boeotum orationibus apparet, Mantiam pollicitum esse Plangoni pecuniam apud sequestrem depositam aut sponsoribus datis. Itaque malo: *certam stipulata pecuniam.* Etsi videtur Mantias suapte voluntate et deceptus et coactus. Quam enim facile mulieris impudentiam et perfidiam sponsorum aut sequestrium testimoniis refutasset? WOLF. Wolfii τὰς δευτέρας φροντίδας sequi debebat Reiskius locum secus interpretans Ind. Graecitat. s. v. μεσεγγυᾶν. V. Harpocration s. v. Μεσεγγύημα. et Anecd. Bekk. p. 297. 3. SCHAEF.

995, 22. ἐπὶ τούτοις] Malim antecedentibus jungere: ut post τούτοις ponatur hypostigme. SCHAEF.

995, 25. φράτερας] Libri hic et alibi partim sic partim φράτορας. Attici veteres non dubitandum quin priore tantum forma usi sint, de qua dixit Battmannus in Actis Acad. Boruss. a. 1818. p. 33. Demosthenis exempla collegi in annot. critica ad p. 1053, 14. inter quae unum est nominativi φράτηρ, quem intactum reliquerunt librarii.

995, 27. ἐποιήσατο] Recurrit p. 996, 13. 999. 19. 20. 1000. 13. Plene παῖδας ἐποιήσατο ὁ πατὴρ τούτους p. 1003, 6. SCHAEF.

τἀμμέσῳ] Sic codd. pro vulgato τὰν μέσῳ. V. Buttmannus Grammat. Gr. maj. vol. 1. p. 91. SCHAEF.

995, 28. τοῖς Ἀπατουρίοις] Citat h. l. Harpocration v. Ἀπατούρια. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 417, 12. SCHAEF.

Βοιωτὸν — Πάμφιλον — Μαντίθεος] Tres hi Mantiae Thoricii filii ut κληρονόμοι ejus memorantur in inscr. navali a Boeckhio edita p. 381. Πάμφιλος Θορίκιος, Μαντίθεος Θορίκιος (major) et Μαντίθεος Θορίκιος (minor), quorum alter est is quem Boeotum, non Mantitheum esse vocandum in hac oratione contenditur.

996, 5. πρῶτον — εἶτα —] Sed invertitur ordo infra v. 18. SCHAEF.

996, 10. ἐμμένειν δικαίως] ἐμμένειν τοῖς δικαίοις F. Q. unde Dobraeus conjecit ἐμμένειν τούτοις, δικαίως —.

996, 15. ζυγομαχεῖν] Est contendere cum aliquo cujus sis necessarius, a quo avelli nequeas, cum quo necessaria tibi sit et inevitabilis vitae consuetudo. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 261, 7. SCHAEF.

996, 16. μεταθέσθαι] Scilicet τὰ ὀνόματα. *ut ego, qui nunc audio Mantitheus, in posterum appellarer Boeotus, ipse vero, qui nunc*

Boeotus audit, in posterum Mantitheus appellaretur. REISK. Fallitur de ambobus intelligens quod de uno Mantitheo intelligi oportet. ἡμᾶς i. q. ἐμέ. *meum me nomen cum alio nomine commutare.* SCHAEF.

996, 17. ἀνανδρίαν] *Exprobrationem ignaviae.* V. mea in Jacobsii Annotat. ad Anthol. Palat. p. 973. SCHAEF.

996, 18. πρῶτον μὲν γὰρ, εἰ δεῖ—] Primum recenset incommoda in rep. ex hac nominum paritate exsistentia: deinde p. 998, 10. transit ad molestias ab eadem paritate ad rem privatam suam proficiscentes. REISK.

996, 21. ἢ οἴσουσι—τοὺς ἄλλους;] ἢ οἴσουσι—τοὺς ἄλλους. Bekker, recte mutata interpunctione. Sed praeterea ab initio delenda particula ἤ, nata illa ex antecedente ν. V. Melet. Crit. p. 11. Est haec ὑποφορά, qualis sequitur infra p. 997, 7. SCHAEF. Delevi ἤ.

οἴσουσι] *Nominabunt, edent.* V. Ind. Graecitat. s. v. φέρω. et Wolfii Prolegom. ad Leptin. p. 87. SCHAEF.

φυλέται] Post h. v. aut in hac regione deesse videtur ἡμᾶς. REISK. Non deest, sed subaudiendum est ex antecedente ἡμῖν. SCHAEF.

996, 23. οἴσουσί με, ἂν] Scribendum οἴσουσιν, ἐὰν. Ad οἴσουσιν rursus subaudi ἡμᾶς. Qui enim loquitur Mantitheus non solum se, sed simul Boeotum intelligit. V. Porsonus ad Eurip. Hecub. 369. SCHAEF. Recepi Schaeferi emendationem.

996, 24. ἑστιάτορα] Citat hunc locum Harpocration s. v. ἑστιάτωρ. REISK.

996, 26. σὺ μὲν—δὴ σέ.] Erant enim illa munera onerosa et sumtuosa. REISK.

996, 27. ἢ πρὸς ὄντινα ἂν ᾖ ἡ δίκη] *Aut alius, apud quem caussa est agenda.* Sic verti, ut referrem ad magistratus. Varia enim judicia fuerunt Athenis. Etsi verba videntur potius ad accusatorem pertinere: *aut is, cum quo est judicium, is, qui nos in jus vocarit.* WOLF. Recte vertit relata ad magistratus. SCHAEF.

997, 1. τίνα δ' οἱ στρατηγοὶ—] V. Wolfii Prolegom. ad Leptin. p. 94. et 109. SCHAEF. Et Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 25.

997, 2. ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσιν] V. ad p. 940, 16.

997, 5. τί δὲ, ἂν ἄλλη τις ἀρχὴ καθιστῇ] Subaudi ἡμᾶς aut τὸν ἕτερον ἡμῶν. Sed tota haec sententia usque ad πότερον καθιστᾶσι videtur redundare: nam idem dicit atque p. 996, 25., quamquam paulo uberius. Nisi malumus voc. ἄρχων expungere. REISK. Non redundat haec sententia nec dicit quod supra dictum est. Supra enim sermo fuit de tribulibus et strategis: hic de archonte, rege, athlothetis, aliis. Quod autem Reiskius voc. ἄρχων expunctum malit, non cogitavit τὸν ἄρχοντα supra ut judicantem de liturgia detrectata, hic ut injungentem tale munus commemorari. SCHAEF.

997, 6. ἀθλοθέται] De his v. Pollux 8, 93. ex quo discimus de-

cem eos fuisse ab novem archontibus tributim sorte captos, ut quattuor per annos ludos musicos, gymnicos et equestres Panathenaeorum, quae quarto quoque anno celebrabantur, curarent. Memorantur in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. I. p. 221.

997, 11. φέρε, εἰ δὲ—] φέρ', ἐὰν δὲ δὴ—p. 661, 10. Mox v. 15. πρὸς Διὸς, ἐὰν δ'—. SCHAEF.

997, 12. εἰ δὲ δὴ κριτὴς κ. τ. λ.] Hucusque de muneribus onerosis, quae ambo certatim detrectent: nunc de lucrosis, quae pari uterque studio appetat. SCHAEF.

κριτὴς] Seu δικαστὴς seu διαιτητής: maxime tamen δικαστὴς propter τὸ δικαστικόν. V. Ammonius p. 41. Ut erraverit Wyttenbachius (ad Julian. p. 219. ed. Lips.) cum v. κριτὴς de solo arbitro intelligeret. SCHAEF.

997, 13. βαδίζοιμεν] V. Dobraeus ad Aristophan. Plut. 278. citans Hemsterhusium in MS. ex hoc loco docentem judicum esse proprium τὸ βαδίζειν. Sic βαδίζειν εἰς τά τινος proprie dicitur in ἀντιδόσεσιν. V. p. 1040, 21. SCHAEF.

997, 15. κέκληκεν] Scilicet ὁ κῆρυξ. REISK.

997, 17. χαλκίῳ] χαλκίον h. l. est tabella aenea cum inscripto nomine aut signo tribunalis, ad quod judicium quisque, qui tabellam istam acciperet, ablegaretur ad ibi sedendum atque judicandum. REISK. Harpocration, Πινάκια· τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων τοῖς κληρουμένοις. ἔοικε δ' εἶναι ταῦτα χαλκᾶ, ὡς ὑποσημαίνει Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος.

997, 25. πλυνοῦμεν] V. Anecd. Bekk. p. 58, 27. SCHAEF.

997, 27. καινὰς] Nonne, ait, melius atque sapientius agamus et probiores honestioresque habeamur, si deponamus *veteres* quas nunc exercemus inimicitias, quam si *novas*, quas nondum quidem exercemus, non tamen poterimus evitare, ex hac nominum paritate exstituras, suscipiamus. REISK.

998, 5. τί ἄλλο ἐστίν] Subaudi ἢ τοῦτο vel εἰ μὴ τοῦτο. Sententia haec est: Fac casu quodam fortuito evenire, ut nos duo, tu, Boeote, et ego, Mantitheus, a sorte vocemur ad judicandum in eodem tribunali. Fac porro inter nos convenisse in ejusmodi evento ut aut ego tibi testulam meam dem, aut tu mihi des tuam. Possit sic fieri, ut unus idemque homo eadem in caussa duo suffragia in cadum immittat. Atqui capitali poena sancitum hoc est: et nequit alio quam hoc, quem dixi, modo fieri. Nam singulis judicibus singulae modo testulae dabantur. REISK. Hoc, opinor, dicitur: Binarum testularum cum altera Boeotum, altera Mantitheum legerit, per homonymiam illamque inter nos pactionem fit ut ambae unum eundemque legisse videantur. SCHAEF.

998, 7. πάνυ γε·] *Recte mones.* Sic loquitur qui, cum alterius argumentationem haud infitietur, eam tamen caussae suae negat quicquam derogare. Deinde subauditur: ἀλλ' οὐδὲν δέος μὴ τοῦτο γίγνηται. *Sed verendum nil est ne id fiat. Nos enim id non faciemus.* REISK.

998, 8. ἐνίους] *Aliquot*, scilicet suffragatorum. V. ad v. 5. SCHAEF.

998, 10. μή] Scilicet ἔχειν. SCHAEF.

998, 12. ὁρᾶτε μὲν γὰρ ἅπαντες κ. τ. λ.] Locum hunc, sed vitiose, citat Dionysius Halicarn. vol. 5. p. 656. REISK.

998, 13. ἔζη] Menecles puta. Et sane Μενεκλῆς dant libri Dionysii Halicarn. l. c. REISK. Cum statim sequatur Μενεκλεῖ, subjecti ellipsis sensum non obscurat. SCHAEF.

998, 16. τὰ τοιαῦτ'] Subaudi οἷα ἐκεῖνος ἐζήλου. REISK. Immo οἷα οὗτοι ζηλοῦσιν. V. mox v. 17. SCHAEF.

998, 19. πολλὰ γάρ ἐστι τἀνθρώπινα] *Multa enim hominibus etiam plenissimis sui fiducia praeter spem accidunt.* Conf. p. 506, 15. SCHAEF.

998, 20. πλεονάζωσιν] V. ad p. 117, 5. SCHAEF.

998, 26. ἐγγεγραμμένοι] H. e. debitores. Non enim ipsa nomina liberorum, quorum pater decessisset, in tabulas aerariorum inscribebantur, sed manebat nomen patris non expunctum, pro quo luere liberi tenebantur, aut a jure civili excludebantur. Nam si inscripta fuissent nomina liberorum Boeoti pro patris nomine ut debentium, nullum poterat nasci dubium, nisi fingimus, id quod prorsus abhorret, totidem filios Boeoto, quot Mantitheo, fuisse et omnibus eadem nomina, ut, si e. e. filius Mantithei natu major appelletur Mantias, Boeoti quoque filius natu major idem Mantiae nomen gesserit. REISK.

998, 28. δίκην ἐξούλης] Actio ἐξούλης erat, cum actor queritur se a reo ad possessionem et usum bonorum suorum non admitti, aut ab iis vi et manu dejectum esse, aut denique judicatum non solvi. Postrema significatio h. l. videtur obtinere. REISK.

998, 29. μηδὲν] μὲν addit Dobraeus.

999, 1. ἐγγράψαι] Vulgo ἐγγεγράφθαι: sed ἐγγράψαι margo ed. Paris. de quo Reisk. "Optarem lectionem marginis, si de auctore mihi constaret: optime enim cum sententia loci convenit ἐγγράψαι, qui est optativus, non infinitivus. Sententia caeteroquin satis plana est, haec nempe: Fac esse aliquem, qui contra hunc Boeotum actionem ἐξούλης instituat. Neget ille quidem initio sibi mecum esse negotium: verumtamen impedire nil poterit idem quominus ego pro Boeoto plectar. Impetraverit enim a judicibus ut actionem suam legitimam caussamque probam pronuncient. Boeotus nil curet mulctam dependere. Inscribatur itaque. Sed qui? Non Boeotus, sed Mantitheus: affectat enim nomen meum. Postulabor itaque ego de debito.— Nunc aperiam suspicionem meam, unde natum sit, quod hodie libri circumferunt, ἐγγεγράφθαι. Videtur h. l. duplex fuisse in libris antiquis Demosthenicis lectio, altera ἐγγράψαι, altera ἐᾷ ἐγγεγράφθαι. Meliora nunc non succurrunt: det qui norit."

999, 3. περὶ] Malim παρά. *ob nomen*. REISK. περὶ cave mutes. *lis, in qua referat suo reum nomine sic indicari ut ne crimen possit transferri in insontem.* SCHAEF.

999, 5. *ἀηδής*] Recurrit p. 1000, 9., ubi etiam *ἀηδία* legitur. SCHAEF.

999, 8. *Ταμύνας*] V. quae in principio annot. ad hanc orationem dicta sunt et ad p. 567, 2.

τοὺς Χόας ἄγων] Id est Anthesterionis die duodecimo, qui Anthesteriorum secundus fuit, *Χόες* appellatus. V. Harpocrat. s. v. *Χόες*.

999, 15. *πατρόθεν*] Contra eum, qui mecum nomen idem eundemque patrem habere sese ferret. Alias multi nomina gerebant eadem, sed patrum nomina differebant. REISK. *Nomine patris addito.* SCHAEF.

εἰ μισθὸς ἐπορίσθη τοῖς δικαστηρίοις] Fortassis expeditione exhausto aerario merces judicibus data non fuit. Nam in Timocratea negat eos gratis hoc munus obituros. WOLF. Assentitur Wolfio Boeckhius Act. Academ. Boruss. a. 1818—1819. p. 89. SCHAEF.

999, 16. *με* post *εἰσῆγον ἂν* vulgo lectum recte om. S. r. Subaudi *τὸν Βοιωτόν*. Nam qui *κατὰ τοῦ λιποτακτήσαντος τὴν λῆξιν ἐδέξατο* ut *ταξιαρχῶν τῆς φυλῆς*, idem non potuit *εἰσάγεσθαι*. SCHAEF.

ταῦτα δ' εἰ μὴ—συνέβη] Haec conjunge. WOLF.

σεσημασμένων] *σεσημασμένῳ* ex h. l. citat exscriptus a Photio Harpocration.

σεσημασμένων ἤδη—τῶν ἐχίνων] Quid vero ista obsignatio obstat quo minus testes producantur? WOLF. Non meminerat vir eximius quae habet Etymolog. M. et Photius s. v. *ἐχῖνος*. SCHAEF.

999, 18. *προσκληθείη*] Subaudi *πρὸς τὸν πολέμαρχον*, cujus in jure erant caussae peregrinitatis. REISK.

999, 19. *ποιήσασθαι αὐτὸν, οὐ λέληθεν*] *ἔγνωσται πολλοῖς ὅτι ἐποιήσατο*. Ne conjunge *οὐ λέληθεν αὐτόν*. WOLF.

999, 21. *γεγονὼς*] Scilicet *υἱὸς τοῦ ἐμοῦ πατρός*. REISK.

999, 22. *ἀληθῆ λέγειν*] Subaudi *οὐ φάσκων ἑαυτοῦ υἱὸν εἶναι*. REISK. Quod si vobis videatur, poterit homo *ξενίας προσκαλεῖσθαι*. SCHAEF.

999, 23. *ἐρανίζει τούτοις*] *δανείζων αὐτοῖς μαρτυρίαν*. WOLF. Citat h. l. Harpocration v. *Ἐρανίζοντες*. Qui hic designatur *ἔρανος*, est opera in falso testimonio pro amico dicendo navata. Contributio haec est, quam Mantitheus ait Boeotum sodalibus suorum scelerum conferre solitum esse. REISK.

1000, 3. *τῆς ἀρχῆς*] *τῆς ταξιαρχίας*. V. p. 999, 12. 1018, 27. SCHAEF.

1000, 10. *συνέβαινεν*] De hoc usu verbi *συμβαίνειν* v. Heindorfius ad Plat. Gorg. p. 103. SCHAEF.

1000, 17. *τὴν ἐγγραφὴν*] Malim *τὴν ἐμὴν ἐγγραφήν*. *patrem curasse ut sub eo, quod testes ediderunt, nomine* Mantithei puta *albo phratorum inscriberer*. REISK. Immo intelligenda inscriptio Boeoti. V. p. 995, 28. et mox v. 22. SCHAEF.

τὴν δεκάτην—ποιῶν] Recurrit phrasis p. 1001, 5. 8, 23. Alibi

dicitur δεκάτην ἑστιᾶν, ut p. 1016, 28. 1017, 6., ubi lege quae Wolfius e Camerarianis adscripsit. V. Anecd. Bekk. p. 237, 26. SCHAEF.

1000, 21. ὅτι ἐγὼ μὲν—τὸν χρόνον] *Penes me quidem hoc nomen semper fuisse.* SCHAEF.

1000, 27. τούτου] Id est ὑπὲρ vel ἕνεκα τούτου. hujus rei caussa, quod is, quem Boeotus pro patre suo nolentem et negantem venditaret, Boeotum pro filio agnoscere atque sic in demotas inferre recusaret. REISK. *Atqui praeposterum fuisset litem patri meo intendere, (quod fecisti,) quo nomen tuum inter demotas inscribere cogeres, et rursus id ipsum vetare.* SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 110.

1001, 1. ὦ γῆ] Quasi homines terrarum et gentium omnium convocaret ad contestandum hujus impudentiae enormitatem. REISK. Formula ὦ γῆ καὶ θεοὶ recurrit p. 1009, 16. Legimus etiam p. 618, 5. 758, 16. SCHAEF.

1001, 5. τοὔνομα τοῦτο] Hoc, super quo contenditur, Mantithei puta. REISK.

1001, 6. μάρτυράς τινας] Nominat hos testes p. 1017. in. REISK.

1001, 8. μὴ νομίζων] εἰ μὴ ἐνόμιζεν. Euripides Med. 369. Pors.

> δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτ᾽ ἄν,
> εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

Elmsleius ad h. l.: "Recte dixit (Reiskius) εἰ abundare. In hac enim constructione plerumque omittitur." Non plerumque omittitur, sed semper omitti debet. Poëtae autem locus, cujus simplicem rationem turbavit affectus Medeae, sic resolvendus: μὴ δόκει γὰρ ἄν με—, εἰ μὴ δοκεῖς θωπεῦσαί τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην. SCHAEF.

1001, 10. ὡς ἂν υἱόν τις στέρξαι] En exemplum constructionis expletae. V. not. ad p. 294, 9. SCHAEF.

1001, 13. πολὺ γὰρ μᾶλλον—προσμισεῖν] Eadem sententia recurrit p. 1017, 11. SCHAEF.

ὧν—διενεχθῶσιν—διαλλάττεσθαι] Advertenda constructio horum verborum cum genitivo rei. SCHAEF.

ἑαυτοῖς] Est i. q. ἀλλήλοις. Sic v. 16. αὑτῶν i. q. ἀλλήλων. SCHAEF.

1001, 15. ἀνὴρ καὶ γυνὴ] Sic vernacule: *Mann und Frau.* Inverso ordine, quo Germani non solemus, γυνὴ καὶ ἀνὴρ p. 1017, 12. SCHAEF.

1001, 18. ἀλλὰ—ἐφοίτα] Exspectes ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ φοιτᾶν αὐτὸν—. SCHAEF.

1001, 20. εἰς Ἱπποθοωντίδα ἐφοίτα φυλὴν] *Itabat ad ludimagistrum tribus Hippothoontidis.* REISK. Accuratius haec vertas: *Hippothoontidis tribus pueros frequentabat saltaturus.* SCHAEF. Ex hoc loco collegit Boeckh. Oecon. Ath. vol. 1. p. 133. suos tribum quamque habuisse artis musicae et gymnasticae magistros: quo spectare legem περὶ τῆς συμφοιτήσεως

τῶν παίδων memoratam ab Aeschine p. 2, 23. conjicit Becker. Chariel. vol. 1. p. 12.

1001, 24. τὴν Ἀκαμαντίδα] Cujus fuit Mantias ut Thoricius. SCHAEF.

1001, 25. ὁμοίως] Subaudi ἐμοί. *perinde atque ego ludimagistrum tribus Acamantidis frequentabam.* Minus enim commode videtur subaudiri *perinde atque tu ludimagistrum tribus Hippothoontidis frequentasti.* REISK.

1001, 26. τῇ θέσει τοῦ ὀνόματος] Sensus: nemoque non intelligeret tuam te tribum frequentare, quippe ὑπὸ τοῦ πατρὸς Βοιωτὸν ἐγγραφέντα. SCHAEF.

1002, 4. ἐν Ἀκαμαντίδι φυλῇ] V. ad p. 1003, 13. SCHAEF.

1002, 6. ἀργυρίου] Id est ὑπὲρ ἀργυρίου. *caussas, quibus me pecuniam petebat, quam sibi a me deberi ex haereditate paterna aiebat.* V. p. 1009, 1. REISK.

1002, 7. τίς—ὁ πατήρ] Wolfius praefert ποῖος ἦν. τίς si bene habet, idem valet atque ὁποῖός τις. quam attentus ad rem augendam, quam peritus artium amplificandae rei domesticae pater fuerit, quam parum ergo existimandus sit opes suas in scorto prodegisse. REISK. Imo, quam *non* attentus ad rem augendam, quam *non* peritus artium amplificandae rei domesticae. Si ad rem augendam attentus fuisset Mantias, possessiones majores reliquisset, et plus sibi pro portione vindicare potuisset Boeotus. Patrem igitur suum χρηματιστὴν bonum fuisse affirmando sibi adversatus esset Mantitheus. Recte Wolfius: ἀντὶ τοῦ, ὅτι οὐ χρηματιστικὸς ἦν, ἀλλὰ προετικὸς χρημάτων. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 110. Vere Seagerus. De re loqui Mantitheum parum honorifica patri arguunt etiam proxime sequentia, ἐγὼ δ' ἐάσω ταῦτα. SCHAEF.

1002, 11. γάμῳ γεγαμηκώς] *Rite, legitime, in propatulo, non furtim, per nefas* explicat Reisk. in Indice s. v. γάμος. Sed fortasse νόμῳ γεγαμηκώς corrigendum. SCHAEF.

1002, 18. ὡς δὴ πρεσβύτερος ὤν] Igitur filio natu maximo tanquam praerogativa quadam dari solebat nomen avi paterni. Conf. p. 1003. in. SCHAEF.

δὴ] Ironice dictum. SCHAEF.

1002, 22. οὑτωσὶ] ὁρᾶν τινα οὑτωσὶ est intueri aliquem simpliciter, obiter, animo aequo, quem nil referat videas necne, lente et supine, ut eos intuemur, quos nosse aut meminisse nil curamus. REISK.

ὅσα ἐξ ὄψεως] S. τεκμαίρεσθαί ἐστι. WOLF. Refer ad solum καὶ συχνῷ. Priora ὁρῶν—οὑτωσὶ referenda ad νεώτερον ὄντα ἐμοῦ. SCHAEF.

1002, 23. καὶ γὰρ εὔηθες] *Est enim stultum meam me conjecturam pro certo argumento proponere.* Miror in aetate Boeoti definienda ita esse laboratum. Hodie quidem illa multis modis cognosci potest. REISK.

συχνῷ] Constructio est haec:—καὶ συχνῷ, ὅσα ἐξ ὄψεως. οὐ μὴν ἰσχυρίζομαι τούτῳ, (καὶ γὰρ εὔηθες,) ἀλλ' [ἰσχυρίζομαι τῇ ἀπο-

κρίσει τῷ ἐρωτήματι τούτῳ] *εἴ τις ἔροιτο* Βοιωτὸν *τουτονὶ, κ. τ. λ.* Wolfio hoc non videnti locus et corruptus et mutilatus videbatur. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 110. Bene Seagerus et interpungit et interpretatur. SCHAEF.

1002, 27. *εἰ γὰρ—εἶ ἐμοῦ*] Nam si dicas "Mantitheum," non propterea scilicet, quia major natu sis quam ego ; illam saltem caussam afferre non possis. SEAGER. l. c.

1003, 3. *τῶν ἐτῶν*] Subaudi *τῶν ἡμετέρων*, nisi potius id addendum est. REISK. Non est addendum. Passim monuimus pronomina omitti, ubi tales ellipses sensum non obscurent. SCHAEF.

ἀριθμὸν] *χρόνον* aliquot libri. Primitus videtur fuisse *χρόνων*, scholium vocis *ἐτῶν*. Hesychius vol. 1. p. 1485. *Ἔτη. χρόνοι.* SCHAEF.

ἐγὼ—φήσει] His si codex insereret *εἶναι*, non aspernarer. SCHAEF.

1003, 7. *πρότερον τοίνυν ἐμὲ εἰς τοὺς δημότας κ. τ. λ.*] Prius in album phratorum liberi inscribebantur quam in demotarum, et erat haec posterior inscriptio veluti confirmatio et obsignatio prioris, et prior posteriore carens parum valebat. REISK. Verum est liberos prius in phratorum album relatos esse. V. p. 995, 28. Sed non dicam hoc parum valuisse, nisi post in demotarum album referrentur. SCHAEF.

1003, 10. *ὥστ'—τῷ δικαίῳ*] Suspicatus est Wolfius ordinem verborum *χρόνῳ* et *δικαίῳ* esse invertendum. Sed bene habet vulgata. Demonstrat Mantitheus se caussam vincere cum tempore tum jure. Pater enim me, ait, multo ante in demotas intulit quam te, Boeote, in phratoras. Vinco itaque tempore. Sed vinco quoque jure. Pater enim te solummodo in phratoras intulit, me vero et in hos primum et deinde in demotas, quos inter referre est demum adoptationem confirmare. Deinde pater me volens pro suo habuit, te invitus, coactus, circumventus. REISK. Recte tuetur vulgatum ordinem verborum : sed *τὸ δίκαιον* perperam intellexit. Hoc quale sit, ipse orator dixit v. 6. SCHAEF.

1003, 13. *Ἀκαμαντίδος φυλῆς*] Citat h. l. aut p. 1002, 4. Harpocration v. *Ἀκαμαντίς*. REISK.

τῶν δήμων Θορίκιος] Hoc restitui ex S. Legebatur *τὸν δῆμον*, vitio late propagato per codices recentiores omnium fere scriptorum. Vera ratio non fugit H. Stephanum, qui in annot. ad Plut. V. Thesei c. 1. scripsit "*Φρεαρρίου τῶν δήμων ἐκ τῆς Λεοντίδος φυλῆς*. Florentina editio *τῶν δήμων*, Aldina *τῶν δῆμον*, habet, quae lectio ambigua est inter hasce duas, *τῶν δήμων* et *τὸν δῆμον*. Sed quum haec lectio, quae accusativum habet, prima fronte longe melior videatur, ego contra suspectam eam habeo. Alioqui multi apud Diogenem Laertium loci emendandi itidem forent. Nam ut hic legitur, *Φρεαρρίου τῶν δήμων*, sic apud illum in Platone : *ἦν δὲ τῶν δήμων Κολλυτεύς*. itidemque in principio vitae Xenophontis : *Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθη-*

ναῖος, τῶν δήμων Ἐρχιεύς. Sic et de Socrate dicit, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἀλωπεκῆθεν. Quin etiam in principio vitae Speusippi, quum typographicae editiones habeant τῷ μὲν δήμῳ Μυρρινούσιος ἦν, in plerisque vet. codd. est genitivus τῶν δήμων. Sic vero et in isto Plutarchi loco haec ipsa lectio aliquot exemplarium auctoritate confirmari potest. De hoc autem libenter lectores moneo, ut discant verum esse quod alibi dixi, multa esse in Graecis pariter et Latinis scriptoribus, (sed in illis tamen praesertim) quae mirari potius quam emendare oporteat. Non dubito certe quin in Aldina editione, ubi legitur τῶν δήμον, ille quidem articulus sit ex veteris codicis lectione, et δῆμον sit ex emendatione cujuspiam, qui articulum quidem itidem in τὸν mutaverat, sed nimium incertae typographicarum operarum fidei emendationem illam commiserat." De eadem re brevius monuit idem ad Cimonis vitam c. 4. Genitivi τῶν δήμων exempla partim ab librariis partim ab editoribus obscurata v. ap. Platon. Euthyphr. p. 2 B. schol. Platon. Clark. in Gaisfordi catalogo p. 73. Polluc. 8. 85. Hesych. s. v. Μελιτεύς (ubi Musurus τὸν δῆμον interpolavit) et quae ex scholiis in Aristophanem collegi in indice vol. 3. p. 447. Genitivus singularis δήμου Ἁλαιεύς est ap. Antiphanem Athenaei p. 329 E. δήμου Σφήττιος schol. Aristoph. Nub. 7. δήμου Κολωνῆθεν Vit. Sophoclis init. Antiquissimum exemplum est Herodoti 5, 92, 2. Ἠετίων δήμου μὲν ἐκ Πέτρης ἐών.

1003, 18. τοῦτο] κατὰ τοῦτο, ἢ ὥστε ἔχειν τοῦτο. Nisi forte τούτῳ dandi casu legendum. WOLF. τοῦτο recte habet. Conf. p. 1000, 29. SCHAEF.

1003, 20. οὐκοῦν—σαυτῷ] Malim: οὐκ οὖν—σαυτῷ; SCHAEF.

1003, 27. παραγράφειν] Alius te patris quam cujus es filium te ferre in scriptis a te exarandis. REISK.

1004, 1. ὕβρει καὶ ἐπηρείᾳ τινὶ] Quasi Boeotûm in crasso aëre nato. SCHAEF.

1004, 4. ἔστι δ' ὁ Βοιωτὸς κ. τ. λ.] Ut homo hoc nomen non contumeliae caussa acceperit, sed ab avunculo traxerit. SCHAEF.

ὁ Βοιωτὸς] Sic articulus haud raro jungitur nomini proprio: ne forte corrigendum censeas ἔστι δὲ Βοιωτὸς—. SCHAEF.

1004, 7. Πάμφιλον] Post h. v. videtur εἰκότως deesse: nam alias ἐπεὶ non satis fortiter concludit. REISK. Mihi quidem videtur satis concludere, etiamsi εἰκότως non accedat. SCHAEF.

1004, 8. δυοῖν] Post h. v. addi malim ὄντοιν e p. 1007, 2: quamquam et ibi abest a quibusdam libris. REISK. Si participium addendum, addi oportet, non ὄντοιν, sed οὖσιν. Sed melius abest. V. ad l. c. SCHAEF.

1004, 15. οὐκ ἐπηρεάζου—ἀπολώλεις] Est idem ac si dixisset οὐ μόνον δικαίως ἂν ἐπηρεάζου, ἀλλὰ καὶ δικαίως ἂν ἀπολώλεις. REISK. Immo est oppositio. Verte: *cum autem non esses, jus fuisset non contumeliosum tibi nomen dare, sed condemnare te capitis.* SCHAEF.

1005, 17. λέγω μᾶλλον ἀξιῶν] *Multo magis pro te verba facio,*

quam pro me ipso, cum aequum censeo et aio esse ut idem nomen nos ambo ne habeamus. REISK.

1005, 20. *πότερος*] Subaudiendum *ἐστὶν ὃν λέγεις*. SCHAEF.

1005, 27. *ἀλλὰ καὶ ὡς οὗτος*—] Haec vero argumentatio vide ne puram putat calumniam redoleat. SCHAEF.

1006, 7. *ἐξ ἀρχῆς—τελέσασθαι*] Satis fuisset non respondere: neque enim se in jus vocatum, qui Mantitheus esset, sed Boeotum quendam, qui ipse non esset. WOLF.

1006, 8. *τελέσασθαι τὴν δίκην*] V. ad p. 990, 2. SCHAEF.

1006, 16. ΑΝΤΙΛΗΞΙΣ] Boeoti adversus Mantithei *ἔγκλημα* seu *λῆξιν*: nam perinde est. V. v. 1. Invertit ergo temporum ordinem. Prior est accusatio Mantithei adversus Boeotum: posterior *ἀντίληξις* Boeoti adversus Mantitheum, qua negabat hic accusationem Mantithei ad se quicquam pertinere. REISK.

1006, 22. *ἀλλὰ κἂν πάλιν ἐξαλεῖψαι βούλωνται*] Subaudi *ποιῆσαι τοῦτο*. SCHAEF.

1006, 23. *ἀποκηρῦξαι*] De generis abdicatione intelligi vetat Valckenarius Anim. ad Ammon. p. 26. Sed quae alia abdicatio intelligi possit, vellem nos docuisset. SCHAEF.

1007, 2. *δυοῖν*] Alii libri *δυοῖν οὖσι*. *δυοῖν* est appositio, ad quam subaudias illud ipsum participium: quod qui libri additum habent, adsciverunt e scholio interpretantis. SCHAEF.

1007, 7. *προσομολογία* rara vox est. Est *confessio in cumulum addita*. SCHAEF.

XL.

ADVERSUS BOEOTUM (II.)

DE DOTE.

In inscriptione orationis ΠΕΡΙ ex S. restitutum pro vulgato ΥΠΕΡ confirmat Dionysius Hal. in judicio de Dinarcho vol. 5. p. 666. qui de tempore hujus orationis sic scribit, Πρὸς Μαντίθεον περὶ προικός· "Πάντων ἐστὶν ἀνιαρότατον." οὗτος ἀκολουθεῖ τῷ προτέρῳ λόγῳ καὶ πολλὰ ἔχει κατὰ λέξιν ταὐτὰ ἃ εἴη ἂν τοῦ αὐτοῦ ῥήτορος, ἔξω τῆς τοῦ Δεινάρχου ἡλικίας. οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἠγώνισται τὸν ἀγῶνα ὁ κατήγορος, ἀλλὰ δύο ἢ τρισὶν, ὡς ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν ἐν τῇ Δημοσθένους γραφῇ δεδηλώκαμεν. Habita igitur est oratio duobus tribusve annis post Olymp. 107. V. quae de tempore orationis prioris suo loco dicta sunt et Boeckh. ad inscr. naval. p. 23.

1008, 1. *ὀνόματι μὲν—τῷ δ' ἔργῳ*] Concinnius videatur *τῷ μὲν ὀνόματι—τῷ δ' ἔργῳ*. Sic infra p. 1013, 25. concinne: *ὀνόματι ἀμφισβητῶν ἔργῳ—ἀποστερεῖ*. Sed quod de tragicis monuit Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 512, monendum est de omnibus scriptoribus Graecis. SCHAEF.

1008, 8. *ὑπομεῖναι*] Videtur abundare. WOLF. Non abundat. sed graviter additum est ad significandum quam invitus homo mulieri cesserit. SCHAEF.

1009, 6. *ἕνδεκα*] *δέκα* non solum in S. est, sed etiam in B. Q.: sed *ἕνδεκα* confirmatur duobus aliis locis p. 1014, 1. 1021, 11. Quod si comparetur cum iis quae de tempore hujus orationis supra dicebamus, sequitur Mantiam circa Olymp. 105, 4. mortuum esse, ad quem ipsum annum exeuntem Boeckhius inscriptionem ad p. 995. 28. memoratam rettulit. in qua Mantiae filii *κληρονόμοι* memorantur. V. Boeckh. ad inscr. illam p. 23.

1009, 7. *ἀλλὰ νῦν*] Post *ἀλλὰ νῦν* videtur *τεύξομαι* deesse.

verum nunc tandem jus aequum mihi dudum debitum consequar, posteaquam ad vos confugi. REISK. Cave assentiaris. Tota haec periodus est querula, cujus vim frangeret addita spes eaque certa sortis melioris. SCHAEF.

1009, 7. ὑμᾶς] ὑμᾶς βοηθοὺς S. Possit blandiri: sed mihi videtur interpretantis esse. εἰς ὑμᾶς καταπέφευγα p. 1014, 1. SCHAEF.

1009, 18. οὐκ αἰσχύνονται—διεπράξατο] Citat Tzetzes Exeg. in Iliad. p. 85, 21. SCHAEF.

μὲν] Omisit Tzetzes. SCHAEF.

ὑμᾶς] ἡμᾶς Tzetzes. SCHAEF.

1010, 14. ὥσπερ—ἀγαπᾶτε] Talia eximia arte inseruntur ad benevolentiam judicum conciliandam. SCHAEF.

1010, 16. οὐ γὰρ—λέγειν ἐστὶ] οὐκ ἴσως καλὸν υἱεῖ περὶ μητρὸς ἀκριβῶς εἰπεῖν p. 1102, 11. ἣν ἐμοὶ μὲν οὐ καλὸν λέγειν p. 1109, 20. Simile quid habet Euripides Orest. 26. SCHAEF.

1010, 23. ἐργαστήριον συκοφαντῶν, ὧν ἡγεμὼν—] Conf. p. 995, 8. τὰς ἐπὶ δίκαις ξυνωμοσίας Thucydidis 8. 54. apte comparavit Schoemannus de Lite Att. p. 709. SCHAEF.

1010, 26. μεθ' ὧν] Est constructio ἀνανταπόδοτος, cujus exempla in scriptis classicorum satis multa reperiuntur, ubi intersertae enuntiationes tenorem periodorum interruperunt. SCHAEF. Conf. ad p. 434, 28.

1011, 11. τῆς πόλεως] Alii libri πολιτείας. Sed conf. p. 763, 5. SCHAEF.

1011, 20. ἡ πρᾶξις] πρᾶξις potest esse factum vel facinus quodcunque: sed h. l. inprimis est callidum, vafrum, nequam facinus, dolosa machinatio. REISK.

1011, 27. ἐπιδεῖν] De re jucunda. Sic etiam mox p. 1012, 6. Talia exempla, quorum numerus satis magnus est, Thomae M. non fuerunt in promtu, cum p. 335. scriberet τὸ ἐπεῖδον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ συμφορᾶς τίθεσθαι. Sed ita solet magistellus ille, de quo vere Doederleinius in Symbol. Philolog. Helvetorum (*Philologische Beyträge aus der Schweiz*) vol. 1. p. 323. SCHAEF. Si quis utriusque usus exempla numerare volet, longe frequentius de rebus ingratis quam jucundis dictum reperiet. Et hoc est quod Thomas ἐπὶ τὸ πολὺ dixit, qui hic quidem non erat quod reprehenderetur.

1012, 12. οὗτοι] Vellem aut omissum aut post λελήθασιν positum. SCHAEF.

1012, 13. γεγόνασιν] ἀδελφοί. SCHAEF.

1013, 4. παραγραψάμενοι] Cum Solonem in tabulis pacti curassemus arbitrum scribendum. REISK. De libello accusationis intelligit Meierus in comment. de diaetetis p. 25, in quo nomen diaetetae (haud dubie publici), qui utrique litigantium convenerit, perscriptum fuerit.

1013, 20. ἦν δ' ἐγὼ τοῦτον κ. τ. λ.] Vulg.—οἰόμενος, ἦν ἐγὼ—τῆς προικός. ἐπιδημοῦντος δὲ τούτου—. Dedi ἦν δ' ἐγὼ— et tum insequens punctum commate mutavi et δὲ post ἐπιδημοῦντος

expunxi. REISK. Bene. Nam ἣν δ' ἐγὼ τοῦτον— refertur ad περὶ μὲν οὖν ὧν οὗτοί μοι— v. 12. Ut v. 15. post διαιτητὴς commatis, v. 20. post οἰόμενος coli signum poni praestet. SCHAEF.

1013, 22. κατεδιῄτησεν] Subaudi ὁ διαιτητής. Minus enim placet hoc verbum ad Boeotum referri. Sic enim legendum esset αὐτὸς αὑτοῦ. Deinde potius dixisset κατεδιῃτήσατο αὐτὸς αὑτοῦ. Nam καταδιαιτᾷ arbiter pronuncians contra aliquem: καταδιαιτᾶται autem, qui in caussa est, cur aut ipse aut aliquis alius ob ipsum condemnetur ab arbitro. REISK. κατεδιῄτησεν quo sit referendum, non ambiges, si reputaveris quae de interpunctione refingenda monui ad v. 20. Quid autem discriminis intersit inter verbi activum et medium, hic ipse locus ostendit clarissime. Conf. quae sequuntur v. 23. SCHAEF.

1014, 1. Μαντιθέῳ] Sic ut Mantithei nomen formulae litis inscribere cogerer. SCHAEF.

1014, 8. ἀπέφυγον αὐτοὺς τὰς δίκας] Ad hoc substantivum subaudi κατά. Aut idem erit ac si dixisset ἀπέφυγον αὐτοὺς ἀποφυγὼν τὰς δίκας. Eadem phrasis seu constructio recurrit p. 1021, 2. REISK. Neutrum probabis. Est simplex verbi constructio cum duplici accusativo, et personae et rei. SCHAEF.

1014, 17. ἰδίᾳ] Privatis in congressibus. REISK.

1014, 20. τὰ περιγενόμενα] Nam si bona debitoris publicata et vendita plus efficiebant quam debitum duplicatum, tum quod excedebat debitori aut ipsi aut, eo mortuo, ejus heredibus a senatu reddebatur. V. Meier. de bonis damn. p. 142. et Schoemann. Antiq. publ. p. 199.

1014, 21. βουλευτηρίου] Valckenar. (teste Piersono ad Moerin p. 314.) perquam probabiliter emendat πωλητηρίου. REISK. Sed v. Meierus de bonis damnator. p. 220. SCHAEF.

1014, 25. ἐμβεβλημένος] Subaudi εἰς τὸν ἐχῖνον. REISK. V. p. 1025, 16. et not. ad p. 1017, 2. SCHAEF.

1014, 27. ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν κ. τ. λ.] Conf. p. 408, 10. SCHAEF.

1015, 18. οἳ οὐκ ἂν—περιεῖδον κομιζόμενον] *Qui sua non passi essent patri meo cedere, cum, ut etiam vos omnes nostis, nihil faciant reliqui, quo rapiant quae sunt aliorum.* SCHAEF.

1016, 2. τῷ Χαβρίου κηδεστῇ] Cujus Eryximachi soror erat uxor Chabriae. REISK.

1016, 3. φασι] De certa fama intellige. V. not. ad p. 506, 21. et Bentleii Phalaridea p. 66. Lennep. SCHAEF.

1016, 5. τῶν ὑμετέρων προγόνων] Si Cleomedon fuit Cleonis filius, quomodo ista vox locum habet? Nisi et Cleomedon admodum fuerit senex et πρόγονοι ἀντὶ τῶν πάππων ponantur. WOLF. Inter Cleonis in Pylum expeditionem tempusque hujus orationis circiter 75 anni intercesserunt: ut non mirum sit τοὺς προγόνους hic commemorari. SCHAEF.

1016, 11. προσθέντας] Scripsi προσθέντας ἄν. Idem est ac si dixisset, quod voluit dicere, quamquam melius fuerat plenius et planius dicere: προσθέντας ἂν ἐκ τῶν ἰδίων, εἰ μὴ αὐτὴ εἶχεν,—.

REISK. Cum solum talentum dotis loco fratres dederint, (v. p. 1010, 6.) particula recte videtur a Reiskio addita esse. SCHAEF. But understand the word as equivalent to ἐπιδόντας, and compare p. 1009, 1010. §. 6, 7. whence we learn that on her first marriage the portion given was *a talent*, on the second marriage she received *the talent*: and then you will find the addition of ἂν is contrary to the sense. Comp. also 1. Steph. p. 1112. §. 44. προστιθεὶς προῖκα. Eurip. Hippol. 628. προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ | φερνὰς ἀπῴκισ' . . . SHILLETO ad orat. de f. leg. (402, 5.) p. 114. ubi est προῖκα προσθείς, pro usitatiore ἐπιδούς.

1017, 6. οὗτοι] Timocrates et Promachus. REISK.

ὥσπερ—ὄντες] Sententia est, multos fuisse alios ejus rei testes, ut nihil necesse fuerit istos sycophantas adhibere. WOLF. Nam duo erant solummodo testes. Verum in ejusmodi caussis plures corrogari solebant testes. Actori autem reum citanti duo solummodo κλητῆρες (subscriptores) aderant. Hos igitur duos testes ait potius subscriptores quasi esse adversus Mantiam, quam ei testes adfuisse. REISK. Bekkerus melius sic distinguit: ὥσπερ κλητῆρες, δύο μόνοι ὄντες μαρτυροῦσι —. SCHAEF.

δεκάτην ὑπὲρ τούτου ἑστιᾶσαι] Non possum hoc melius explicare quam verbis doctissimi viri Joach. Camerarii ex annotationibus ad Varennii Syntaxin. τῇ ἑβδόμῃ, inquit, dabatur otium et permittebantur lusus pueris. τῇ δεκάτῃ nomina imponebantur quondam infantibus, unde est ποιῆσαι et ἑστιᾶσαι δεκάτην apud Demosthenem πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος et περὶ προικός. Verum haec δεκάτη non mensis intelligenda est, sed decima sive dies sive nox post genitum puerum. WOLF. Add. Joach. Camerarii Commentar. U. L. c. 19. SCHAEF.

1017, 11. πολὺ γὰρ δήπου μᾶλλον κ. τ. λ.] Locum hunc communem jam supra p. 1001, 13. verbis iisdem tractavit. REISK.

1017, 26. εἰ οἱ μὲν ἄλλοι—, οὗτος δέ—] *Si, cum alii—, hic—.* SCHAEF.

1017, 27. καταδιαιτηθεὶς] Libri optimi ἀποδιαιτηθεὶς vel ἀποδιαιτηθείσης, quorum alterum ex ἀποδιαιτηθείσῃ corruptum videtur, quod conjecit Sauppius.

1018, 8. πληγὰς συναψάμενος] *Commentus, orto jurgio se a me vapulasse.* πλασάμενος ὅτι ἐπλήγη ὑπ' ἐμοῦ Βοιωτός. Hoc fere malo quam ἐρεθίσας ἡμᾶς ἐπὶ πληγὰς ἐλθεῖν, etsi in versione secutus sum hanc sententiam. WOLF. Vere ad verbera, sed incruenta, ventum est. SCHAEF.

1018, 13. αὐτὸς] Alii libri αὐτοῦ cum praecedente κεφαλὴν conjungendum. Mihi verum videtur αὐτοῦ. Petiverunt homines a chirurgo ut caput Boeoti leviter scarificaret. Quod cum ille detrectasset, coactus est Boeotus ipse sibi incidere, quo speciem mentiretur cruentae verberationis. SCHAEF.

1018, 22. Βοιωτὸν] Βοιωτοῦ Schaeferus.

1019, 12. εὐπορήσας] Recte interpretatur Lobeckius Parerg.

ad Phrynich. p. 595: secus H. Stephanus Thes. s. h. v. SCHAEF. V. Schoemann. ad Isaeum p. 361 sq.

1019, 15 τῶν φίλων τῆς πόλεως] Designat partem illam civium Mitylenensium, quae partibus Atheniensium studeret. V. v. 23. REISK.

1019, 19. Κάμμη] Hunc Olymp. 107. Mytilenes tyrannide esse potitum incerta est conjectura Plehnii in Lesbiacis p. 76. V. ad p. 196, 1.

1019, 20. ὑπηρετῶν] F. ὑπηρετοῦντι, quia praecedit μοι—κεκομισμένῳ. Nisi placeat τὸ ὑπηρετῶν κατ' ἀντίπτωσιν εἰλεγμένον. WOLF. Nec de antiptosi cogitandum nec vulgata tentanda. ὑπηρετῶν refer ad δικάζεται. Ipse Boeotus hoc criminis in Mantitheum jactans gratum faciebat tyranno Mytilenes, cujus Atheniensibus infesti rationes Mantitheus illo apparatu (v. 11.) turbaverat. SCHAEF.

1020, 1. εἶναι] Lambinus in indice mavult περιεῖναι, nulla caussa. REISK. Quin falso: pauca enim aqua non supererat Mantitheo, sed statim ab initio data erat. Conf. p. 1037. 20. 1052, 18. SCHAEF.

1020, 2. γὰρ] Requiro δέ. SCHAEF.

1020. 8. Κόνωνι τῷ Τιμοθέου] Videtur fuisse moris primogenito avi paterni nomen indere. WOLF.

1020, 15. δὲ τοῖς] δ' ἐν τοῖς S. aliique. Eadem scripturae diversitas p. 1021, 3. V. infra v. 27. p. 1022, 5. SCHAEF.

1020. 28. οὐκοῦν] Fortasse ut gravius praestet scribi οὐκ οὖν: ut haec sit interrogatio. SCHAEF.

1021. 26. πολλὰ τοῦτον] Mirus hic usus pronominis demonstrativi. F. πόλλ' αὐτόν. SCHAEF.

1021, 27. μάλιστα μὲν] Resumitur p. 1022, 8.: quo facto demum sequitur ἂν δ' ἄρα—. SCHAEF.

1022, 1. περὶ τοῦ πατρὸς βλασφημεῖν] Infra v. 17. περὶ τεθνεώτων αὐτῶν βλασφημοῦντες. ἐβλασφήμει περὶ αὐτοῦ p. 1023, 1. SCHAEF.

1022, 2. εἰ αὐτοὶ μὲν—, τούτῳ δὲ—] *Si, cum vos ipsi—, huic—.* SCHAEF.

ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας] ἐπὶ τῶν τριάκοντα. SCHAEF.

1022, 7. ἐπιτρέψετε] F. ἐπιτρέψαιτε. V. Melet. Crit. p. 111. SCHAEF.

1022, 23. περὶ] ὑπὲρ A., B. cum scholio: ση. ὑπὲρ ἀντὶ τῆς κατά, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· ὅθ' ὑπὲρ σέθεν. ἀντὶ τοῦ κατὰ σοῦ. REISK. Locus poëtae est Il. 6. 524., ubi etiam Homericus scholiastes interpretatur κατὰ σοῦ. Recte, sensum si spectes. Sed est proprie *de te*. SCHAEF.

1022, 26. ἀμαθίας] ἀναισθησίας. SCHAEF.

1022, 27. τῶν νόμων] V. ad p. 488, 21.

1023, 13. δαπανᾶν] Sensu dictum invidioso, ut sit fere idem quod σπαθᾶν. V. Lennepius ad Phalar. p. 295 b. SCHAEF.

1023, 15. οὐκ ἴσα] Subaudi ἀλλὰ πολὺ πλείω. non tantum absumebat Plango ex patris mei substsntia. id quod facile est

judicatu,) quantum ego absumebam, non e bonis patris, sed ex usuris dotis maternae. REISK.

1023, 20. ἐνειμάμην] Libri optimi ἐγένετο, quod, nisi ex ἐνέμετο corruptum sit, Sauppius comparat cum locutione ab oratoribus frequentata *γίγνεσθαι εἴς τινα, devenire ad aliquem, alicui ex jure deberi:* de qua dixit Schoemann. ad Isaeum p. 248.

1024, 27. εἰ ἴδοιτε] *Si videretis, si liceret ei vestrum in conspectum venire.* Erat puella de more Atticarum virginum κατάκλειστος. SCHAEF.

1025, 8. τῷ αὐτῷ] Est neutrius generis: ne de ellipsi nominis τόπῳ cogites. V. L. Bosii Ellips. p. 485. 487. SCHAEF.

1025, 13. (ἀρτίως—ἀνεμνήσθην)] In exemplis τοῦ αὐτοσχεδίου commemorat Boissonadus ad Tiber. p. 34. SCHAEF.

1025, 21. τούτῳ] Boeoto.

1025, 28. τῶν ἄλλων Ἀθηναίων πολλῶν] *Cumque ceterorum Atheniensium magnus sit numerus.* SCHAEF.

1026, 2. ἡλικιώτης—τὴν δίκην] Ut non potuerit esse testis oculatus. SCHAEF.

XLI.

ADVERSUS SPUDIAM.

In argumentum Libanii.

1027, 16. *καὶ τοῦ Πολυεύκτου καὶ τῆς πρεσβυτέρας*] F. *καὶ τῷ Πολυεύκτῳ καὶ τῇ πρεσβυτέρᾳ*. WOLF. Non opus. *pecunias debentem, quae essent et Polyeucti et filiae natu majoris.* SCHAEF.

1028, 20. *ποιεῖται Λεωκράτην—τὴν δὲ νεωτέραν Λεωκράτει*] Non poterant enim adoptare nisi qui filios a se procreatos non haberent : qui autem filias tantum haberent, ita demum, si unam ex his adoptivo in matrimonium darent. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 194.

1028, 23. *τὴν δὲ νεωτέραν Λεωκράτει*] Passim evenit ut a quo quis adoptatus erat ejusdem gener fieret. Aliud exemplum vide in Boeckhii Inscript. 1. p. 497. SCHAEF.

1029, 7. *εἰς λόγον καθίστασθαι*] *εἰς λόγον—καταστῆναι* p. 1234, 5. *disceptare.* SCHAEF.

1029, 11. *ἀπηλλάχθαι*] Non refertur ad solum Leocratem, sed subaudiendum est *αὐτούς*. Repentinae mutationis subjecti eadem in periodo exempla dedimus ad p. 721, 8. et 945, 6. Add. p. 1031, 23. 1384, 23. 1385, 19. Alia dedit Heindorfius ad Platon. Euthydem. p. 313. Phaedon. p. 72. et Protagor. p. 582. Durius exemplum est p. 1356, 1. SCHAEF.

1029, 13. *κομισάμενος*] Notabile anacoluthum. Debebat sequi *εἶχον τὸ συμβόλαιον*: sed sequitur *ἦν μοι τὸ συμβόλαιον*, quasi praecessisset *κομισαμένῳ* aut *κομισαμένου ἐμοῦ*. REISK.

1029, 17. *ἐξεκεχωρήκει*] Scilicet *ἐκ τῆς οὐσίας* excessisset e substantia Polyeucti, quae Leocrati ut filio adoptato a patre eodemque socero, Polyeucto, fuerat addicta. REISK.

1029, 20. *ἀποτιμῶμαι*] *Pignori opponi mihi curo.* REISK.

1029, 25. *τὰς χιλίας*] Est appositio. SCHAEF.

1029, 26. *τὸν Λεωκράτην συνέστησε*] *ἀντὶ τοῦ παρὰ τοῦ Λεωκράτους κομίσασθαι ἐκέλευσεν.* WOLF. *συστήσαντος ἀποδοῦναι* p. 1032, 27. V. not. ad l. c. et ad p. 1192, 16. et Meierus de Lite Att. p. 503. SCHAEF.

1029, 27. *τελευτῶν διέθετο κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Harpocration v. *Ὅρος*. Sententia est: morientem Polyeuctum testamento cavisse ut pittacia palis infixa collocarentur ad ostium domus, quibus pittaciis testatum fieret, mille drachmas a se mihi, actori, deberi earumque caussa domum a se vivo adhuc mihi esse oppigneratam. REISK. *τοὺς ὅρους στῆσαι τῶν χιλίων* p. 1032, 22, SCHAEF.

1030, 5. *ὅσα*] Alii libri *εἰς ἅ*, quod praefero. Pro eo scribi potuerat *ὧν*. V. p. 1031, 1. SCHAEF.

αὐτοῖς] Quia *τις* est quasi nomen multitudinis complectens omnes eos, ad quos praedicatum pertinet, ideo subjungit *αὐτοῖς*. Subaudi *τοῖς ἀποτιμήσασι*. Sententia est: Lex diserte edicit haec: Si quis alteri fundum domumve jure hypothecario obstringat, ita ut curet in tabulas publicas referri, se debere illi pecuniam et pro securitate illius pecuniae recuperandae domum vel fundum istum oppignerasse, ut, antequam satisfactum huic debito sit, nemini alii quocunque titulo jus in oppigneratam rem esse ullum possit, tum non licere neque illis ipsis, qui palos illos cum pittaciis fixerint, neque haeredibus illorum litem super re oppignerata esse neque judicium dari. REISK.

1030, 7. *ἕτερον δ'*] Scilicet *ἐστὶν ὧν ἐγκαλῶ τούτῳ*. REISK.

1030, 13. *ὀκτακοσίας δὲ καὶ χιλίας*] Scilicet *ἐμαρτύρησεν Ἀριστογένης ἐγκαλεῖν ἀποθνήσκοντα Πολύευκτον* cum reliquis, quae v. 10. leguntur. REISK. Immo subaudiendum *ὀφείλει παρὰ τῆς Πολυεύκτου δεδανεισμένος γυναικός*. Transactum est enim negotium post mortem Polyeucti. Docent mox sequentia. Negligentius autem tenor narrationis interruptus est per parenthesin *περὶ ὧν—δίκαιον λέγειν*. SCHAEF.

1030, 16. *ἐστὶν ἃ*] Vertendum: *sunt tabulae, quas illa—*. non: *tabulas quasdam illa—*. SCHAEF.

1030, 20. *οὐκοῦν*] Malim *οὐκ οὖν*: ut haec periodus sit interrogantis. SCHAEF.

1030, 21. *ἐμὲ μὲν—, τοῦτον δὲ—*] *Cum ego—, hunc—*. SCHAEF.

1031, 8. *ἀνενηνόχασι*] *εἰς τὸ κοινὸν ἀνενήνοχεν* p. 1030, 12. Mox v. 11. *ἀναφέρουσιν*. *ἐπαναφέρει* p. 1034, 8. SCHAEF.

1031, 10. *σκηνὴν δ',—*] Citat h. l. Harpocration v. *Σκηνή*. REISK. Item Etymolog. M. p. 716, 52. (prima quatuor verba) et Photius s. h. v. (usque ad v. *ἀναφέρουσιν*). Seagerus Diar. Classic. 59. p. 111.: "Secundum Harpocrationem *σκηνὴ* hic est *umbella, a parasol.*" SCHAEF.

σκηνὴν δ' ἣν ἔχουσιν, οὐδέ γε ταύτην λαβόντες ἀνοφέρουσιν] *Ne hanc quidem, rem tantulam.* In formula enim *οὐδέ γε* enclitica intendit vim negationis. Vernacule: *auch* (*sogar*) *nicht einmal.* Recurrit haec formula infra p. 1036, 3. Sic *μηδέ γε* plus est quam *μηδέ*. V. p. 1309, 26. SCHAEF.

1031, 12. *Νεμέσεια*] Nomen festi quod grammatici non aliunde quam ex hoc loco Demosthenis cognitum habuisse videntur. Harpocratio. *Νεμέσεια, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Σπουδίου. μήποτε*

ἑορτή τις ἦν Νεμέσεως, καθ' ἣν τοῖς κατοιχομένοις ἐπετέλουν τὰ νομιζόμενα. quae Photius et Suidas, quorum nomina plerumque omittere solemus, repetiverunt. Praeterea Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 282, 32. Νεμέσια· *πανήγυρίς τις ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ἀγομένη, ἐπεὶ ἡ Νέμεσις ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων τέτακται.* "Videntur inferiae fuisse Nemesi factae, ne manes defuncti succenserent superstitibus, si forte per imprudentiam aliquid justorum omisissent aut a testamenti sententia descissent." REISK. Conf. Schoemann. ad Isaeum p. 223.

1031, 13. *προαναλωσάσης*] *Cum ante insumserit.* F. *προσαναλωσάσης*, *pluribus etiam sumtibus factis.* WOLF. *προαναλίσκειν* est numos pro alio erogare, qui nunc aut nolit aut non possit sumtum facere, quos numos hic eroganti suo tempore, cum commodum fuerit, reddat. Nos *vorschiessen* appellamus, Gallofranci *avancer.* Convenit cum *προεισφέρειν* quodammodo, nisi quod hoc solummodo de tributis a rep. imperatis usurpatur, nostrum autem verbum de impendiis in re privata. REISK.

1031, 16. *οὕτω φανερῶς*] Addi vult Wolfius *ὀφειλόμενα.* Aut addendum aut certe subaudiendum est *ὀφείλων.* REISK. Subaudiri non potest: addi non debet. *ut omnes vident, non reddit.* SCHAEF.

1031, 28. *φανερῶς ἐλέγχηται*] Scilicet *ἀδικῶν.* REISK.

1032, 8. *οὐχ οἷός τ'—ἐκεῖνοι γνοῖεν*) *A se impetrare non poterat ut maneret in decretis.* REISK. Enclitica vide ne delenda sit. *οἷος ἦν ἐπεξιέναι* p. 1086, 21. Conf. p. 542..6. 677, 11. 1091, 6. Photius, Οἷος εἶ καὶ οἷός τε εἶ. *τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε σημαίνει τὸ βούλει καὶ προείρησαι* (l. *προῄρησαι* cum Porsono), *τὸ δὲ σὺν τῷ τε τὸ δύνασθαι.* SCHAEF.

1032, 13. *ἀμφοτέροις καὶ φίλων*] Vulg. *ἀμφοτέροις φίλων. ἀμφοτέροις καὶ φίλων* August. primus. Copulam addidi. *quum illi, qui non solummodo communes ambobus essent, ita ut neutri magis quam alteri studerent, animis in utramque partem aequis, sed etiam ambobus amici essent.* REISK. Copulam malim omissam. Nam *τὸ κοινὸν εἶναι* nullius non arbitri erat: ut subabsurdum videatur hoc diserte indicari. SCHAEF.

1032, 17. *ὑποκινδύνους αὐτοὺς καθιστάντας*] H. e. *κινδυνεύοντας τὴν ψευδομαρτυρίαν*, ut p. 1033, 1. SCHAEF.

1032, 20. *ἐστι*] Hic etiam praesens positum legimus, etsi in membro conditionali est imperfectum. V. ad p. 740, 8. SCHAEF.

1032, 23. *ὦ Σπουδία*] Attende repentinum eadem in periodo transitum a judicibus ad reum. SCHAEF.

1032, 25. *ἐνεγύα—συστήσαντος*] Subauditur *τὴν θυγατέρα—τὸν Λεωκράτην.* SCHAEF.

1032, 27. *συνιστάνειν* hic loci est mandare, injungere, praecipere alicui ut alteri, qui coram ostenditur, aliquid faciat, praestet, aes debitum v. c. solvat. Sententia haec est: qui audiverunt Polyeuctum praecipientem ut mihi aes debitum redderetur, quo tempore ipse fateretur se mihi aes illud debere. REISK.

1033, 1. τὴν ψευδομαρτυρίαν] Malim τὴν ψευδομαρτυριῶν, scilicet δίκην. REISK. Vulgata bene habet. κινδυνεύειν ἐν ψευδομαρτυρίαις p. 1315, 8. SCHAEF. Quo non defenditur qui Reiskium videtur offendisse numeri singularis usus, cujus exemplum est ap. Isaeum in fragmento apud Dionys. Hal. vol. 5. p. 620, 17. πῶς ἄν τις ὑμῶν καταγνοίη ψευδομαρτυρίαν Δημαράτου τουτουί, ubi ψευδομαρτυριῶν conjecit Schoemannus p. 484., etiam apud Demosthenem de veritate lectionis dubitans.

1033, 2. εἰ—μαρτυροῖεν] Id est, εἰ τὰ μὴ γενόμενα μαρτυροῖεν, vel εἴ τι τῶν μηδέποτε γεγενημένων μαρτυροῖεν. REISK.

1033, 3. ἀκριβῶς γὰρ] Post ἀκριβῶς γὰρ addi vult margo Lutetianae ἐμελέτησας e conjectura Lambini, ut videtur. Quisquis auctor est hujus seu lectionis seu conjecturae, existimabat sine dubio aliquid deesse. Sed nil deest. Bene habet locus. Subauditur modo ὅρα vel μέμνησο. *Nam vide quaeso* vel *memento, ut haec satis diligenter doceas hos judices.* REISK.

1033, 20. ὑμεῖς αὐτοί] Tu, Spudia, et uxor tua. REISK.

1034, 6. ἀπετιμήθη] ἐπετιμήθη Bavaricus. Scilicet ἡ οἰκία ἐμοί. *si jure mihi assignata est domus, tum vobis non licet, judices, hac saltim de caussa Spudiam absolvere, si quidem legum sitis memores atque tenaces.* REISK.

1034, 7. κατὰ μὲν τοῦθ'] S. κατὰ τὴν ἀποτίμησιν τῆς οἰκίας. WOLF. *hac quidem in re:* non, ut Reiskius, *hac saltim de caussa.* SCHAEF.

1034, 8. περὶ τῶν εἴκοσι μνῶν] Recte habet haec lectio. Nam 2 minae et 1800 drachmae conjunctae faciunt 20 minas. WOLF. V. p. 1030, 7. 13. SCHAEF.

1034, 10. ὥσπερ νῦν, ἀντιδικῶν] Delenda subdistinctio. *ut nunc in hac de domo lite.* SCHAEF.

1034, 11, οὐδὲν τεκμήριον] Dubius locus. Cogitavi aliquando legendum esse οὐδὲν μέγα τεκμήριον, *non est magnum argumentum adversarium actoris caussam sola oratione adjuvare.* Tum suspicatus sum legendum esse οὐδὲν ἢ τεκμήριον, *nihil aliud est praeterquam probabile argumentum*, non autem evidens demonstratio. Venit quoque in mentem οὐδὲ τεκμήριον, *ne argumentum quidem hoc est*, aut οὐδ' ἐν τεκμηρίοις, *ne in argumentorum quidem numero habetur.* Quamquam hoc rei veritati videtur repugnare. Deinde dubito quoque, quae sit verborum sententia ὥσπερ νῦν ἀντιδικῶν. Num haec? *quemadmodum nunc est adversarius meus, non rebus, nam his quidem vincitur, sed verbis solummodo.* Sed tum dicturus erat ἀντίδικος, non ἀντιδικῶν. An potius haec? *quemadmodum nunc est mihi testis, tametsi contra me agat.* ut μάρτυς μοί ἐστι repetatur et ἀντιδικῶν accipiatur pro καίτοι ἀντιδικῶν ἐμοί. Sed tunc verba sententia carent: non enim deprehenditur Spudias testis actoris in verbis solummodo fuisse. REISK. τουτὶ—ἐστιν intelligendum, non ἀπολύτως, sed ἀναφορικῶς. Sensus: *verba enim, si comparentur cum factis, tam debilia sunt argumenta, ut ne digna quidem sint nomine argumentorum.* SCHAEF.

τί ποιῶν] Hac interrogatione oratores interdum narrationis

seriem interrumpunt, rei novae expectationem moventes. V. exempla Isaei ap. Schoemannum p. 299. et Demosth. p. 1301, 19.

1034, 17. *ὀλίγῳ πρότερον*] V. p. 1030, 16. SCHAEF.

1034, 24. *οὐ μόνον*] Non solum Polyeuctus in mortis articulo testatus erat duas illas minas sibi a Spudia deberi, sed res etiam e tabulis ab ejus uxore relictis apparuit. SCHAEF.

1035, 2. *μὴ—γεγραμμένοις*] *εἰ μὴ πᾶσιν ὁμολογοίη τοῖς γεγραμμένοις.* SCHAEF.

1035, 4. *ὑπ' αὐτῶν τούτων*] A Spudia et ejus uxore. REISK.

1035, 7. *εἰώθαμεν*] Malim *εἰώθασι*, quia sequitur *ἀντιδικῶσι* et *δοκοῦσιν*. REISK. Praestat vulgata: nam hunc morem etiam suum esse actor arguit. SCHAEF.

μὴ ποιήσαντες δὲ ταῦτα] *εἰ δὲ ταῦτα μὴ ἐποίησαν.* SCHAEF.

1036, 8. *ἐξέδοτο, τούτων*] *ἐξέδοτο*, Spudias puta. *quibus sub pactis Spudias passus sit filiam Polyeucti a patre sibi in matrimonium elocari.* *τούτῳ* quod est in aliis libris, si probatur, necesse est *ἐξεδίδοτο* legi in imperf. passivi. *quibus sub conditionibus Spudiae fuerit uxor ejus elocata.* REISK. Mihi etiam *τούτῳ* placet. Nec tamen ideo *ἐξέδοτο* mutandum. Est i. q. *ἐξέδωκε*, *locarit* (Polyeuctus filiam natu minorem). V. Elmsleius ad Euripid. Med. 303. Demosthenis locum minus recte de ambabus filiis Polyeucti interpretans. Quod si verum esset, sequeretur:—*τὰς μαρτυρίας.* ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. SCHAEF.

1036, 17. *προσαπέτισε*] Si dependit Polyeuctus 10 minas, sensus erit, ornamenta illa mulieri non a patre, sed a Leocrate marito data fuisse; sin *ἀπετίμησε*. Polyeuctum ornamenta filiae ab se data 1000 drachmis aestimasse, ut dos 40 minarum compleretur. M. *προσαπετίμησε*. WOLF. *προσαπετίμησε* mavult Wolfius. Vulgata est in texto Bavarici, sed in margine *γρ. προσαπετίμησε.* Ego vulgatam servo, cujus haec est sententia: pro quibus vasis aureis et mundo reliquo muliebri Polyeuctus Leocrati persolvit decem minas praeter alia, quae tum ei solvebat, damni luendi nomine, cum filiam suam a Leocrate auferret, quo Spudiae eandem daret. REISK. *προσαπετίμησε* rectum, ut videtur. Conf. ad v. 23. SCHAEF.

1036, 18. *ἐγὼ δ', ἅπερ—ἔχω μόνον*] Videtur mendosus hic locus: et emendationis conjectura me destituit. Sed fortassis in hac obscuritate *πανούργημά τι ῥητορικὸν ἐμφωλεύει.* WOLF. Verba paulo insolentius trajecta ad hunc modum in constructione ordinentur: *ἐὰν δέ τις τιθῇ, ὅσα ἐγὼ ἔχω, πέμψαντος Πολυεύκτου, χωρὶς τῆς προικὸς, πρὸς τὰ τούτῳ δοθέντα χωρὶς τῆς προικὸς, εὑρήσει ἐκεῖνα μόνον παραπλήσια τούτοις.* ubi *μόνον* illud subjicit hanc sententiam: *μόνον παραπλήσια, ἀλλ' οὐ πολὺ πλείω, ὥσπερ φησὶ Σπουδίας*, *eorum, quae habeo a Polyeucto mihi praeter dotem missa, quicquid est, si quis id cum rebus Spudiae praeter dotem a socero donatis comparet, inveniet illis haec solummodo similia, non autem ampliora, quamquam Spudias contra esse contendit.* REISK.

1036, 21. *χωρὶς τῶν—ἀποτιμηθέντων*] Exclusis ab utraque illis, quae denis minis aestimata et utrique in expensis imputata fuerant, actori puta domus decem minas valens et Spudiae mundus muliebris tantidem. REISK. Intelligo de solo mundo muliebri, quem uxor Spudiae accepit. SCHAEF.

1036. 27. ἔχει] Spudias. REISK.

XLII.

ADVERSUS PHAENIPPUM.

In argumentum Libanii.

1037, 1. Ὁ *μὲν λόγος—εἰς τὸν Δημοσθένην*] In spuriis orationibus numerat Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 2. p. 417. Spuria est etiam Bekkero. Conf. ad Orat. p. 1038, 1. 1040, 22. 1048, 5. 1049, 10. SCHAEF.

1038, 7. *πεπονηκέναι*] *χρήμασιν ἀπειρηκέναι καὶ οὐχ οἷός τ' εἶναι τριηραρχεῖν.* Sic supra v. 1. *τῷ πεπονηκότι τούτων* non significat *ei, qui diligens fuerat in administratione*, neque hic *cum diceret se diligentem fuisse in administrando*: sed ut in orationis *περὶ στεφάνου* argumento p. 223, 1. *τὰ πεπονηκότα μέρη τοῦ τείχους, τὰ ἐπισφαλῶς ἔχοντα καὶ ἐρειπόμενα.* WOLF. Oratio haec tota versatur in instituto *ἀντιδόσεως*, de quo v. quae Wolfius dixit in Proleg. ad Leptin. p. 123 seqq. et Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2. p. 122 seqq.

1038, 1. Πολλὰ *κἀγαθὰ*—] Exordium coloris non Demosthenici. SCHAEF.

1039, 2. *ἀπόφασιν*] *ἀπόφανσιν* margo Lutetianae ex editione Paulina, quod dedi, tametsi non ignoro haec duo vocabula saepissime inter se permutari, ut dubium sit utrum praeferri debeat. Illud est a verbo *φημὶ*, hoc a verbo *φαίνω*. Verumtamen a verbo *φαίνω* etiam v. *φάσις* derivatum est: et utrumque, tam *φαίνω* quam *φημὶ*, venit a communi fonte *φάω*. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 438, 27. et ad p. 899, 14. SCHAEF.

1039, 5. *μηνὸς*] Post *μηνὸς* videtur *φθίνοντος* deesse. V. p. 1042, 16. Nemo enim sic nude dicit *ἕκτη μηνὸς*, sed aut *ἱσταμένου* addit, aut *φθίνοντος*, quod hic fieri oportet. Nam sextus dies mensis ineuntis multum distat a sexto die mensis exspirantis. REISK. Cum *φθίνοντος* nullo in libro repertum sit, suspicor Athenienses, quoties solum diei numerum indicarent, non simul

indicata decade, ultimam decada intellexisse: quae ratio, opinor, obtinet etiam p. 1042, 1. coll. v. 16. 8. Conf. Aristophanes Nub. 1131. ubi scholiastes: οὐ προσέθηκε τὸ φθίνοντος. SCHAEF.

1039, 6. ὡμολόγησε δώσειν] Poterat, si vellet: ὡμολόγησε δοῦναι. ὁμολογῆσαι ποιήσασθαι p. 1042, 15., quod cave mutes. Supra v. 2. ὤμοσε—δοῦναί μοι. V. not. ad Theocrit. 27, 60. SCHAEF.

1039, 10. τὰ σημεῖα] Infra p. 1041, 13. τὸ σημεῖον, iterumque v. 16. τὰ σημεῖα. Add. p. 1044, 27. 1048, 15. V. Harpocration. s. h. v. SCHAEF.

1039, 12. καὶ τἄλλα] Subaudi ἐποίησεν. REISK. Immo τἄλλα perinde ut τὰς κριθὰς referendum ad ἐξεφόρησε. SCHAEF.

1039, 17. τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐργαζομένοις] Verba τοῖς ἐργαζομένοις sunt expositio praemissi τοῖς ἄλλοις. Alias potuerat quoque dicere τῶν ἐργαζομένων. REISK. Resolve: τοῖς ἄλλοις, οἳ ἐργάζονται. τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς γιγνομένων p. 1046, 16., i. e. τῶν ἄλλων, ἃ ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς γίγνεται. τῆς ἄλλης τῆς τοιαύτης p. 1414, 16., ut scribendum. SCHAEF.

1039, 18. τοῖς ἐργαζομένοις ἐν τοῖς ἔργοις] τοῖς μεταλλικοῖς. *iis, qui fodinas habent:* qui et germanice alicubi appellantur *die Gewerken* ab operando. WOLF. Ad τοῖς ἔργοις subaudi τοῖς μεταλλικοῖς. REISK.

1039, 21. τρία τάλαντα—τὴν μερίδα] Mutilus videtur hic locus. Nam et qua ratione reliqua duo talenta deberet exponendum fuit: nisi placeat τὸ κατὰ distributive positum esse, *singula talenta pro singulis portionibus.* WOLF. Verum hoc. Actor habuit τρεῖς μερίδας τοῦ δημευθέντος μετάλλου. SCHAEF.

1040, 2. τοὺς τριακοσίους] V. ad p. 26, 22.

1040, 3. οἱ νόμοι—ποιοῦσι τὰς ἀντιδόσεις] Veniam dant τοῦ ἀντιδιδόναι. Mox v. 8. ἐποίουν οἱ στρατηγοὶ—τὰς ἀντιδόσεις. SCHAEF.

1040, 12. τὴν ἐσχατιὰν] Citat h. l. Harpocration v. Ἐσχατιά. REISK. *ein Grenzstück* Boeckhio de Oecon. Athen. vol. 1. p. 88. SCHAEF.

1040, 15. κύκλῳ] Refer ad περιαγαγὼν ac dele subdistinctiones ante πλέον et post τετταράκοντα. SCHAEF.

1040, 21. εἰς τἀμὰ βαδίζειν] V. not. ad p. 997, 13. SCHAEF.

1040, 22. ἀπηλοημένος] Citat Harpocration s. h. v.

νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεὰς] Formula jurandi non magis, opinor, Demosthenica quam quae legitur p. 1044, 2. πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων. SCHAEF.

1040, 23. μικροῦ] *Paene.* Subauditur δεῖ vel δέον. REISK.

1040, 25. ὁ μὲν—τοῦ σίτου, ὁ δὲ—] Non ignotum syntaxis Graecae idioma. Plutarchus V. Fabii Max c. 23. ἡ μὲν—τῆς δυνάμεως—, ἡ δ'—, εἰς ἐσχάτην ὠμότητος miror displicuisse Sylburgio ad Zosim. p. 952 b. 38. V. L. Bosii Ellips. p. 274. SCHAEF.

1040, 27. ἀπειπὼν καὶ κωλύσας] Agasones, cum actor supervenisset, jam in eo erant ut ligna aveherent. Id ne fieret tunc impeditum est. Conf. p. 1041, 18. SCHAEF.

1041, 6. ἐπὶ τὰ ἱερὰ—ἀπαντᾶν] Hinc apparet in permutationibus eos rem divinam facere solitos. WOLF. Jurisjurandi ergo,

quo tradens alteri sua bona affirmaret a se bona ei omnia fideliter tradi. V. p. 1042. in. REISK.

1041, 8. πάσας τὰς ἀληθείας] πάσης τῆς ἀληθείας Lambinus. Sed bene habet vulgata. Etiam alibi Demosthenes pluralem hujus vocabuli usurpat. REISK.

1041, 13. δεδωκότος] Scilicet ἐξουσίαν τοῦ ποιεῖν τοῦτο. REISK.

1041, 16. ἀφαιροῦντος Bekker. Ubi non est subaudiendum τινός, sed αὐτοῦ. Si quis autem arbitretur scribi oportuisse ἀφαιρῶν, parum norit syntaxis Graecae catachresin genitivorum absolutorum. SCHAEF.

1041, 17. τὴν ὕλην] ὕλη *sylva* est et in genere *materia:* quae cujusmodi hic fuerit, lignane, an argilla, an stramen, an foenum aut aliquid aliud, quaerant curiosi. WOLF. Ligna intelligi quis ambigat? V. p. 1048, 16. SCHAEF.

1042, 2. ἀποφαίνειν] Malim in futuro ἀποφανεῖν. Citat h. l. Harpocration v. Ἀπόφασις. REISK. Non hunc locum, sed eos ubi substantivum ἀπόφασις legitur. Cave autem cum Reiskio mutes praesens ἀποφαίνειν. V. not. ad Theocrit. 27, 60. SCHAEFER.

1042, 3. τὴν οὐσίαν] ἅπασαν τὴν οὐσίαν A. Videtur esse interpretantis, qui explicare vellet ὀρθῶς καὶ δικαίως. SCHAEF.

1042, 5. τοῦ Κριωέως] Citat h. l. Harpocration v. Κριωεύς. REISK.

1042, 8. οὐ γὰρ—τὰ πράγματα] *Haud enim sibi latere meas res eo esse in loco, et longam moram non ferant.* REISK.

1042, 11. μὴ εὐθὺς—βαδίζειν] ἀντὶ τοῦ αὐθαδῶς καὶ ὁρμητικῶς. Cap. 6. Estheris λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς poni videtur ἀντὶ τοῦ σφόδρα καὶ ὑπερφυῶς. WOLF. V. H. Stephani Thes. s. v. κεφαλή. Rariorem reconditumque hunc usum locutionis ἐπὶ κεφαλὴν dicit Hemsterhusius ad Lucian. vol. 1. p. 213. vertens *gradu praecipiti, subito impetu nullaque mora interposita.* SCHAEF.

1042, 12. ἐπείσθην] Cohaeret cum ὁμολογῆσαι v. 15. *patiebar mihi persuaderi ut profiterer me illi* (Phaenippo) *roganti hoc dare atque indulgere, ut congressus hic super decisione constitueretur in diem Boëdromionis exeuntis octavum.* REISK.

1042, 15. ποιήσασθαι] Melius ποιήσεσθαι. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 111. Fallitur. V. ad p. 1039, 6. SCHAEF.

1042, 27. τριακοστῆς ἡμέρας] V. ad p. 529, 18.

ἡμῖν αὐτοῖς] ἀλλήλοις. V. not. ad Aesopum Heusingeri p. 96. SCHAEF.

1042, 29. δίκας καὶ κρίσεις] Schoemann. Proc. Att. p. 694. "Non intelligo, quid intersit inter δίκας et κρίσεις. Num forte orator dedit ἀνακρίσεις?" Mihi videtur idem interesse quod inter δικάζεσθαι et κρίνειν (s. δικάζειν.) SCHAEF.

1043, 7. ἀφ' ἧς ὡμολόγησεν] *A quo pactus est.* SCHAEF.

1043, 11. τὸ στρατήγιον] Nam ταῖς ἀντιδόσεσι praefecti erant οἱ στρατηγοί. V. p. 1040, 8. et infra v. 28. SCHAEF.

1043, 12. ὅπερ—εἶπον] Ubi dixit? Videtur μνημονικὸν ἁμάρτημα. Conf. ad p. 1045, 28. SCHAEF.

1043, 15. *μὴ ἔχειν — χρήσομαι*] Videtur Phaenippus dedisse libellum, sed ita negligenter et confuse scriptum, ut nihil inde certi colligere potuerit accusator: idque fieri potuit vel imperitia rustica vel calliditate adversarii deterrendi caussa. WOLF.

1043, 18. *πλέον—νέμειν*] *πλέον ἢ δίκαιόν ἐστι. non est plus aequo tribuendum:* vel *non committendum vobis est ut meliore conditione sint quam caeteri. νέμειν πλέον τοῦ δικαίου ἀντὶ τοῦ πλεονεκτεῖν ἐᾶν.* WOLF.

1043, 22. *εἰς τὸ δικαστήριον*] *κατ' ἀντίπτωσιν καὶ προθέσεων ἐναλλαγὴν, ἐν τῷ δικαστηρίῳ*, sicut *εἰς οἶκον εἶναι ἀντὶ τοῦ ἐν οἴκῳ.* WOLF. Utatur hac ratione qui velit: mihi nunquam puto probatum iri. Omninoque totus hic locus adeo displicet, ut oratorem etiam multo inferiorem Demosthene talia scribere potuisse vehementer dubitem. Expendenti diversitatem scripturae a Bekkero enotatam videtur sic corrigendus: *οἵτινες ἂν τὴν τῶν νόμων φωνὴν, ἣν ὑμετέραν εἶναι νομίζουσι κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην, ὑπὲρ τῶν ἠδικημένων εἶναι νομίζωσι, μὴ τῶν ἠδικηκότων.* Ut *τὴν εἰς τὸ δικαστήριον* adleverit interpres sua, h. e. citerioris aetatis, utens Graecitate. SCHAEF.

1043, 28. *τὴν ἀπογραφήν*] Citat h. l. Harpocration v. *Ἀπόφασις*, ubi ait *ἀπογραφὴν* idem esse atque *ἀπόφασιν.* REISK.

1044, 11. (*ὑμεῖς γὰρ ἔθεσθε*)] Communicat cum judicibus quod erat *τῶν προγόνων*, quibus Solon legem tulerat. SCHAEF.

1044, 12. *τοὺς, δ' ἀντιδιδόντας*] Sunt ipsa legis Solonicae verba, cujus legis partem huc spectantem orator recitat. SCHAEF.

1044, 17. *τῶν ἐν τοῖς ἔργοις—ἀτελῆ πεποιήκασι*] Metalla propterea liturgiis communia erant quia vectigal annuum a possessoribus pendebatur. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 329.

1044, 19. *ἱκετεύω*] Non Demosthenicum.

1044, 20. *ἐπίσχες*] Scilicet *σαυτὸν*, *te*, vel *τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου. recitationem legis paulisper inhibe, suspende.* REISK.

1044, 21. *προεκαλεσάμην*] Vulg. *προσεκαλεσάμην*. Correxi *προεκαλεσάμην. detuli ipsi sponsionem*, scilicet eam, quae statim declaratur et paulo post p. 1046, 3. quoque commemoratur. REISK.

1044, 22. *δωρεὰν*] *Ultro, sponte mea*, nulla lege cogente. REISK.

1044, 23. *ἐλευθέραν*] Immunem debiti. SCHAEF.

1045, 4. *τὰς κριθὰς*] Medimnum frumenti. REISK.

ὀκτωκαιδεκαδράχμους] *τὸν μέδιμνον ὀκτωκαίδεκα δραχμῶν.* WOLF. V. Toupii Epistol. de Theocriti Syracus. p. 330. SCHAEF.

τὸν οἶνον] Metretam vini. REISK.

δωδεκάδραχμον] Phaenippo itaque, si annus eveniret prosper et ferax, fuerunt annui reditus, in frumento quidem 18000 drachm., in vino autem 9600, hoc est quatuor talenta cum 36 minis. Adde reditum e lignis (12 drachm. in diem, h. e. post detractos dies festos, quibus exportare et vendere ligna non licebat) ferme 4000 drachm. seu 40 minas. Universe 5 talenta, 16 minae. REISK. De reditu e lignis v. p. 1048, 16. SCHAEF.

1045, 5. ἐπειδὰν ποιῇς] *Wenn du erbaust.* Infra p. 1048, 23. πολὺν καὶ σῖτον καὶ οἶνον ποιοῦντες. Aristophanes Pac. 1313.

κριθάς τε ποιεῖν ἡμᾶς πολλὰς,
πάντας ὁμοίως, οἶνόν τε πολύν.

Anecd. Bekker. p. 261, 15. Ζευγίτης: ὁ διακόσια μέτρα ποιῶν. SCHAEF.

σίτου] H. e. κριθῶν. Photius, Σῖτος, πᾶς ὁ σιτικὸς καρπὸς, οὐχ ὁ πυρὸς μόνον. SCHAEF.

1045, 15. Φιλοστράτου τοῦ ῥήτορος] Hunc eundem esse de quo diximus ad p. 535. 8., valde incerta conjectura Boeckhii est Quaest. vol. 1. p. 675.

1045. 16. τουτωνί] His judicibus et circumstanti multitudini civium Atheniensium. REISK.

πεποίηκας] Sc. χρηστόν τι καὶ προσφιλές. REISK. I. q. λελειτούργηκας. V. v. 27. et not. ad p. 855, 15. SCHAEF.

1045, 17. ἑκατέρῳ] Utrum singulis 45 an utrique simul? WOLF. Singulis. V. Ammonius p. 15. SCHAEF.

1045, 20. οἱ—σοὶ πατέρες] Erant enim Phaenippo duo patres, verus et adoptivus. REISK.

1045, 21. νικησάντων—χορηγούντων] *Cum choragi Dionysiis vicissent.* SCHAEF.

1045, 28. δείξω] Ubinam? Quae quidem sequuntur de hac re prorsus tacent. Conf. ad p. 1043, 12. SCHAEF.

1046, 4. δύ' οἴκων λειτουργούντων] δύο λειτουργούσας οὐσίας p. 1045. 25. Utitur loco nostro Valckenarius ad Herodot. 7, 224. ubi de hac significatione vocis οἶκος disputat. SCHAEF.

1046. 11. καταβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἵππων] Alludit ad proverbium *Ex equo in asinum transiit.* Facete et salse ridet Phaenippum de mollitie et ignavia. REISK.

1046, 12. τηλικοῦτος ὢν] De annis intelligo: ὀχήματι enim vehi decebat senem. De aetate et robore interpretatur Reisk. in Ind. Graecitat., opinor, quod v. 10. νέος et ἰσχυρὸς junguntur. SCHAEF.

1046, 15. ἀπογέγραφέ μοι] In libello, de quo p. 1043, 13. SCHAEF.

1046, 21. τοῖς τριακοσίοις] V. ad p. 26, 22.

1046, 23. ἀπολλύειν] *Qui sibi videntur amittere, perdere, si quid in remp. erogent.* REISK.

1046, 24. τοὺς προεισφέροντας] Gravius hi subeunt onus quam qui simpliciter εἰσφέρουσιν. V. ad p. 1031, 13. et Ind. Graecitat. SCHAEF.

1046, 25. τὴν μαρτυρίαν] De lepida Phaenippi ἱπποτροφίᾳ. REISK.

1046, 28. Ἔα ταῦτα] Interpellat actor scribam recitantem Phaenippi ἀπογραφὴν vel ἀπόφανσιν et jubet nonnullos ejus locos praetermitti. REISK. Videtur interpellasse, cum locus de curru (v. 12.) recitatus esset. SCHAEF.

1047, 8. ἧς—ποιοῦσι] H. e. cum mater tua degat adhuc aeta-

tem in domo tua vidua neque transierit in manum domumque alterius viri: quo fit ut dos ejus in potestate tua sit. REISK. Cujus quis rei κύριος est, ejus non potest dici χρήστης. SCHAEF.

1047, 9. δικαίως] *Non vero atque debito modo versans in hoc negotio exhibendi indicis bonorum suorum.* Est enim pars formulae ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀποφαίνειν. REISK. Alii libri δικαίᾳ. Non displicet. *falsoque utens indice.* SCHAEF.

1047, 19. Αἰαντίδῃ] Non soli, sed simul (κοινῇ) Theoteli. V. p. 1048, 5. SCHAEF.

1047, 23. κατεσκευασμένοι] *Subornati.* SCHAEF.

1047, 28. ὀφειλήματα] V. ad p. 712, 23.

πλέον ἢ τριῶν ταλάντων] Sed minus reperietur, non plus. Matri talentum: Pamphilo et Phidoleo talentum: Aeantidae 40 minas: Aristomeni 14 minas. Faciunt duo talenta cum 54 minis, hoc est tria talenta, minus 6 minis. REISK. Ubinam legit Reiskius unius talenti dotem maternam fuisse? Fac enim fuisse 80 minarum: summaque debitorum excedet tria talenta. SCHAEF.

1048, 1. ὅσουπερ—ὄφλημα] Trium talentum. V. p. 1039, 21. 1049, 5. SCHAEF.

1048, 5. γραμματεῦ] Demosthenes addere non solet. SCHAEF.

1048, 19. κατεσκευακότα] De dolosa fictione dicitur. Conf. p. 1047, 23. 1048, 1. SCHAEF.

1048, 24. τριπλασίας τιμῆς] V. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 103.

1049, 3. καὶ ἐπὶ τὸν δραπετεύοντα τῶν ἄλλων] Lego καὶ ἐπί τινα δραπετεύοντα. WOLF. Cave probes. *ad eum de ceteris, qui tergiversaretur.* SCHAEF.

δραπετεύοντα] Scilicet τὸ λειτουργεῖν. REISK. Immo τὸ ἐργάζεσθαι: nam servi intelligendi. Aliter habet p. 1046, 24. SCHAEF.

1049, 5. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν] Quia verba haec minus belle cohaerent, τὸ καὶ νῦν praetermisi sententiam secutus. WOLF. καὶ νῦν bene habet. *etiam nunc*, rebus sic se habentibus, ut nunc habent, cum sim, non servus, sed civis vester. REISK.

τάλανθ' ὑμῖν] *Posteaquam vobis illa tria talenta dependero, ad quae condemnatus sum.* REISK.

1049, 10. περιελαθέντα περιϊδεῖν] ἐπιτρέπειν περιελαύνεσθαι. Sed nihil vetat vertere: *neque ab istis exagitatum negligatis.* WOLF. Demosthenes, opinor, usurus erat simplici ἐλαθέντα. ἐλαύνεις, διώκεις, συκοφαντεῖς p. 960, 15. ἐλαύνειν et κατηγορεῖν jungit Plutarchus V. Aristid. c. 25. extr. SCHAEF.


XLIII.

ADVERSUS MACARTATUM.


ΠΡΟΣ ΜΑΚΑΡΤΑΤΟΝ] Hanc orationem *περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου* inscriptam citare solet Harpocration. quemadmodum Isaei de eodem argumento oratio inscripta est. quam ad Olymp 105. 3. probabiliter rettulit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 123., ex quo colligi potest orationem Demosthenis non longo tempore post esse habitam. "Nulla est fere inter Demostheneas orationes ita partim depravata. partim perplexa. ut haec[a]. Itaque confiteor me aliquot loca parum intelligere: quo minus Oporinum nostrum in prima editione idem conquestum fuisse miror. Nam cum is negaret se meam hujus orationis interpretationem ubique intelligere, ego rogabam. num ipse Graeca assequeretur. Quod cum aeque negaret. Pares ergo, inquam. sumus: nosque plurimos ignorationis hujus socios esse habituros existimo. *ἐπιγράφεται μὲν οὖν οὑτοσὶν ὁ λόγος πρὸς Μακάρτατον. ἀθλιώτατον δ' ἂν ποιήσειε τόν τε ἑρμηνεύοντα καὶ τὸν ἐξηγούμενον· καὶ πολὺς μὲν ἐν τῷ λόγῳ ὁ περὶ Ἁγνίου λόγος. ἥκιστα δ' ἀγνεύει πλείστων σφαλμάτων τε καὶ δυσκολιῶν ὁ λόγος νόμους τε ἔχων παλαιοὺς καὶ χρησμοὺς ἀλλοκότους καὶ γενεαλογίας δυσεφίκτους.* Operam tamen pro virili dedi ut appareat *τὰς δευτέρας φροντίδας* non prorsus fuisse inanes et supervacaneas. non utique minore labore suscepto quam ab istoc ipso Sositheo. qui filioli nomine in haereditatem agit, sed nequaquam paris remunerationis exspectatione. Sunt enim iis plerique praediti ingeniis. ut contra aequissimam Aristotelis postulationem nec pro inventis gratiam habeant. et praetermissis veniam negent. et. si qua forte culpa commissa fuerit. nullam imbecillitatis naturae communis aut fortunae adversioris rationem habeant, sed e vestigio et scriptorem et librum capi-

[a] Eadem querela est Galli du Theil in *Mémoires de l'Académie des Inscr.* vol. 39. p. 530. Difficilem esse intellectu hanc orationem facile concedo: magis laborare scriptura depravata quam ceteras non puto. SCHAEF. De hujus orationis interpretatione bene meruit quem in annotationibus saepius memoravimus Carolus de Boor in libello Hamburgi edito a. 1838. *über das Attische Intestat-Erbrecht*, cujus censuras scripserunt C. F. Hermannus in Zimmermanni Diario antiq. a. 1840. fasc. 1. et Schoemannus in Ephemeridibus Halensibus a. 1840. Supplem. nr. 65—68. De legibus Soloneis de hereditatibus et testamentis dixit Schellingius in libro de Solonis legibus p. 103—127. nihil ille suspicans de fraude falsariorum, qui has legum formulas composuerunt: de quibus dixit Fr. Frankius in censura libri Schellingiani in Ephemerid. Jenensibus a. 1844. p. 739 seqq.

tis damnatum in barathrum abjiciant. ἀλλ᾽ οἰστέον κἀλπιστέον." WOLF. Videtur in hac caussa versari Isaei quoque oratio, earum ultima, quae ejus adhuc hodie supersunt, περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου. Sed nescio, an ea caussam hanc non multum illuminet. Scripta haec est oratio nomine Sosithei, qui pater pro filio Eubulide caussam agit. Cujus ergo tanto melius cognoscendae tabulam generis proponam, nescio, diversamne an eandem cum ea, quam Palmerii Exercitationes p. 641. dant.



REISK. Accedat stemma a Palmerio concinnatum:



Stemma dederunt etiam Wolfius et Seagerus ad p. 1058, 3. SCHAEF. Schoemannus ad orat. Isaei de Hagniae hereditate hoc stemma proposuit p. 449:

[b] Sed huic genealogiae adversatur p. 1063, 12. REISK.


CLEOCRITUS
THEOPOM-PUS
MACARTA-TUS
STRATOCLES
FILIUS
FILIUS
STRATIUS I
STRATIUS
BUSELUS
EUBULIDES I
PHILAGRUS
UXOR
EUBULIDES II
PHYLOMACHE I
SECUNDUS MARITUS
GLAU-CUS
GLAU-CO
HAGNIAS I
HAGNIAS II
POLEMO
EUBULIDES

1050, 2. πρὸς τοὺς αὐτοὺς τούτους] Macartatum ejusque συνηγόρους.

1051, 5. τουτουῒ—τοῦ παιδὸς] Eubulidae. REISK.

ἡ μήτηρ] Philomache secunda, filia Eubulidae senioris. REISK.

οὖσα ἐγγυτάτω] ὡς ἐγγυτέρω τις εἴη mox v. 8. Add. p. 1053, 17. 28. 1055, 9. 11. Sic ἀπωτέρω ὄντες p. 1058, 22. 1065, 25. 1066, 26. 1067, 8. 1070, 23. 1084, 18. Similia vide in cinno rerum diversarum parum perspecte congesto ad Dionys. Halic. de C.V. p. 76. SCHAEF.

1051, 6. ἐπεδικάσατο] Proprie dicitur de lite ob haereditatem. V. Harpocration, Zonaras p. 825. et Ind. Graecitat. SCHAEF.

ἐπεδικάσατο τοῦ κλήρου] Solennis haec constructio. Insolenter Harpocration s. v. ἀμφισβητεῖν, οἱ τὸν κλῆρον ἐπιδικαζόμενοι. SCHAEF.

1051, 15. ὃς ante ἐκείνοις recte deletum cum A. S. Actores tunc erant Glaucus et Glauco, testis actorum Theopompus. Conf. Libanius p. 1049, 6. SCHAEF.

1051, 20. ἀπηλλάττοντο] Est paulo quid aliud quam ἀπήλλαττον. Hoc esset *discedebant*: illud est *ablegabantur, dimittebantur, amandabantur.* REISK.

1051, 22. ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν] Citat hunc locum Harpocration v. Ἀμφισβητεῖν καὶ παρακαταβάλλειν. REISK.

1052, 6. Μηδείῳ] Recta hujus nominis scriptura est Μηδίῳ, quam infra codicum ope restitui p. 1382, 7. aliisque exemplis confirmavit L. Dindorfius in Thesauro Stephani s. v. Μήδιος, inter quae unum est ex inscriptione Attica ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 368, 29.

1052, 17. κατεσκευασμένα] παρακρουσθέντες ὑπὸ τῆς παρασκευῆς p. 1053, 5. SCHAEF.

1052, 20. τετραπλάσιον] Nam una tantum quinta pars reo Sositheo aut ejus uxori infundebatur, quatuor quintae partes actoribus totidem. Singuli illorum quinque litigantium accipiebant singulas amphoras pro prima actione et ternos choas pro posteriore. REISK.

ἐξ ἀνάγκης—ἦν] Recurrit p. 1056, 16. 20. 1065, 20. Alia exempla vide congesta in H. Steph. Thes. s. v. ἀνάγκη. SCHAEF.

1052, 26. ἐξεγένετο] V. L. Bosii Ellips. p. 149. SCHAEF.

πέμπτον—τοῦ ὕδατος] Ergo tres choes amphoram faciunt. WOLF. Conf. ad v. 20. SCHAEF.

1052, 28. ἑαυτοῖς συναγωνίζεσθαι] Mox p. 1053, 2. συναγωνιζομένων ἀλλήλοις. SCHAEF.

1053, 3. καδίσκων τεττάρων] τεττάρων reliqui, quia codices servabant, quamquam delendum arbitror. Non enim nisi duo cadisci ponebantur, alter pro Theopompo petitore, alter pro muliere, unde petebatur. Nisi sic volumus vulgatam interpretando tueri, ut aiamus in priore actione duos esse positos cadiscos, et rursus totidem in posteriore. Petitus ad Leg. Att. p. 423. et Valesius Emend. p. 106. volunt πέντε. Sed nullo modo sunt audiendi. REISK. Πέντε qui conjecerunt, computarunt eos qui a Demosthene nominantur, qui sane sunt quattuor, iisque quintam

annumerarunt Phylomachen adversariam. Verum ita etiam sexta annumeranda fuisset Hagniae mater, licet hujus Demosthenes, rem brevius perstringens, diserte non meminerit; nam hanc quoque eodem judicio contra Phylomachen et ceteros de filii sui hereditate certasse Isaei de Hagniae hereditate oratio demonstrat. Sed incorruptus Demosthenis locus est. Nam hoc quidem satis perspicuum est, Glauconis et Glauci caussam conjunctam fuisse, quum frater uterque esset Hagniae uterinus, quamquam utrum hoc an alio quopiam titulo hereditatem petierint, non constat. Eupolemum autem sibi ipsi hereditatem petiisse ac non potius illos vel testimonio suo vel oratione adjuvisse, nihil est quod credere suadeat. Itaque duas tantum habemus apud Demosthenem petitiones Phylomachae oppositas, alteram Theopompi, alteram Glauconis et Glauci; tertia fuit Hagniae matris. His igitur si annumeramus ipsam Phylomachen, apparet quattuor sitellas ponendas fuisse. SCHOEMANN. ad Isaeum p. 467. Cum Schoemanno consentit Boorius p. 164, nisi quod sitellam Hagniae matri ab Schoemanno tributam Eupolemo tribuit. Nam de Hagniae matre propterea non posse probabiliter cogitari, quia nulla ejus mentio facta sit inter petentes §. 7., Eupolemus autem nihil obstare quominus totam hereditatem petiisse credatur.

1053, 7. ἢ] Prius ἢ abest ab A. r. Fort. καὶ ψῆφοι ὀλίγαι πάνυ ἐγένοντο πλείους ἐν τῷ—τῆς γυναικός. ut ἢ τρισὶν ἢ τέτταρσιν ad ὀλίγαις adscriptum e margine irrepserit. SCHAEFER.

1053, 15. τουτονὶ] τουτουὶ duo codd. et profecto ita legendum. εἰσῆγον εἰς τοὺς φράτορας τοὺς Ἁγνίου Εὐβουλίδην, τὸν παῖδα τουτονὶ (hujus Eubulidae posterioris, Hagniae ex filia nepotis, Eubulidae prioris ex filio), ἐκ τῆς θυγατρὸς ὄντα τῆς ἐκείνου, κ. τ. λ. Eubulides ultimus vel tertius Eubulidae posterioris sive secundi et nepos ex filia et filius adoptivus erat. SEAGERUS Diar. Classic. 59. p. 111. Seageri τουτουὶ praeferentis errorem convincit ipsa pronominis forma τουτουὶ, quae cum sit δεικτική, non indicat nisi praesentem. V. etiam p. 1054, 1. SCHAEF.

1053, 16. ἵνα μὴ ἐξερημωθῇ ὁ οἶκος] οὐ μὲν οὖν, ὦ Σωσίθεε, ἀλλ' ἵνα σὺ τὰ χρήματ' ἔχῃς. Nam Sositheo semel a Theopompo victo non licebat denuo jus de eadem re adipisci καὶ παλινδικεῖν. Sed cum injuriam sibi factam putaret, quid facit? Filium suum, tertium Eubuliden, adoptat secundo Eubulidae, socero, defuncto, (quae adoptio haud dubie acriter est, ut contra leges facta, oppugnata a Macartato.) et filii sui nomine agit in haereditatem Hagniae, quam secundus Eubulides, secundae Phylomachae pater, jure agnationis tenuerat filiaeque reliquerat. WOLF. De adoptione illa v. ad p. 1066, 13. 1080, 12. SCHAEF.

1053, 21. ὅπως ἐκ τῆς θυγατρὸς—] Cur ergo non primogenitum illi adoptandum dedisti, Sosithee? Quia non tibi familia Eubulidae, sed pecunia curae fuit. ὁ μὲν οὖν λόγος εὔμορφος, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος. WOLF.

1053, 26. ἑαυτῶν] Eubulidae et Hagniae. REISK.

1054, 3. ἐφρατρίαζε] Alii libri ἐφράτριζε, quae forma legitur in decreto ap. Harpocr. s. v. ναυτοδίκαι et ap. eund. s. v. φρατέρες, ubi φρατρίζειν explicat τὸ τῆς αὐτῆς φρατρίας μετέχειν. φρατριάζειν vero apud Polluc. 3, 51. Sed apud Demosth. verum videtur quod S. Q. servarunt ἐφατρίαζε, quae forma legitur in Etym. M. p. 799, 32. et diserte agnoscitur ab Eustathio ad Hom. p. 239, 31. et ubi φατριάζειν, χωρὶς τοῦ ρ, εὐφωνότερον dicitur p. 735, 51.

1054, 7. οὐδ' ἀπάγοντα—] μή τί γε φέροντα τὴν ψῆφον. SCHAEF.

βωμοῦ] Post h. v. deest aliquid, e. c. ὃ ἔδει ποιεῖν, *quod oportebat eum facere*, (h. e. oportuisset autem Theopompum [imo Macartatum], ab ara abducere victimam,) aut οὐκ ἂν ποιήσαντα, *quod ille non erat facturus*, (h. e. verum ille non recusasset victimam abducere,) *si certo novisset hunc puerum praeter fas in phratoras induci.* REISK. Nihil deest. Ridetur calumnia religionis, qua Macartatus pueri in phratriam receptionem, si posset, eluderet. Conf. p. 1078, 21. SCHAEF.

1054, 8. αὐτοὺς δ' ἀξιοῦντα ἐπιορκεῖν] Amarus sarcasmus. Perjurii terriculamento Macartatus volebat pervincere ut phratores puero ne suffragarentur. SCHAEF.

1054, 9. ἀπὸ τοῦ βωμοῦ] V. ad p. 271, 27. SCHAEF.

1054, 11. ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια] Quae fuerunt illa? τὸν παῖδα τουτονὶ εἰσάγεσθαι, ἀντὶ τοῦ ὅτι εἰσάγεται. Sic malo accipere εἰδικῶς quam τελικῶς, ut ante verti: *decreverunt, judices, recte et convenienter ut puer hic Eubulidae filius in Hagniae familiam introduceretur.* Neque vero me pudet meliora pejoribus substituere, etsi et illa interpretatio defensionem habet ex ambiguitate constructionis. WOLF.

1054, 12. προσηκόντως] Sustuli comma post προσηκόντως. Nam ista verba, ὀρθῶς καὶ προσηκόντως, pertinent ad infinitivum εἰσάγεσθαι. V. p. 1078, 20. REISK.

1054, 14. Εὐβουλίδῃ pro Εὐβουλίδην ex Dobraei conjectura restitutum, quocum ipse comparat p. 1054, 13. 1097, 9.

1054, 17. κύριον—τὸν ἑαυτοῦ] Hinc apparet Eubuliden, cujus nomine haec habetur oratio, minorennem fuisse ac potius infantem. WOLF. Haec non intelligo. Exierat Eubulides junior e potestate patris in potestatem avi materni, Eubulidae senioris, qui tum adhuc in vivis supererat. Quare itaque non avum seu patrem adoptivum sibi curatorem adsciscebat? Cur fratrem Sosiam sibi curatorem adscivit, nescio an adhuc minorem annis et in alia domo relictum, et cui praeterea nihil potestatis in fratrem minorem esset, utroque patre adhuc superstite? REISK. Mira Reiskii haesitatio: magis etiam mira horum verborum interpretatio, quam habet Ind. Graecitat. s. v. κύριος: *pro legitimo haerede scribi curans* Scilicet cum avus pueri maternus non amplius viveret (v. Wolfius ad p. 1053, 16.), ipse autem Sositheus, e cujus potestate puer exierat, κύριος ejus ex Attico jure esse

non posset, factus est *κύριος* frater natu major: quo modo orbarum *κύριοι* fratres, si qui illis essent, facti sunt. V. H. Stephanus Thes. p. 5477 D. SCHAEF.

1054, 29. *Ἐὰν—τοῦ κλήρου*] F. *ἐὰν δ' ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τις τοῦ κλήρου.* Nisi placeat exponere *ἐπεὶ ἐπεδικάσατο.* WOLF. Ad *ἐπιδεδικασμένου* subaudi *τινὸς* et ad *ἀμφισβητῇ τις.* REISK. Participium Wolfius recte exposuit: sed non fuit cur *τις* insereret. Nec magis cum Reiskio de ellipsi hujus pronominis cogitandum. Scilicet tam *ἐπιδεδικασμένου* quam *ἀμφισβητῇ* referri oportet ad ea quae in legis formula antecesserunt: nam hanc esse non totam legem, sed eam ejus partem, cujus hoc loco usus esset, particula *δὲ* satis indicat. SCHAEF.

τοῦ κλήρου—] Subaudi *περὶ τοῦ κλήρου—*. *Si cui adjudicata fuerit* (haereditas seu virgo nubilis haeres) *et alius aliquis experiri cum illo velet jure super illa seu haereditate seu virgine haereditatis domina, hic illum in jus ad archontem vocato.* REISK.

1054, 31. *εἶναι*] Subaudi *δεῖ*. *Debet contendens deponere sacramentum.* REISK. Nihil elliptici his in locutionibus, quae sunt vetustissimae Graecitatis. V. ad Gregor. Corinth. p. 424. et indic. ad Poët. Gnom. p. 364 b. Mox p. 1055, 5. *τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι—*. SCHAEF.

1055, 1. *ἀτελὴς ἔσται*] *ἄπρακτος καὶ ἀνωφελής· οὐδὲν ἰσχύσει καὶ ἀποδεδιώξεται.* WOLF.

1055, 3. *προσκαλείσθω—μήπω ἐξήκῃ*] *προσκαλείσθω κατὰ ταὐτὰ*, s. *ὁ ἐπιδικαζόμενος ἐκεῖνον* (s. *τὸν ἔχοντα τὸν κλῆρον ἢ τὴν ἐπίκληρον*), *ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκει*, *qui nondum tot annos haereditatem tenuit, ut ei litem intendere nefas sit.* Alibi quinquennii fit mentio. Apud Jurisconsultos est praescriptio longi, longioris, longissimi temporis. Sed haec nihil ad Demosthenem. WOLF. Recte interpretatur. V. Seagerus ad v. 5. SCHAEF.

κατὰ ταὐτὰ] *πρὸς τὸν ἄρχοντα καὶ παρακαταβάλλων.* SCHAEF.

1055, 5. *ἐξήκῃ*] Vulg. *ἐξήκει*. Indicativum praefero. Alioquin, opinor, scriptum legeremus *ᾧ ἂν—ἐξήκῃ*. V. v. 6. SCHAEF.

τὴν δ' ἀμφισβήτησιν—τὰ χρήματα.] Posui totum locum, qui cum universe subobscurus est, tum laborare quoque vitio uno et altero videtur. Primum *παρὰ τῷ ἄρχοντι* legendum esse suspicor, quam in suspicionem venisse Wolfium quoque postmodum reperi. Deinde assentior Petito *ὃς* corrigenti pro *οὗ*. Possit tamen *οὗ* defendi, si in *ἐπεδικάσατο* subaudiatur *τις* et *οὗ ἂν ἔχῃ, τὰ χρήματα* cum interjecto commate scribatur: i. e. *καθότι ἐπεδικάσατό τις τὰ χρήματα τούτου, οὗ ἂν τὰ χρήματα ἔχῃ*. *quo titulo juris aliquis sibi curaverit adjudicari bona ejus, cujus bona sibi adjudicari impetraverit.* Sed quid est *καθότι*? Num, ut interpretantur, *eadem formula juris, qua, qui adhuc habuit et habet bona, effecit ut ea sibi adjudicarentur*, an *quo titulo juris?* REISK. Locus universe subobscurus, inquit Reiskius. *ὡς* pro *οὗ* conjecit Wolfius. Sed constructio est: *καθότι ἐπεδικάσατο* (*ἐκεῖνος*.) *οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα* (*ὁ νῦν ἔχων*). *quomodo, qua ratione adjudicationem impetraverit ille* (jam mortuus). *cujus bona habet is qui nunc*

possidet. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 111. Recepi Bunsenii emendationem ἔχοντι pro ἄρχοντι.

1055, 21. πειρασόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς,—] Haec jam non actor, sed ejus advocati pronunciant vel interpellant. REISK. Mirificum commentum. καὶ ἡμεῖς, *etiam ego*, vel sine tabula genealogica. SCHAEF.

1056, 2. παίδων παῖδες] Sic Poëta Il. 20, 308. SCHAEF.

1056, 13. ἔχω] Post h. v. ponenda subdistinctio: quod enim sequitur participium referri oportet ad ἠμφισβήτησεν. SCHAEF.

1056, 15. Ἁγνίου] E p. 1065, 25. et 1066, 27. suspicor post h. v. deesse κληρονομεῖν. REISK. Non attendit hoc loco additum esse οὐδ' ὁτιοῦν. SCHAEF.

1056, 27. Φανοστράτη] Φανόστρατος A. r. Cum vulgata scriptura consentit testimonium infra appositum p. 1063, 15. Φανοστράτην τὴν Στρατίου θυγατέρα. quod non tetigit Schoemannus, qui in annot. ad Isaeum p. 449. hic Phanostrati nomen ex A. r. restitui voluit, non contemnendis per se rationibus usus. Stratius I. duos reliquerat liberos, eam eumve de quo quaeritur sive Phanostratam sive Phanostratum, et Charidemum filium. Charidemus autem filios nullos habuit praeter Stratoclem et Theopompum: ex quo sequitur Stratium II. Stratii primi nepotem ex Phanostrata vel Phanostrato esse ortum. Jam apud Isaeum Stratius II. par cum Theopompo jus habere dicitur, quod non videtur aliter fieri potuisse quam si patre natus esset qui non gener Stratii I, sed filius fuisset. Quamobrem Φανόστρατος veram scripturam esse judicavit Schoemannus: cui repugnarunt de Boor p. 63. C. F. Hermannus in censura de Boorii p. 31. aliique. Quorum Hermannus per fraudem quandam factum esse conjicit ut Stratius II. licet ab Phanostrata oriundus idem cum Theopompo jus habere videretur: quam non nimis audacem videri conjecturam, si quis aliud comparet ὑπερμέγεθες ψεῦδος ipsius Theopompi, de quo Demosthenes infra p. 1059, 2.

1057, 27. δικασταί] Post h. v. addit ὅτι margo Lutetianae. Sed Wolfius post θυγάτηρ v. 28. addi vult ὅτι. REISK. Neutro loco addendum. Plato Gorg. p. 460. HSt. ἐγὼ μὲν οἶμαι,—. ἐὰν τύχῃ μὴ εἰδὼς, καὶ ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθήσεται. ut Bekkerus recte edidit. V. not. ad Sophocl. Oed. C. 995. meaque in H. Stephani Thes. p. 6667. A. Insolentius etiam Plato Republ. 6. p. 486. Ἀνόητα δὴ πονῶν οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται—. SCHAEF.

1058, 3. τῷ μὲν οὖν Θεοπόμπῳ—] Hanc genealogiam equidem non satis intelligo propter multiplices genitivos et vocabula cognationum parum dilucida, dum alii necessarii cum aliis conferuntur. Neque est haec multum diversa a consuetudine Concordiensium agricolarum in Alsatia, qui ab abnepote ad abavum solent adscendere, hoc modo: Patrus Joannis, Jacobi, Philippi, Arbogasti. Nec in argumento Archidami Isocratis huic dissimilis ratio est, nisi quod ibi articuli additi rem dilucidiorem faciunt: κατάγεται δ' οὕτως ὁ μικρὸς Ἀρχίδαμος. Ζευξίδαμος, οὗ Ἀρχίδαμος, οὗ Ἆγις, οὗ Ἀγησίλαος, οὗ Ἀρχίδαμος. et in Evangelio

Matthaei fit idem verbo ἐγέννησε. et apud Lucam: Ἰησοῦς ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μαθὰτ, τοῦ Λευὶ, καὶ τὰ λοιπά. Sed quantum ex ea colligere possum, haec ratio est necessitudinis, quam in tabella delineavi. Hagnias, Eubulides, fratres. Phylomache, Philager, fratrum liberi. Hi procreant Eubuliden; Eubulides Phylomachen, accusatoris uxorem: e quibus nascitur Eubulides in Hagniae familiam adoptatus in linea descendente. Stratius autem, Charidemus, Theopompus, Macartatus sunt in linea collaterali.

Genealogia, cujus in hac oratione fit mentio.

Exoeus

Buselus

1. Hagnias — 1. Eubulides. —— Stratius — Habron — Cleocritus.
Polemo et 1. Phylomache 2. Hagnias orbus, cujus est haereditas.
{ Philager. Euctemon. Callistratus, avus maternus Sosithei accusatoris.
{ Phanostrate et Charidemus. Theopompus et Stratocles.
Filia neptis, mater Sosithei ex Callistrato.
{ Macartatus Theopompi filius, reus: qui tenet haereditatem Hagnianam, evictam a patre Theopompo et ereptam Phylomachae secundae, cujus filius Eubulides 2. eandem recuperare studet, ut Hagniae secundo genere proprior. Propinquitas autem illa exsistit a Phylomache prima, Hagniae secundi amita, Phylomachae secundae avia materna: quae, licet femina, est in descendente linea Hagniae primi: Theopompus autem etsi eadem necessitudine Hagniam secundum attingit, qua Eubulides 2. aeque est ex alia familia atque Theopompus, tamen potiore jure est propter matrem 1. Phylomacham, Hagniae primi neptem, secundi amitam. Alioqui Theopompo et Eubulidae fuisset ex aequo dividenda haereditas, cum uterque sit Hagniae posterioris frater patruelis. Ex hac delineatione et collateralium inter se et adscendendo et descendendo collatione paulo rectius statui poterit de gradibus et nominibus necessitudinum: quae permu-

E Philagro et Phylomache 1. nascitur 2. Eubulides. Is procreat 2. Phylomacham, Sosithei accusatoris uxorem, Eubulidae pueri in familiam secundi adoptati matrem: qui ratione propinquitatis Hagniae secundi, qui orbus decessit, haereditatem sibi vendicat. Caussam hujus agit Sositheus naturalis pater, auctore dato fratre pueri.

tata non uno in loco cum essent et Graeca nomina ἀνεψιῶν late pateant, proclivis in convertendo lapsus fuit vocabula ipsa potius quam seriem generis intuenti. Quorum explicationem hic ordine subjiciamus seorsim a caeteris annotationibus, ut res ipsa in conspectu posita lectorem admoneat.

P. 1056. v. 22. *Στράτιος, ὁ τουτουὶ πρόγονος Μακαρτάτου. proavus.* Series haec est: Stratius, Charidemus, Theopompus, Macartatus.—Ibid. v. 23. *καὶ ἕτερος Ἁγνίας, ὁ τουτουὶ πρόγονος τοῦ παιδός. abavus*, si etiam pueri matrem numeres: *proavus*, si, matre omissa, Eubulidae avi filium statuas. Series haec est: 1. Hagnias, Phylomache, Eubulides, Hagniae secundi patruelis, Phylomache secunda, Eubulides tertius. In hac serie duae quidem intercurrunt mulieres, quibus mares, quamvis remotiores, praeferuntur, sed in eadem familia tantum, ut opinor.—P. 1057. v. 1. *καὶ προσήκει μᾶλλον τῷ Ἁγνίᾳ.* S. *τῷ μεγάλῳ ἢ προτέρῳ, τῷ Βουσέλου υἱεῖ.*—Ibid. v. 3. *ἀδελφιδοῦς δ' Ἁγνίου.*

Hagnias ╲╱ Stratius.
Polemo ╱╲ Charidemus.

—Ibid. v. 6. *ἢ τὸν ἀδελφιδοῦν. τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν Χαρίδημον.*—Ibid. v. 16. *ἀνεψιῷ ὄντι ἑαυτοῦ. ἀδελφιδῷ.*

Hagnias ╲╱ Eubulides.
Polemo ╱╲ Philager.

—Ibid. v. 16. *ὁ γὰρ Φίλαγρος ἀδελφὸς ἦν Εὐβουλίδου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἁγνίου.* Falsum hoc est. Legendum igitur, ut genealogia ostendit, *ὁ γὰρ Φίλαγρος υἱὸς ἦν.*—Ibid. v. 27. *Στρατίου δ' υἱδοῦς. nepos ex filio.* Stratius, Charidemus, Theopompus.—Ibid. v. 28. *καὶ ἡ θυγάτηρ, πάλιν.* F. a. *καὶ ἡ θυγάτηρ, ὅτι πάλιν.*—P. 1058. v. 3. *τῷ μὲν οὖν Θεοπόμπῳ—.* Labyrinthus est hic locus et plane crux fixa interpretibus, quem initio sic transtuli, non quod veram interpretationem putarem, sed ne lacunam relinquerem: *Sed Theopompo natus est filius Macartatus: Eubulidae autem, Phylomachae filio, qui consobrinus Hagniae paternus fuit: quum Eubulidae consobrini filius Hagniae a patre sit hic puer.* etc. Haec, ut ingenue fatear, nec ipse intelligo. Sed est locus et male distinctus, et alioqui corruptus. Nam post *Μακάρτατος οὑτοσί* v. 3. coli nota est ponenda: et, *τῷ δὲ Εὐβουλίδῃ, ἀπὸ κοινοῦ* repetendum *ἐγένετο οὑτοσὶ ὁ παῖς.* et mox v. 5. *πρὸς πατρὸς Εὐβουλίδου* perperam scriptum est pro *Φιλάγρου*, ut genealogia docet. Sic ergo verba ordinabis: *οὑτοσὶ δὲ ὁ παῖς, ὢν Ἁγνίᾳ παῖς ἀνεψιοῦ πρὸς πατρός. ἐγένετο υἱὸς Εὐβουλίδῃ, τῷ ὄντι υἱεῖ μὲν Φυλομάχης, ὄντι δὲ ἀνεψιῷ Ἁγνίου πρὸς πατρὸς Φιλάγρου.* Nunc hos inter se comparemus:

Hagnias ——— Eubulides
Phylomache —— Philager

Hagnias. ——2. Eubulides
3. Eubulides.

Ita fratres sunt 1. Hagnias et 1. Eubulides: Phylomache et Philager patrueles: consobrini vero aut amitini (secundum Jurisconsultos) inter se sunt Hagnias et Eubulides, natus ex amita, Hagniae secundi sorore, et Philagro, fratre Polemonis, qui Polemo fuit Hagniae secundi pater. Nam Donatus ait consobrinos esse natos ex fratre et sorore. Sed Demosthenes, omissa hic Phylomacha, patres secundi Hagniae et Eubulidae secundi confert: qua ratione fratres patrueles erunt, e tribus fratribus nati, et Eubulides tertius erit Hagniae secundi fratris patruelis filius. Multum refert quos inter sese conferas. Sunt enim haec τῶν πρός τι et alio atque alio respectu alias atque alias appellationes sortiuntur. Verto igitur de integro sic: *At Theopompo filius Macartatus: Eubulidae autem, Phylomachae filio,* (qui respectu patris Philagri Hagniae patruelis fuit, nati enim sunt duobus fratribus, Polemone et Philagro,) *puer hic natus est, Hagniae conjunctus, ut filius patruelis fratris.* Qui habet aliquid melius et certius et dilucidius, doceat. Vocabula ista cognationum et affinitatum tam Graeca quam Latina ab aliis aliter usurpantur: quorum controversiis decidendis ego me nolo arbitrum honorarium interponere. Illud tantum rogo, ut, si quis ea, quibus ego sum usus, improbarit, tum demum erroris me condemnet, ubi omnia Lexica Graeca et Latina inter sese collata consentire probarit.—Ibid. v. 5. ἀνεψιοῦ παῖς ὢν Ἁγνίᾳ. Etymologicon: ἀνεψιοὶ λέγονται παρὰ τὸ ἄνωθεν συνῆφθαι εἰς συγγένειαν. Hesychius: ἀνεψιοὶ. ἀδελφῶν υἱοί. ἀνεψιαδοῦς (qui et ἀνεψιάδης a Polluce dicitur). ὁ ἐκ τοῦ ἀνεψιοῦ ἢ της ἀνεψιας γεγονώς. ἀνεψιότης. ἡ μέχρι ἀνεψιαδῶν συγγένεια. Suidas Hesiodum Homeri ἀνεψιαδοῦν facit hoc modo adscendendo: Hesiodus, Dius, Ampelides, Melanopus, ὅν φασί τινες τοῦ Ὁμήρου προπάτορος εἶναι πάππον. Sed si Herodotum secuti Melanopum Critheidis patrem, e qua natus Homerus sit, statuamus, legendum erit: προπάτορα εἶναι ἢ πάππον. Age descendamus:

Melanopus	
Ampelides	Critheis
Dius	Homerus.
Hesiodus.	

Julius Pollux lib. 3. c. 2. paulo dilucidius haec explicat: ἀνεψιοὶ ἀδελφῶν παῖδες, εἴτε πατραδέλφων, εἴτε ἐκ μητραδέλφων· εἴτε ἐξ ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς· εἴτε ἐκ δυοῖν ἀρρένων ἀδελφῶν, εἴτε ἐκ δυοῖν θηλειῶν. αὐτανεψιοὶ, οἱ ἀνεψιοί. οἱ ἐκ τῶν ἀνεψιῶν φύντες ἀλλήλοις ἀνεψιάδαι, εἴτε ἐξ ἀμφοῖν ἀρρένων εἶεν, εἴτε θηλειῶν, εἴτε ἐξ ἄρρενος καὶ θηλείας. ἀνεψιάδης {δοῦς ὅ, τε ἀνεψιαδοῦς καὶ
{δῆ ἡ ἀνεψιαδῆ, οἱ ἐξ ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις ἐξανεψιοὶ καὶ ἐξανεψιαί. Quaerendum hic videtur, iidemne sint ἀνεψιοὶ καὶ ἀδελφιδοῖ, an vero diverso respectu sic appellentur. Exempli gratia:

Peleus	*πάππος*	Telamon	Avus
Achilles	*υἱὸς*	Ajax	Filius
Pyrrhus,	*υἱδοῦς,*	Eurysaces,	Nepos.

Peleus, Telamon, fratres sunt, Achilles, Ajax, fratrum filii, atque iterum Pyrrhus et Eurysaces. Sed Ajax et Eurysaces ad Peleum relati suntne prior *ἀνεψιὸς ἢ ἀδελφιδοῦς*; posterior *ἀνεψιάδης ἢ ἀδελφιδοῦ υἱός*; et quomodo Latine appellantur? Ajax nepos ex fratre, Eurysaces nepotis ex fratre filius, an habent singula nomina? Jam Achilles et Ajax suntne *ἀνεψιοὶ* an *ἀδελφιδοῖ* inter se appellandi? Latine quidem fratres patrueles dicuntur. Jam Eurysacis patruus est Achilles, *πάτρως ἢ πατράδελφος*: magnus patruus Peleus: sed quomodo Graece dicitur? Aliudne habet nomen quam *πατραδέλφου πατήρ*? Haec et similia velim accuratius explicari a Jurisconsulto, qui idem et Graecae linguae peritus esset, et Graeca cum Latinis conciliare, et pro diversitate respectuum inter sese comparare. Idque aut jam fecisse (nondum enim ejus scripta legendi otium habui) aut facturum esse virum clarissimum et disertissimum, Matthaeum Wesenbeccium, et spero et opto. Vulgaria ista sunt: *ἀδελφὸς ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, ἀδελφὴ, frater, soror. ἀδελφιδοῦς, fratris aut sororis filius. ἀδελφιδῆ, fratris aut sororis filia. πάτρως, πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρὸς, patruus. μήτρως, μητράδελφος, θεῖος πρὸς μητρὸς, avunculus. πατραδέλφη, amita. μητραδέλφη, matertera. ἀνεψιὸς, consobrinus, fratris vel sororis meae filius, nepos ex fratre vel sorore. ἀνεψιὸς πρὸς πατρὸς, patruelis, amitinus.* (Sed de posteriore dubito.) *ἀνεψιὸς πρὸς μητρὸς, consobrinus. ἀδελφαὶ, sorores. ἀδελφιδαῖ, filiae sororum, consobrinae. ἀδελφιδαῖ, neptes ex sororibus vel sobrinae. ἀδελφοὶ, fratres. ἀδελφιδοῖ, fratrum filii patrueles. ἀνεψιοὶ, nepotes e patruelibus vel sobrini. ἀνεψιάδης ἢ ἀνεψιαδοῦς, filius vel patruelis vel amitini vel consobrini.* Sic *ἀνεψιάδη, filia* etc. *ἀνεψιότης, cognatio patruelium et consobrinorum.* Graeci Jurisconsulti *ἀνεψιὸν* vocant *ἐξάδελφον, ἐξανέψιον, ἢ δισανέψιον, τὸν ἀνεψιαδοῦν, ἀδελφὸν ἑτεροθαλῆ, τὸν μὴ ἐξ ἀμφοῖν γονέοιν, ἀλλ' ἢ ὁμοπάτριον μόνον ἢ ὁμομήτριον.* In Latinis appellationibus *sobrinorum et consobrinorum* non omnes consentiunt. Donatus: *Sobrini sunt e duabus sororibus, consobrini ex fratre et sorore.* Sed Cicero sobrinos remotiores facit, cum I. de Offic. dicit *consobrinorum sobrinorumque conjunctiones.* Francisc. Hotomannus ex Jurisconsultorum auctoritate "Consobrini," inquit, "sunt qui quaeve aut e duabus sororibus nascuntur, vel ex avunculo aut matertera prognati, vel in genere *ἀνεψιοὶ*, quilibet fratrum aut sororum liberi. Patrueles fratres et sorores vel e duobus fratribus, vel e patruo. Patruus magnus, frater avi, patruus maximus, abavi frater. Sobrini proprie dicuntur sororum fratrumque nepotes et neptes, et sunt ultimi cognationum gradus. Sobrinus patris mei consobrini filius et matris meae consobrini filius. Sobrinus est nepos magni patrui. Proavunculus proaviae pater: promatertera proaviae soror. Atavus, abavus, proavus, avus, pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, nota sunt.


Amitini inter se dicuntur ex fratre et sorore nati. Hos Donatus appellat consobrinos." Thesaurus Roberti Stephani sic habet: "Sobrini sunt 1. sororum filii, 2. ex fratribus, sororibus, patruelibus, consobrinis, amitinis, procreati et quicunque cognati."—P. 1061. v. 5. *ἀνεψιὰν εἶναι ἐκ πατραδέλφων* Πολέμωνι, *τῷ πατρὶ* Ἁγνίου. Quod alias dicit *ἀνεψιὰν πρὸς πατρός. πατράδελφος, patruus, θεῖος πρὸς πατρός.* Hesychius. Quis hujus Oenanthes pater fuerit, non exprimitur. Sed esto Cleocritus Hagniae primi frater. Hagnia natus est Polemo. Cleocrito Oenanthe. Est ergo haec soror patruelis Polemonis: quorum *πατράδελφοι* fuerunt Hagnias et Cleocritus.—Ibid. v. 26. *Καλλίστρατον ἀνεψιὸν εἶναι ἐκ πατραδέλφων* Πολέμωνι, *τῷ πατρὶ* Ἁγνίου *καὶ* Χαριδήμῳ. Series haec est:

1. Hagnias,	1. Eubulides,	Stratius,	Fratres.
Polemo.	Callistratus.	Charidemus.	Patrueles.

Ex eodem ordine fuit et testis, sive Habronis, sive Cleocriti F. patruelis et ipse Polemonis.—Ibid. v. 28. *τὴν δὲ μητέρα τὴν ἑαυτοῦ ἀνεψιοῦ παῖδα εἶναι* Πολέμωνι. Nata ergo vel ex Habrone vel ex Cleocrito patruelis Polemonis filia fuit.—P. 1063. v. 21. *κατὰ δὲ τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ, Φυλομάχην, νομιζόμενον ἀνεψιὸν εἶναι Εὐβουλίδην* Ἁγνίᾳ *πρὸς πατρός. patruelem esse.* Non opus est addere *a patre.* Nec enim est ambiguum. Atqui et a patre Philagro est patruelis Hagniae. Ex utroque ergo parente. Sed quomodo ista consentiunt? *κατὰ τὴν μητέρα* et *πρὸς πατρός.* Num quia Phylomache soror Polemonis, patris Hagniae, fuit, et non matris? Series haec est:

Polemon—Phylomache. Fratres.
Hagnias——Eubulides. Ex fratre et sorore nati: qui consobrini erunt, Donato auctore, non patrueles.—Ibid. v. 23. *ἐκ τηθίδος γεγονότα* Ἁγνίᾳ *πρὸς πατρός.* Videtur *τηθὶς* aeque *πρὸς πατρὸς* dici *amita πρὸς μητρὸς matertera,* ut *θεῖος.* WOLF.

1058, 3. *τῷ δὲ Εὐβουλίδῃ,—οὑτοσὶ ὁ παῖς*] Wolfius: "Labyrinthus est hic locus et plane crux fixa interpretibus etc." Distingendum: *τῷ δὲ Εὐβουλίδῃ, τῷ τῆς Φυλομάχης υἱεῖ, ἀνεψιῷ δ'* Ἁγνίου *ὄντι πρὸς πατρὸς, Εὐβουλίδου ἀνεψιοῦ παῖς ὢν* Ἁγνίᾳ *πρὸς πατρὸς, οὑτοσὶ ὁ παῖς. τῷ δὲ Εὐβουλίδῃ,* Eubulidae vero (secundo), *τῷ τῆς Φυλομάχης υἱεῖ,* Phylomachae filio, *ἀνεψιῷ δ'* Ἁγνίου *ὄντι πρὸς πατρὸς,* a patre autem (Philagro) Hagniae (secundi) sobrino (*second cousin*), (*ἐγένετο*) *οὑτοσὶ ὁ παῖς,* hic puer (Eubulides tertius). *παῖς ὤν,* qui filius est (adoptivus). *Εὐβουλίδου,* Eubulidae (secundi). *ἀνεψιοῦ* Ἁγνίᾳ *πρὸς πατρὸς,* sobrini (*second cousin*) Hagniae (secundo) a patre (Philagro). Puerum, Eubuliden tertium, Eubulidae secundi *filium* vocat Sositheus, quia ab eo adoptatus fuerat: natura enim nepos ejus ex filia erat. Clariora haec erunt, inspecto stemmate, quod ita se habet:



SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 112.

1058, 5. πατρὸς—ἐπειδὴ] Dobraei, cujus emendationem recepi, annotatio haec est. "Deleta var. lect., nisi sit scholion, lege partim adjuvantibus MSS. Φυλομάχης υἱεῖ, ἀνεψιῷ δ' Ἁγνίου ὄντι πρὸς πατρὸς, οὑτοσὶ ὁ παῖς, ἀνεψιοῦ παῖς ὢν Ἁγνίᾳ πρὸς πατρὸς, ἐπειδὴ— Scil. Πολέμωνος. Sic Phylomache 2. Sosithei uxor, dicitur Hagniae cognata πρὸς πατρὸς, scil. ab Hagniae patre, non suo. Vide p. 1059, 29. 1060, 12. 1066, 15. 1068, 15. 23. inprimis 1063, 22. 1064, 3." Comparanda cum his quae Boorius disseruit p. 16 seqq.

1058, 11. τούτου] Utrum Ἁγνίου an αὐτοῦ τοῦ Μακαρτάτου? Intelligo τοῦ Ἁγνίου. Nam quid ad Sositheum alioqui attinet Macartati orbitas? WOLF.

τῷ μὲν παιδὶ τούτῳ—] Sententia est: puero huic, Eubulidae tertio, convenit aliquod nomen illorum nominum, quae commemorantur ab illa lege, quae sancit, quinam jure in haereditatem aliquam vacuatam et controversam succedant. Est enim ἀνεψιοῦ παῖς ad illum Hagniam, super cujus haereditate controversia nunc agitatur. Atqui παῖδες ἀνεψιῶν a lege numerantur in legitimis haeredibus. Est ergo hic Eubulides haeres Hagniae. Macartatus enim non est Hagniae ἀνεψιοῦ παῖς. REISK.

1058, 17. αὐτῷ] Filio Macartato. Sed praestat, opinor, ἑαυτῷ, quod dant codd. notae melioris. SCHAEF. ἑαυτῷ defendit etiam Boorius p. 61. et Schoemannus ad Isaeum p. 458. iterumque in censura p. 538. Nam quum Theopompus hereditatem peteret propter gradum affinitatis quo ipse cum Hagnia conjunctus erat, nihil caussae erat cur hoc loco Macartati filii gradus affinitatis potius urgeretur quam Theopompi ipsius, quem orator negat ex illis esse ἀνεψιῶν παισὶν, qui ad successionem vocentur.

1058, 25. ᾧ] Id est ὁ λέγων. Hoc enim obtentu, quod scilicet asseveraret, quamquam falso, Theopompus, meum filium ab Hagnia longius distare et non in eadem domo esse cum Hagnia,—. REISK.

1059, 1. οὐκ ὢν τοῦ οἴκου] Malim οὐκ ὢν ἐκ τοῦ οἴκου. V. p. 1058, 2. Nam saepissime occurrit illa dictio, ἐξ οἴκου τινὸς et ἐξ οἴκου ἑτέρου εἶναι. Repugnat tamen v. 7. REISK.

1059, 2. ὑπερμέγεθες ψεῦδος] V. Boorius p. 25. et Schoemann. ad Isaeum p. 461.

1059, 3. τε] Abest ab A. r. Recte adest, etsi non sequitur quod secuturum exspectes. Exspectes enim v. 6. καὶ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι εἴη τοῦ αὐτοῦ οἴκου Ἁγνίᾳ, οὐδεπώποτε γενόμενος. Persaepe autem, idque variis modis, post praemissum τε constructio abrupte inflectitur. Conf. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 31. SCHAEF.

1059, 16. ἐνίκησε τοῦ κλήρου] Cave subaudias vel cum Wolfio ἕνεκα vel cum Reiskio in Ind. Graecitat. τὴν δίκην. Est enim νικᾶν, idem illud valens quod αἱρεῖν, de genere verborum judicialium, quae solenniter junguntur genitivis. Eadem constructio hujus verbi recurrit v. 22. 24. et p. 1060, 2. SCHAEF.

1059, 21. πρὸς τῷ διαιτητῇ] Obscurum est quomodo haec caussa ab arbitro judicata dici possit, quum p. 1051, 19, ubi ejusdem mentio fit, dictum sit ἀπηλλάττοντο ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου. BOOR. p. 147.

1060, 22. ἀναγνώσεται] Vide inflexam constructionem. Antecessit enim ἀναγίγνωσκε—πρῶτον μὲν— : nunc sequitur (oratione ad judices conversa) ἔπειτα—ἀναγνώσεται. SCHAEF.

1061, 3. Οἰνάνθην] Haec est filia unius ex filiis Buseli, Habronis fortasse aut Cleocriti. BOOR. p. 147.

1061, 5. πατραδέλφων] πατράδελφος in iis nominibus, quae Attici oratores longe seposita habuerint, numerat Lobeckius ad Phrynich. p. 306. quem falli docent exempla hujus usus Demosthenica. V. infra v. 27. p. 1063, 14. 1064, 2. 1084, 17. SCHAEF. Non legitur apud oratores nisi in hac ipsa formula ἐκ πατραδέλφων idque nonnisi numero plurali, etiam ubi unus tantum designatur. Sunt autem ἀνεψιὸς ἐκ πατραδέλφων fratres patrueles, i. e. e patruis prognati, quum unusquisque ἀνεψιὸς patrem habeat alterius patruum, patruum autem hujus patrem, patruorum igitur invicem filii sint ἀνεψιοί. V. Schoemann. ad Isaeum p. 280. Idem θεῖος ἐκ πατραδέλφων p. 1084, 17. propria significatione obscurata nihil nisi πρὸς πατρὸς designare monet.

1061, 14. ἑαυτῶν] Legendum ἑαυτοῦ, quia praecedit μαρτυρεῖ. WOLF. Non opus. Plures homo liberos habuit. V. p. 1062, 1. SCHAEF.

1061, 28. τὴν δὲ μητέρα—Πολέμωνι] Hujus testis mater videtur filia esse filii filiaeve Habronis aut Cleocriti. BOOR. p. 148.

1061, 29. ἑαυτοῦ] Malim ἑαυτῶν. suam matrem sibi cum fratribus et sororibus suis communem. REISK. Caussa suspicionis quod pluralis legitur v. s. Sed ibi res aliter habet. SCHAEF.

1062, 13. κατεχρῶντο] Raro simpliciter hoc verbum sic usurpatur. τά τ' ἄλλα ἔλεγεν—, καὶ κατεχρήσατο πρὸς τοὺς δικαστὰς, ὅτι ἐγὼ— p. 1179, 7. SCHAEF.

1062, 20. τοσουτουσὶ] *Tot, quot hîc adstantes videtis.* Sic τηλικουτονὶ v. 17. SCHAEF.

1062, 22. τούτῳ] Macartato scilicet. SEAGER. Diar. Classic. 59. p. 113.

1062, 29. Φιλάγρου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Ἁγνίου] Sic etiam infra p. 1066, 16. Atqui non Hagniae, sed Polemonis fuit ἀνεψιός, cujus nomen hic in libro Weimarano, altero loco in margine Lambini positum est, quae emendatio sumta est ex p. 1057, 17. V. Boor. p. 53 sq.

1063, 8. ὡς—ἔσται] *Ut—sit.* Quod si recte habet, perquam notabilis est haec constructio τοῦ τελικοῦ ὡς cum futuri indicativo. Tetigit Hoogeveenus Doctr. Partic. Graec. vol. 2. p. 1190., etsi nullo ejus exemplo commemorato. Nam quod e Platone (Republ. 4. p. 420. extr. HSt.) attulit, diversissimi est generis: ὡς enim illic valere *nam* arguit ipsa quae sequitur negativa οὔτε, quam τὸ τελικὸν ὡς prorsus aversatur. SCHAEF.

1063, 12. ὑπόλοιποι] Post h. v. vulg. addit genealogicum hoc stemma:

		Ἀδελφοὶ		
Πατὴρ,	Πολέμων		καὶ Φυλομάχη,	μήτηρ.
		Ἀνεψιοὶ		
καὶ υἱὸς,	Ἁγνίας		καὶ Εὐβουλίδης,	υἱός.

Totum hoc stemma abest ab A. B. [ceterisque codicibus.] Plane expunxi. Neque ab ipso Demosthene profectum est, neque scitissime est confectum, sed parum illustrat obscuritatem rei, et abest ab optimis codicibus, et alieno loco est positum. REISK.

1063, 15. Φανοστράτην] V. ad p. 1056, 27.

1065, 27. ἀνακρίνοι] Sudaudi αὐτόν. SCHAEF.

Οὑτοσὶ] Est compellantis. *Heus tu.* SCHAEF.

1066, 8. ἀλλ' οὐδὲ παραπλήσιον] Recurrit v. 22. SCHAEF.

1066, 13. πατρος] πάππου margo Lutetianae. Wolfius in Farragine: "Utrumque verum. Fuit enim et e filia nepos et filius adoptivus, si modo filium adoptare mortuus potest." Apud Tataros mortuorum adeo conjugia contrahuntur, quo cognati superstites defunctorum haereditates adire queant. REISK. V. not. ad p. 1053, 16. SCHAEF.

1066, 16. Φιλάγρου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Ἁγνίου] V. ad p. 1062, 29.

1066, 21. τῶν—ἐκγόνων] Genitivus pendet a nominativo οὐδ' ὁτιοῦν ὄνομα. V. v. 8. τὸ αὐτὸ poterat omitti, ut supra l. c. omissum est. *ne unum quidem nomen, quod idem sit.* SCHAEF.

1066, 28. οἷς—, τούτους—] τούτους si manet, necesse est ut ad οἷς subaudiatur νόμοις, ut sit sententia: *Quibus legibus legislator jus et nomen ἀγχιστείας et cum eo haereditatem tribuit*, cuicunque illa tribuit, *eas leges scriba vobis praeleget.* Malim tamen ad οἷς subaudiri ἀνθρώποις et pro τούτους legi περὶ τούτων, ut sit sententia: *Quibus hominibus legislator proximum cognationis locum et jus haereditatis adeundae dat, super illis ipsa legis verba scriba vobis recitabit.* REISK. Veram hanc esse loci hujus sententiam docet p. 1067, 16.: sed optime habet τούτους. Post οἷς—κληρο-

νομίαν subaudi *ἵνα εἰδῆτε*. V. ad p. 237, 25. SCHAEF. V. Boor. p. 150.

1067, 2. *μὴ διαθέμενος*] *Ab intestato*, qui potuisset tamen testamentum condere propterea, quod prole mascula careret. Pater enim nullus, cui filii essent, testamentum condebat: inutile enim id fuisset, filiis vel sine testamento ipso jure civili in paternam haereditatem succedentibus. Filiabus autem nulla erat pars haereditatis paternae, quippe dotem adeptis pro portione sua, nisi si fratribus carerent et pater testamento sua bona non donasset alii cuipiam: nam id licebat facere. REISK. V. de hac lege Schoemann. Antiq. publ. p. 196.

1067, 3. *σὺν ταυτησί*] Sententia postulat addi: *τοὺς υἱοὺς σὺν ταυτησί*. WOLF. Index Lambini haec suadet: *ἐὰν μὲν καταλίπῃ θηλείας σὺν ἄρρεσι, τοὺς ἄρρενας σὺν ταυτησί. σὺν ταυτησὶ*, scilicet *δεῖ κληρονομεῖν τοὺς κληρονομοῦντας*. *una cum illis debent haeredes haereditatem adire*. h. e. nemo potest alicujus haereditatem adire sine prole mascula et sine testamento defuncti, nisi aut filiam filiasve ejus in matrimonio jam habeat habeantve, aut eam easve matrimonio ducat ducantve. Filiae enim solae per se haereditatem neque adire neque tenere poterant, sed mariti earum adibant nomine uxorum tenebantque tanquam earum *κύριοι*, h. e. tutores et praesides. REISK. Mirabilis ellipsis verborum *δεῖ κληρονομεῖν τοὺς κληρονομοῦντας* non apparet quomodo admitti potuerit, nisi quis aliqua praecessisse fingat ex quibus suppleri illa possent. Sed proxima quoque tam confusa et partim absurda sunt ut non dubitandum sit quin hanc quoque legis formulam pro subditicia haberi oporteat cum Frankio in Ephemerid. Jenens. a. 1844. p. 743. partim confictam ex Isaei verbis p. 44, 38 seqq.

ἐὰν δὲ μὴ] S. *καταλίπῃ παῖδας θηλείας*. WOLF.

1067, 4. *ὁμοπάτορες*] Nescio an desit *καὶ ὁμομήτορες*. Verum esto hoc quidem, utcunque vult: subauditur *δεῖ αὐτοὺς τὴν* (add. *τοῦ*) *ἀδελφοῦ μοῖραν λαγχάνειν*. Si defuncto sine liberis et ab intestato sunt fratres, hi cernunt partem fratris, h. e. si unus est frater, is adit totam haereditatem, si plures sunt, pro rata quisque eorum. REISK.

1067, 5. *τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν*] Universi hi filii ejus, qui defuncti ab intestato patruus fuerit, accipiunt tantum, quantum tulisset eorum pater pro parte sua, si tum adhuc superfuisset. REISK.

1067, 7. *ἀνεψιοὺς καὶ παῖδας* ex conjectura Bunsenii addita sunt. Nunc praefero simplex *τοὺς*, quod addidit Schaeferus. Ceterum Bunsenius non illa tantum verba sed multo plura excidisse ratus est, toto loco sic scripto, *ἢ ἀδελφῶν παῖδες, ἀδελφὰς καὶ παῖδας ἐξ αὐτῶν, ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφαὶ ὦσιν ἢ παῖδες ἐξ αὐτῶν, ἀνεψιοὺς καὶ παῖδας ἐξ αὐτῶν κατὰ ταὐτὰ λαγχάνειν*, recte repugnante Schellingio de Solon. leg. p. 115. Schaeferi rationem etiam Schoemannus adoptavit, qui de hac lege dixit in censura Boorii p. 515 seqq.

1067, 8. ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι] H. e. si sint ex eodem patre et ex eadem matre: quo excluduntur fratres e diversis matribus. REISK.

καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω] Sic Theopompus erit Eubulidae praeferendus: nam cognatio cum Hagnia est a Phylomache, quamvis ejusdem familiae sit. WOLF. Appellat γένος articulum seu gradum generis in linea descendente, ut in caussa hac nostra Eubulides tertius ratione γένους seu ordine nascendi duobus distabat gradibus ab Hagnia, Macartatus autem uno tantum gradu: quo fiebat ut Macartatus γένει esset ἐγγυτέρω, Eubulides autem ἀπωτέρω. REISK. Sic καὶ ἐὰν vertendum *etiamsi*. SCHAEF.

1067, 10. μέχρι ἀνεψιαδῶν παίδων.] μέχρι παίδων, *usque ad liberos sobrinorum*. WOLF. Videtur Wolfius voc. ἀνεψιαδῶν sublatum voluisse. παίδων uncis inclusi meo judicio, quod videtur e varia lectione natum, aliis libris dantibus μέχρις ἀνεψιάδων, aliis, quod idem est, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων, quomodo etiam Wesselingius ad Petiti LL. Att. p. 584. vult corrigi. μέχρι includit, non excludit. REISK. Recepi Wesselingii emendationem, quam Schoemann. ad Isaeum p. 455. extra dubitationem posuit collatis Isaei locis p. 83, 8. 84, 29. et 34.

1067, 13. νόθῳ δὲ μηδὲ νόθῃ—] Conf. Aristophanes Av. 1664. SCHAEF. V. de hac lege Schoemann. Antiq. publ. p. 197.

νόθῳ—ἄρχοντος] Haec iisdem verbis leguntur apud Isaeum p. 61, 6.

1067, 15. ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος] Recte animadvertit Petitus, tria haec verba partem legis non esse, sed a seriba post exactos triginta tyrannos addita esse, quo constaret, ex quo tempore lex illa valida inciperet esse. V. p. 713, 20. 742, 11. Quapropter hanc temporis notam ab ipsa lege interjecto puncto discrevi. Sitne haec lex Solonis, quod voluit Petitus, an recentior, possit ex hac appendice chronologica dubitari. Praeterea suspicatur idem Petitus, verba μήτε ἱερῶν μήθ' ὁσίων ab ipso Solone non esse profecta, sed serius addita. Si lex ipsa a Solone est, de quo non constat, nil impedit quominus ipse Solon etiam haec adscripserit. Sed hoc est apertius, vocabulum κοινωνίαν deesse. *Neque spurio neque spuriae convenit* ἀγχιστεία, *neque communio sacrorum civiliumve jurium.* REISK. Non deest κοινωνίαν. *Spurio spuriaeque ne esto jus anchisticum in sacra bonaque privata.* Photius, Ὅσια, τὰ ἰδιωτικὰ καὶ μὴ ἱερά. H. l. de haereditate intelligendum. V. not. ad p. 1081, 1. SCHAEF. Ex verbis ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος nihil aliud colligi potest quam novam eamque haud dubie auctiorem legis Soloneae editionem factam esse Euclide archonte (Olymp. 94, 2.): de quo conjecturam protulit Schelling. de Solonis leg. p. 96.

1067, 17. οὐ μὰ Δί' οὔ] οὐ μὰ Δί' οὐχὶ— p. 523, 1. Add. p. 1445, 6. 327, 22. SCHAEF.

1067, 23. οὐ προσέταξεν, ἀλλὰ πάνυ—] Vulg. οὐ προσέταξε πολλὰ πάνυ ἐν τῷ νόμῳ, ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐπάναγκες·

ἀλλὰ πάνυ—. Verba πολλὰ πάνυ—ἐπάναγκες delevi ut inutilia. Sequitur enim sententia plane eadem iisdem paene verbis: ἀλλὰ πάνυ πολλά—. Fac etiam illa a me meo judicio deleta partem esse hypophorae seu fictae objectionis. Veruntamen vel sic legendum esset προσέταξε καὶ οὐ πολλὰ πάνυ— et esset oratio praeterea puerilis et affectata. REISK. Sane idem bis dicitur, sed non eadem orationis figura. Quo magis enim argumentum hoc a legibus sumtum judices advertat, orator primum usus σχήματι ἀποφατικῷ deinde transit in σχῆμα καταφατικόν. Adde quod ipsum illud ἐπάναγκες (i. q. ἐξ ἀνάγκης) tale est, ut ab interpolante non videatur scriptum esse. SCHAEF. Secutus sum Reiskium.

1067, 25. πρόφασιν] τοῦ μὴ ποιεῖν. SCHAEF.

1067, 26. τὸν πρῶτον] Legem primam earum quae recitandae sunt. BOOR. p. 151.

1067, 27. ΝΟΜΟΣ] Legis hujus praeter Demosthenem mentionem facit Pollux (Onomast. 3, 3.): θῆτται, ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρᾳ συνοικῇ, ἢ πάντως γαμεῖ, et Terentius in Phorm. 2, 2, 75:

> Lex est, ut orbae, qui sunt genere proxumi,
> Iis nubant; et eos ducere eadem lex jubet.

Cf. eund. in ead. fab. 2, 1, 65; Suid. in v. Θῆττα; Harpocrat. v. ἐπίδικος; Etym. M. in v. Θῆττα; Diodor. 1, 12; Aristophan. Gramm. ap. Eustathium. Il. φ; quorum duo posteriores Solonis fuisse legem affirmant. Exscriptos vide illos locos ap. Meurs. Lect. Attic. cap. 5, 1; Them. Attic. 1, 13; Petit. p. 551 sqq.; Desid. Herald. 3, 15. SCHELLING. de Solonis leg. p. 102. Totam legem commenticiam esse recte statuit Frankius. V. ad p. 1068, 6.

1067, 28. ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν] θῆτες sunt mercenarii, paulo superiores servis. Itaque apud Platonem Euthyphron exagitatur οὐ βουλόμενος ὑπὲρ θητὸς ἀνδρὸς ἐπεξιέναι φόνου τῷ πατρί. Hinc θῆσσα τράπεζα apud Euripidem et verbum θητεύω, unde θητεία. Latine dici possunt *capite censi* et *proletarii*. WOLF. Citat h. l. Harpocration v. Θῆτες. REISK. V. Photius, qui quae paullo ante habet, sic corrigenda videntur: Θῆσσα, ἡ πενιχρὰ ἀπολειφθεῖσα ὑπὸ τῶν γονέων καὶ ἐπιδικαζομένη γάμου τῷ ἀγχιστεῖ. SCHAEF. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 195.

1067, 29. ἔχειν] Subaudi τινά. REISK. Immo αὐτήν: qui singularis latet in antegresso plurali ὅσαι. Conf. quae nuper dedi ad Porsoni Orest. p. 85. —ἔχειν, h. e. λαμβάνειν πρὸς γάμον, ut Harpocration et Photius l. c. Pherecydes in schol. ad Apoll. Rhod. 3. 1186. jungit γαμεῖν et ἴσχειν. SCHAEF.

ἐκδιδότω] Subaudi αὐτήν. REISK.

ὁ—πεντακοσιομέδιμνος] Hi ditissimi fuerunt, sic dicti a quingentorum medimnorum frumenti annuo reditu. Phaenippus fuit χιλιομέδιμνος absque vino. WOLF.

1068, 2. ζυγίτης] Lego ζευγίτης: quorum bini unum equum ad bellum communi sumtu praebuerunt. Tales videntur olim apud

Germanos nostros fuisse *die Halbritter*. WOLF. Assentior Wolfio. V. Anecd. Bekk. p. 261, 15. Photius p. 52. et Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 2. p. 19. SCHAEF.

1068, 2. *πρὸς οἷς αὐτῆς*] Horum verborum sensus non alius esse potest quam cavendum esse ne drachmarum summae in praecedentibus verbis memoratae computentur inclusis iis quae *ἐπίκληρος* ipsa haberet. Mire autem dictum *πρὸς οἷς αὐτῆς* pro *πρὸς τούτοις ἃ αὐτῆς ἐστι*, pro quo exspectes potius *πρὸς τοῖς αὐτῆς*.

1068, 3. *ἐαν δὲ μὴ*] Bene habet *μὴ*, neque debebat expelli ad exemplum Basileensium, qui auctore Wolfio id omiserunt. Patet e proximo opposito, *ἐὰν δὲ πλείους ὦσι*. Sententia legis haec est : Si plures una *ἐπικλήρῳ* non sint in una familia *θητικῇ*, tum oportet singulos quosque illi familiae adscriptos partem suam conferre ad hujus puellae elocationem, et tum non tenetur proximus genere eam aut elocare de suo aut ipse matrimonio ducere. Verum si plures sint ejusmodi puellae, tum contra res habet. Qui proximus est genere, ducito ipse aut de suo elocato : ut conferant gentiles, nil opus est, nisi ad unius virginis elocationem. REISK. Bene habere *μὴ* tantum abest ut pateat e proximo opposito, ut hoc ipsum clare ostendat negativam ferri non posse. Cum enim sequatur *ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι*, manifesto apparet quod antecedit *πλείους* intelligi oportere de *viris*. Wolfio bene monenti assentitur etiam Sluiterus Lect. Andoc. p. 89. "Particulam *μὴ* ante v. *πλείους*," inquit, "delendam esse ex sententia manifestum est : nam quomodo quaeso singuli partem conferant in dotem, si non plures uno sint cognati ?" SCHAEF. Delevi *μή*, recte rejectum etiam ab Schellingio de Solonis leg. p. 101.

τῇ ἐπικλήρῳ] Malim continuare antecedentibus : ut post *ἐπικλήρῳ* subdistinguatur. SCHAEF.

πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον] Ut, si 5 sint *πεντακοσιομέδιμνοι*, singuli centenas drachmas numerent, ut dos 500 drachmarum compleatur. WOLF.

1068, 6. *τῷ γένει*] *τῷ ἐν γένει* lego, addita praepositione. WOLF. Ne audias. *genti*. Generatim loquitur legislator : sive unus sit, sive plures, quibus hoc oneris injunctum est. SCHAEF. Quae huic loco inest difficultas Schaeferi interpretatione non magis tollitur quam Wolfii conjectura. Neque enim apparet quomodo fieri potuerit ut si una esset *ἐπίκληρος*, a pluribus dotanda esset collata pecunia ; si vero plures essent *ἐπίκληροι*, una tantum earum ab toto genere esset dotanda. Hanc dubitationem removit C. F. Hermannus (in censura Boorii), qui *τῷ γένει* in *τῷ γ' ἐνί* mutavit : verum non apparet quid fieri debuerit, si plures essent *ἐπίκληροι*, unus autem propinquus tantum. Mira etiam sunt verba *ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι ἢ αὐτὸν ἔχειν*, in quibus jam Wolfius haesit : quae interpolata diceremus, nisi tota lex ab falsario composita esse videretur. In genuina legis formula quid lectum fuerit tacente oratore nescimus : hoc tantum patet, si lex talis fuisset qualis

nunc legitur, nihil caussae Sositheo esse potuisse cur de ἐπικλήρῳ disceptaret (ἐπεδικάζετο p. 1068, 16.), quae aut dotanda ab eo esset aut ab ipso ducenda. FRANK. in Ephem. Jenens. a. 1844. p. 742.

1068, 6. ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα—ἢ αὐτὸν ἔχειν] Utrum hoc refertur ad caeteras orbas puellas, an est repetitio, ne quod cognatis effugium pateat? WOLF. Posterius verum. SCHAEF.

1068, 7. μὴ ἔχῃ] Scilicet γυναῖκα. *Si matrimonio ducere nolit.* REISK.

1068, 10. τῇ Ἥρᾳ] Ut Ζυγίᾳ. SCHAEF.

1068, 16. ἐπεδικαζόμην] Simpliciter *in matrimonium petebam jure cognationis*: neque enim propterea lis fuit. Sic etiam p. 1075, 25. SCHAEF.

γένει ὢν ἐγγυτάτω] Non video, qui Sositheus genere fuerit Hagniae propior quam Macartatus [imo Theopompus], nisi forte quia erat a patre matris oriundus ab Eubulide primo, qui erat Hagniae primi frater proximus seu fratrum quinque nascendi ordine secundus, cum Stratius, a quo deveniebat Macartatus [imo Theopompus], esset frater tertius. Praeterea Callistratus, avus Sosithei, frater erat Polemonis, penes quem Phylomache, amita Hagniae ab intestato defuncti, erat. REISK.

1068, 17. προσῆλθε] Scilicet τῇ Φυλομάχῃ aut τῇ ἐπιδικασίᾳ περὶ αὐτῆς. REISK.

1068, 20. τῇ αὐτῇ] Subaudi ἐν ᾗ ἐγὼ τότε ἦν. REISK.

1068, 28.—1069, 29. In lege hac tripertita emendanda et explicanda viri docti, quorum opiniones infra partim exposuimus, multum, sed frustra laborarunt. Nam ut vitia nonnulla scripturae librariis sint imputanda, tamen tota lex ab falsario est conficta, quod Frankius in Ephem. Jenens. a. 1844. p. 739 sq. ita demonstravit ut nihil dubitationis relictum esse videatur. Manifesta autem fraus est partim ex ipsis legis praeceptis partim ex genere scribendi quo usus est interpolator. Ac primo quidem mirum est phratores juberi una cum propinquis interfectorem persequi (συνδιώκειν, i. e. ἐπεξιέναι, quod est verbum legitimum: v. p. 1161, 9.), quum in αἰδέσει tum demum adhibendi esse dicantur, si propinqui nulli essent. In proxima sententia ἐὰν δὲ αἰδέσασθαι—κρατεῖν, jam per se parum apte expressa, de αἰδέσει caedis voluntariae agi videtur, quantum ex verbis oppositis ἐὰν—κτείνῃ ἄκων colligi potest. Id autem si voluit falsarius, non cogitavit αἴδεσιν ἀκουσίου tantum φόνου fuisse, de quo v. ad p. 983, 18. Porro mortuos in demis, quos nemo sustulerit, cognati jubentur, imperante demarcho, tollere et sepelire et demum purgare eodem die quo singuli mortui fuerint, quod repugnat legi Solonis, quae mortuos postquam per diem expositi fuissent (v. ad p. 1071, 1.) sepeliri jubebat. Denique demarchus jubetur mortem servorum dominis, ingenuorum autem heredibus (qui mire appellantur οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες) denunciare, si vero mortuo bona nulla fuerint, tum demum

cognatis rem nunciare. Qualia quis credat veteri legislatori placuisse? Manifestum est igitur longe alias quam quas nunc habemus leges recitari jussisse oratorem easque haud dubie Solonis, non, ex quo suo partim adumbravit falsarius, Draconis, quem similia quaedam praecepisse ex oratione contra Euergum et Mnesibulum novimus p. 1160 sq. Ceterum tria legum capita distinxi praeeunte Boorio, quem v. p. 151 sq., interpositis lineolis separata.

1068, 28. προειπεῖν] Subaudi δίκην δεῖ. *Oportet* vel *Convenit diem denunciare peremtori, quo in judicio compareat.* SCHAEF. V. ad p. 1348, 11.

1068, 29. ἐντὸς ἀνεψιότητος] *Qui propius attingunt occisum quam sobrini*, ut pater, frater, filius, patruus. REISK. Conf. p. 1161, 10. κελεύει ὁ νόμος ἐπεξιέναι μέχρι ἀνεψιαδῶν. Ἀνεψιαδοῖ autem, qui Latinis consobrinorum filii vocantur, postremi sunt eorum qui ἀνεψιότητος nomine comprehenduntur, qui sicut ad hereditatem (v. ad Isaeum p. 455. 456.) ita etiam ad caedis accusationem vocantur ex Solonis lege h. l. allata et Platonis Leg. 9. p. 871. Monuit Schoemann. Antiq. publ. p. 288.

καὶ ἀνεψιοῦ] Verba haec delenda videntur: nam ἐντὸς figit extremum terminum, quousque aliquid pertingat. Ergo ἀνεψιὸς inest etiam τῇ ἀνεψιότητι. Sententia legis est: Qui propius attingunt peremtum quam sobrini, liceto illis diem peremtori dicere; qui autem longius distant, ut soceri, mariti sororum (imo generi), sobrini et sobrinorum liberi, fas illis esto caussae subscribere et accusationem participare. REISK. Mihi quoque haec videntur delenda. SCHAEF. Delevi. Cf. Boor. p. 119.

1069, 2. καὶ ἀνεψιαδοῦς] Etiam hoc redundare videtur: non enim video qui παῖδες ἀνεψιῶν ab ἀνεψιαδοῖς differant. Nisi volumus hanc legi sententiam tribuere: Peremtori diem dicunto qui sunt citra consobrinitatem et consobrini ipsi. (Sed tum erit v. 1. legendum non ἀνεψιοῦ, sed in accusativo plurali ἀνεψιούς.) Participanto autem caussam etiam liberi consobrinorum, et mariti sororum, vel mariti filiarum occisi, et eorum consobrini, item soceri occisi, et eorum consobrini nepotes, et phratores occisi. Quicquid est, locus est obscurus et dubius, quem peritiores illuminent. REISK. Videtur illuminari, si hac ratione refingas: συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιοὺς καὶ ἀνεψιαδοῦς καὶ γαμβροὺς καὶ πενθεροὺς καὶ φράτορας. SCHAEF. Fallitur. Veram totius loci scripturam dedi, nisi quod verba καὶ ἀνεψιῶν παῖδας delere debebam, quorum absurditatem demonstravit Schoemannus l. c. p. 288. qui "Apparet enim," inquit, "alios esse qui προειπεῖν, alios qui συνδιώκειν jubentur, neque igitur possunt ἀνεψιοί, ἀνεψιαδοῖ, ἀνεψιῶν παῖδες, qui quum ἐντὸς ἀνεψιότητος sint, προειπεῖν jubentur, rursus etiam cum γαμβροῖς, πενθεροῖς, φράτορσι συνδιώκειν juberi, ut taceam perversum istorum verborum ordinem, et ἀνεψιῶν παῖδας additos ἀνεψιαδοῖς, quum utraque appellatione iidem significentur. Dixerunt de illa lege Bunsen. de

jure hered. p. 36. 37. Meier. de gentil. Att. p. 18. Matth. de judic. p. 159. Mueller. ad Aeschyli Eumen. p. 126. aliique quos commemorare nihil attinet, quum nemo verum viderit." Alia conjecit Schelling. de Solonis leg. p. 72. refutata a Frankio l. c. p. 739.

1069, 2. *ἐὰν δὲ αἰδέσασθαι δέῃ*] Involuntariam caedem post annuam absentiam (*ἀπενιαυτισμόν*) reconciliatamque cum propinquis occisi gratiam lustrationibus quibusdam piari leges jusserunt, atque etiam absque illa absentia, si propinquis videretur, piari permiserunt: v. c. Pantaenet. p. 983, 19. De tali expiatione et reconciliatione sine *ἀπενιαυτισμῷ* accipienda est lex h. l. allata, ubi verba *ἐὰν δὲ αἰδέσασθαι δέῃ* significant necessitatem *αἰδέσεως* interfectori impositam. Huic ut in patria manere liceat necesse est *αἰδέσασθαι* propinquos, qui tamen *αἴδεσιν* negare eumque ad *ἀπενιαυτισμὸν* cogere possunt. Post *ἀπενιαυτισμὸν* vero consentaneum est reditum in patriam atque *αἴδεσιν* negari a propinquis non amplius potuisse, quippe quum legi satisfactum esset. Neque obstant huic sententiae verba legis apud Demosth. in Aristocr. p. 644. *φεύγειν ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος*, si statuas *aliquem* horum cogi potuisse ut *αἰδέσεως* ritum perficeret. Sententia igitur legis haec est, ut *αἴδεσιν* ante perfici jubeat quam ille in patriam revertatur. De *αἰδέσασθαι* verbo cf. Ast. ad Platon. Leg. 9. p. 877 A. (vol. 2. p. 448 sqq.) et de ritu Mueller. ad Aeschyli Eum. p. 144. Pertinent huc *τὰ ὑποφόνια*, quorum Harpocration meminit et quae data esse ait propinquis *ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι μηδὲ γενέσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην*. Cf. Bekk. Anecd. p. 313. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 298. Harpocration, *αἰδέσασθαι, ἀντὶ τοῦ μεταπεισθῆναι. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς, εἰ γνήσιος. καὶ Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθη* (p. 991, 4.) *ἐν δὲ τῷ κατ' Ἀριστοκράτους* (p. 644, 1.) *οὗτος ἀντὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι καὶ πεῖσαι.* Hesychius s. eodem v. *τὸ ἔνοχον ὄντα φόνῳ ἀκουσίῳ καὶ πεφυγαδευμένον ἐφ' ὡρισμένῳ χρόνῳ* (adde *τοὺς προσήκοντας* cum Scaligero) *τοῦ τετελευτηκότος ἐξιλάσασθαι ὡς εἰληφότα ἤδη τιμωρίαν.* Brevius gramm. in Bekk. Anecd. p. 354 extr.

1069, 4. *πάντας, ἢ τὸν κωλύοντα κρατεῖν*] *πάντας*, scilicet *δεῖ αἰδέσασθαι*. *omnes illos oportet consentire in gratiae cum homicida reconciliationem.* REISK.

ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ] Subaudi *ἐν τοῖς ζῶσιν ἢ παροῦσι, παρῇ, ὑπάρχῃ*. *Si nemo horum adsit* vel *supersit.* REISK.

1069, 5. *οἱ πεντήκοντα*] Alibi fit mentio magistratus *τῶν τετταράκοντα*. At in argumento Androtioneae incertus fuisse Areopagitarum numerus traditur. WOLF.

καὶ εἷς] Correxi meo judicio *καὶ εἷς, ἢ οἱ ἐφέται.* Sunt enim iidem *οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς* et *οἱ ἐφέται.* Posteriora haec addita sunt interpretationis ergo legi, sive ab ipso Demosthene, sive a scholiasta quodam: nam in lege ipsa verba haec scholium redolentia, *ἢ οἱ ἐφέται*, primitus non fuerunt. REISK. Delevi verba *ἢ οἱ ἐφέται*.

1069, 6. *αἰδεσάσθων*] Vulg. *ἐσέσθων*. Correxi meo periculo *αἰδεσάσθων*. Si quinquaginta et unus viri, hoc est Ephetae. pronuntiaverint homicidam caedem peregisse involuntariam, tum, si nemo cognatorum supersit, ignoscunto homicidae veniamque caedis ei faciunto, si volent, phratores (peremti puta) numero decem. REISK.

ἐὰν θέλωσι, δέκα] Continuare malim *ἐὰν θέλωσι δέκα*. SCHAEF.

1069, 7. *οἱ πρότερον κτείναντες*] Subaudi *ἢ τόνδε τὸν νόμον τεθῆναι*, *ante hanc legem latam*. Nam alias solent leges in tempora futura, non in praeterita ferri. REISK.

1069, 8. *ἀριστίνδην*] In *ἀγχιστίνδην* mutat Schoemann. Antiq. publ. p. 295. Vulgatum defendit Meier. de gentil. Att. p. 19. *τούτοις* in *οὗτοι* mutato, quod Pollucis 8, 125. verbis defendit *ἐφέται τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα· Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν ἀριστίνδην αἱρεῖσθαι*, quam correctionem Schelling. de Solonis leg. p. 74. probat ita ut verba *οὗτοι—αἱρείσθων* tanquam glossema ex loco Pollucis compositum ejicienda esse censeat, quae non improbabilis conjectura foret, si genuina haec lex esset.

1069, 10. *τοὺς—ἀπογινομένους*] Non peremtos modo, sed etiam morte repentina exstinctos, in via publica jacentes. Existimabant enim veteres a cadavere projecto semitas et vias publicas pollui. Locum hunc interpretatur Valcken. ad Herodot. 2, 136. p. 270. et Petiti errorem castigat. REISK. Recte in Ind. Graecitat. vertitur *mortuos*: sed perperam additur "nisi leg. sit *τοὺς—ἀποκτεινομένους*." SCHAEF.

1069, 11. *ἀπογιγνομένους*] Si quis malit *ἀπογενομένους* motus aoristo *ἀπογένηται* v. 13, legat quae scripsi ad Theocriti Epigr. 7, 2. et ad Bion. 1, 14. Sic *οἰχόμενοι* et *ἀποιχόμενοι* sunt *mortui*. V. H. Stephani Thes. s. h. v. *τοῖς κατοιχομένοις* p. 1073, 1. *τῶν κατοιχομένων* p. 1391, 12. SCHAEF.

ἀναιρῆται] Valckenarius in H. Stephani Thes. s. v. *ἀναιρέω*: "In lege ap. Demosth. 608." (hac lege) "*ἀναιρεῖν* et *ἀναιρεῖσθαι* emend." Medium recurrit v. 18. Sed activum legitur v. 12. et 20. Ut erraverit vir egregius, si alteram utram formam habuerit pro vitiosa. Sic *πράττειν* et *πράττεσθαι* idem valent v. 23. *ἐκφέρειν* et *ἐκφέρεσθαι* p. 1071, 3. 4. SCHAEF.

1069, 17. *ἐπαγγέλλειν*] Scilicet *δεῖ οὐδὲν ἧττον*. *nihilominus tamen debet imperare*. REISK.

1069, 21. *καταθάψαι*] Malim *θάψαι*. V. v. 12. SCHAEF.

δύνωνται] Si bene habet, subauditur *μισθοῦσθαι οἱ μισθωσάμενοι* vel *οἱ ποιοῦνται*. *demarchus conducito quosdam, qui hoc faciant, sed tam parvi quam facere poterunt*. Conveniret tamen mea quidem sententia melius *δύνηται*, ut ad demarchum redeat: *conducito tam parvi quam conducere possit*. Et sic quoque Wolfius reddidit. REISK. Bene reddidit: nec potest per rationem constructionis aliud subaudiri quam *ἀπομισθῶσαι*. Pluralis *δύνωνται* positus est, tanquam si antecessisset *οἱ δήμαρχοι*: nam lex generatim praecipit. Conf. p. 1071, 2. 3. SCHAEF.

1069, 22. *ὀλιγίστου*] Subauditur *μισθοῦ*. REISK. Nihil subauditur: est enim generis neutrius. SCHAEF.

1069, 26. *μισθώσεις*] Post h. v. deesse videtur *ταύτας καὶ τάς*. Nam alias non video quid illă de locatione fanorum Minervae deorumque reliquorum et heroum eponymorum hic loci sibi velint. REISK. Locus est integer. Talis enim sepultura, opinor, fiebat nomine et auctoritate *τεμένους* ipsique funebrium curatores erant homines *τεμενικοί*. Pecunia igitur ad sepulturam necessaria numerabatur aerario *τοῦ τεμένους*. SCHAEF.

1069, 27. *ἐπωνύμων*] De tribus, non de demi eponymo recte accipit Schoemann. Antiq. publ. p. 204.

1070, 1. *τοὺς προσήκοντας ποιεῖν*] Notabilis h. l. variatio constructionis verbi *προστάττειν*, ut quod eadem in periodo junctum sibi habeat et dativum et accusativum cum infinitivo. SCHAEF.

1070, 25. *Σόλων ὁ νομοθέτης*] Alibi non raro simpliciter *ὁ νομοθέτης*, sed addito Solonis nomine p. 1183, 10.

1071, 1. *τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον*] Nota est *πρόθεσις* mortuorum, de qua locos veterum collegit Becker. Charicl. vol. 2. p. 174. Ejus duplex caussa fuit, altera *ὡς ὁρῷτο ὁ νεκρὸς μή τι βιαίως πέπονθε*, ut ait Pollux 8, 65., altera ut de morte certius constaret nec vivus quisquam sepeliretur: v. Platon. Leg. 12. p. 959.

1071, 2. *ὅπως ἂν βούληται*] Ad *τὸν ἀποθανόντα* referendum: *exponatur intus defunctus quo loco se collocatum voluerit.* SCHELLING. de Solonis leg. p. 129.

1071, 3. *τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν—*] V. ad p. 553, 11.

πρὶν ἥλιον ἐξέχειν] *πρὸ ἡμέρας* ap. Platon. Leg. 12. p. 966. Ceterum conf. Antiphont. de chor. p. 782.

1071, 8. *ἐντὸς ἀνεψιαδῶν*] *Intra sobrinas*, hoc est, intra patruelium et consobrinorum liberos, inclusive: ut et *αἱ ἀνεψιαδαῖ* jus habeant prosequendi funeris. WOLF. *ἐντὸς ἀνεψιαδῶν* dicit, quia hoc termino circumscriptum erat jus hereditatis. Monuit Becker. l. c. p. 178.

1071, 12. *οὗ*] *ἀντὶ τοῦ ἐν ᾧ τόπῳ*. REISK.

1071, 13. *μέχρι ἀνεψιότητος*] Supra *ἀνεψιαδῶν* dixit: unde cum *ἀνεψιαδότητα* formare non posset, abusus est vocabulo *τῆς ἀνεψιότητος*, ut eo, quod et ad *ἀνεψιαδοῦς* extendatur. WOLF. Est vocabulum Soloneum. Pollux 3, 28. *Δημοσθένης δὲ τῆς ἀνεψιότητος εἴρηκε καὶ Σόλων.*

καὶ πρὸς] Id est *καὶ ἐᾷ πρὸς—*, nisi *καὶ* in *ἐᾷ δὲ* mutandum.

1071, 15. *οὐκ ἀνεψιὰ*] Rectius dixisset *οὐ μόνον ἀνεψιά*. Monuit Schoemannus ad Isaeum p. 449.

1071, 22. *οὐ τὴν—γυναῖκα*] Verba sic composita subjiciunt menti diversas esse has duas mulieres. Sed eadem est foemina Theopompi uxor et mater Macartati. Verum sententia haec: Jus illi foeminae nullum est, neque quatenus est uxor Theopompi, neque quatenus est mater Macartati. REISK. Generatim Orator loquitur: ut, etsi hac in caussa una eademque

foemina fuit, tamen ut duas diversas cogitare potuerit. Reapse autem cogitasse docent quae statim sequuntur verba numeri pluralis. SCHAEF.

1072, 4. οἴεσθαι δεῖν] Haec verba omitti poterant, quum praecedat ὡς ἄρα δεῖ: sed addidit quoniam illa longius remota sunt.

1072, 19. Ἀμφιόνεσσι] Vocabulum corruptum, ab Feliciano ulterius depravatum in Ἀμφικτυόνεσσι, correxit Boorius restituto ἀμφὶ ὀνήσει, *auxilii caussa*, pro quo περὶ ὑγιείας dictum est in oraculo p. 531, 7. Tum vitiosa corrigenda interpunctio est, me invito relicta, sed pridem ab aliis correcta. Nam post ἀμφὶ ὀνήσει interpungendum, proxima autem περὶ τύχας ἀγαθᾶς Ἀπόλλωνι etc. conjungenda, ut apparet ex oraculo simili p. 531, 8.

1072, 25. οὗ ἐπώνυμοι ἐστὲ] ἐστὲ, vos Athenienses, κατὰ φυλήν. Unaquaeque tribus ex heroe, auctore et principe suo, appellabatur. REISK. Bene Reiskius. Mirum vero fuerit ostentum, quod non omnes tribus viderint. SCHAEF.

δωροτελεῖν—ἁγημένα] δωροτελεῖν, καὶ τὰ πάτρια τοῖς ἀποφθιμένοις ἐνιχναύμενα ἀμεραιτελεῖν τοὺς ποθήκοντας κατὰ τὰ ἁγημένα. Posui totum locum, ut vitiose circumfertur in libris. Reliqua emendavi praeter postrema, quae nondum expedire potui. δωροτελεῖν καττὰ πάτρια τοῖς ἀποφθιμένοις ἐν ἱκνουμένᾳ ἁμέρᾳ. Hactenus bene procedit emendatio e libris et ingenio cum nostro tum aliorum virorum doctorum: quamquam in his, quae posui, nihil est e libris non ductum. *sacrificare et munera vota persolvere Manibus defunctis in die cuique competente.* Deinde velim: τελεῖν δὲ τοὺς ποθήκοντας (*munera illa vero debent persolvere cognati*) κατὰ τὰ ἁγημένα. Valckenarius ad Herodotum 6, 65. p. 467. conjicit τελεῖν τοὺς ποθήκοντας καττὰ τεταγμένα. Qua de conjectura statuat quod quisque volet. Mihi videtur aliud aliquid e vetusta lingua latere. Vulgata si bene habet, erit ἁγημένα idem atque ἡγημένα, id est νενομισμένα δίκαια καὶ ὅσια, ἃ οἱ ἄνθρωποι ἡγοῦνται δίκαια καὶ νόμιμά σφισιν εἶναι. Videtur tamen ἡγμένα melius convenire ab ἄγειν. *secundum publicam* ἀγωγὴν, *institutionem morum, disciplinam* (ut nos loquimur) *ecclesiasticam.* REISK. τὰ ἁγημένα probat etiam Buttmannus Gramm. vol. 2. p. 84. ed. Lobeck.

1073, 1. τοῖς κατοιχομένοις ποιεῖν] Post τοῖς κατοιχομένοις aut post ποιεῖν deesse videtur τὰ νενομισμένα. REISK. Rectius Ind. Graecitat. s. v. ποιεῖν "scil. τὰ νομιζόμενα, *justa facere.*" ποιεῖν enim, ut *facere*, proprie de sacris dicitur. τοῖς κατοιχομένοις, *mortuis.* Cum vulgo Orator loquitur: nam in ipsa oraculi formula est τοῖς ἀποφθιμένοις p. 1072, 26., ut Pythium deum loqui decebat. τὰ τῶν κατοιχομένων νόμιμα p. 1391, 12. Hesychius vol. 2. p. 205. Κατοιχομένων. νεκρῶν, τεθνεώτων. ἀπελθόντων. ἀποθανόντων. Neve tirones mirentur participium poni praesentis, legant quae notavi ad p. 1069, 11. SCHAEF.

1073, 6. ὅτι—ἀγωνίζονται] Notabilis catachresis genitivorum absolutorum. Nemo non exspectet: ὅτι πολὺν χρόνον ἔχοντες τὸν κλῆρον νυνὶ ἀγωνίζονται. Sed vulgata est sanissima. SCHAEF.

1073, 8. πλείω] Id est πάνυ πολὺν, vel pro πλείω ἢ προσῆκεν. REISK. Posterius verum. SCHAEF.

1073, 10. μὴ ἡμῖν] Nam si per nos stetisset, istam haereditatem nunquam adisset, sed statim ab adjudicatione eam ipsi rursus cripuissimus. REISK.

1073, 12. ἀγωνίζεσθαι] Subaudi δεῖν vel ἀναγκάζεσθαι. REISK. Cave subaudias. ὥστε—ἀγωνίζεσθαι, *qua mora factum est ut nunc—caussam agant.* Sic v. 7. legitur ἀγωνίζονται, non ἀγωνίζεσθαι ἀναγκάζονται. SCHAEF.

1073, 18. ἐνδεικνύμενοι] Malim ἐνδεικνύμενον in accusat. singul. gener. neutr. *unum quid peregerunt turpissimum et legibus in primis repugnans maximeque ostendens nulli alii rei quam cupiditati eos esse deditos atque intentos* REISK. Placet. SCHAEF.

1073, 26. ἐξεπρέμνιζον] Citat Harpocration s. h. v.

1074, 13. πρεμνιζομένας] Frustra Reiskius ἐκπρεμνιζομένας. Compositum fuit vulgaris sermonis, simplex judicialis. V. Pollux 7. 146. Simplex interpretantur etiam Anecd. Bekk. p. 293, 21. SCHAEF.

1074, 16. ἧττον δὲ] Subaudi a communi δεινὰ ἐποίουν. REISK.

1074, 21. δημόσιον ἢ δημοτικὸν] Fanum δημόσιον est publicum totius populi: δημοτικὸν est peculiare δήμῳ alicui. Sententia est: nisi si oleae caedantur ad usum templi alicujus seu publici seu vicani, seu denique ad usum privati cujusque caedentis domesticum. ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι est idem dictum atque ἢ πρὸς τὸ χρῆσθαι ἑαυτῷ. Observandum hoc constructionis ergo, quae haec est: ἐὰν μὴ δέῃ χρήσασθαι 1. εἰς ἱερὸν Ἀθηναίων δημόσιον, 2. ἢ εἰς ἱερὸν δημοτικὸν, 3. ἢ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρῆσιν ἑκάστου, (καὶ ταύτας μὲν μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν μόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου,) 4. ἢ ἐπὶ ἀποθανόντα. Est igitur sententia haec: Si quis oleas exscindat, luat pro singulis quibusque oleis centenas drachmas, nisi si adhibeat 1. ad condenda templa omnium Atheniensium publica, 2. ad templa demis propria, 3. ad usum cujusque domesticum, (sed has quidem nonnisi binas annuas.) 4. ad mortuum cremandum. REISK. Post ἐὰν μὴ malim subaudire ἐξορύττῃ. SCHAEF.

ἑαυτῷ χρῆσθαι] ἑαυτῷ est dativus commodi: ad χρῆσθαι autem subaudiendum αὐτῇ. SCHAEF.

μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν] Binas quotannis effodere ad privatum usum videtur concessisse lex: et hoc positum ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τὰς δύο ἐλαίας, ut sit ἀκυρολογία quaedam. Cur enim binarium numerum potius quam alium expressisset, si licere hoc noluisset? WOLF. Non est ἀκυρολογία: recteque interpretatur Reiskius. SCHAEF.

1074, 23. τῆς ἐλαίας ἑκάστης] Id est ἀντὶ τῆς ἐλ. ἑκ. REISK.

1074, 25. ἐπιδέκατον] Idem quod δέκατον. WOLF. V. H. Stephani Thes. s. h. v. SCHAEF.

τούτου] Subaudi τοῦ ἀργυρίου aut τοῦ ὀφλήματος. REISK.

1074, 27. πρὸς τοὺς—δικασταί εἰσι] Non puto, legem loqui de Novemviris, (alioqui enim τὸ ὧν ἕκαστοι frustra adderetur,) sed in genere de quibusvis magistratibus. WOLF. Ut, si quis era-

dicasset oleam, qui non civis, sed inquilinus esset, caussam ejus judicabat Polemarchus: si quis oleam eradicasset ex agro controverso, pertinebat ea caussa ad Archontem Eponymum: si quis e luco alicui deo consecrato, deferenda erat ea caussa ad Basileum seu Regem sacrorum. REISK. V. ad p. 629, 22.

1074, 28. τοῦ αὐτοῦ μέρους] Id est ὑπὲρ ἑαυτοῦ, vel ὑπὲρ τοῦ μέρους τοῦ εἰς αὐτὸν καθήκοντος. REISK. In publicis caussis sacramenta a reo nulla, ab actore tum demum ponenda erant, si poenae irrogatae pars quaedam ipsi cessura esset, ut videri posset non rei publicae solum, sed sui quoque privati commodi caussa agere. Unum hujus rei exemplum ex h. l. attulit Boeckh. Oecon. 1. p. 376. quod quin ad *φάσιν* pertineat dubitari non potest. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 278.

1075, 1. ἐγγραφόντων—τοῖς πράκτορσιν] ἐγγραφὴ πρακτόρων commemoratur p. 778, 18. SCHAEF.

1075, 12. μηδ'—ποιεῖν] ποιεῖν τι ἐκ τόπου, *movere aliquid e loco.* V. H. Stephani Thes. s. v. ποιέω. SCHAEF.

1075, 21, τὴν θυγατριδῆν] *Neptem ex filia.* Sic fuit haec Buseli proneptis. WOLF.

1075, 23. υἱδοῦς] *Nepos ex filio.* Buselus, Eubulides, Callistratus. WOLF.

1075, 24. τοῦ ἀδελφιδοῦ τοῦ Ἅβρωνος] Habron enim et Eubulides fratres fuerunt. Callistratus ergo Habronis ex fratre nepos. WOLF.

1075, 25. ἐπεδικασάμην] V. ad p. 1068, 16. SCHAEF.

τούτου] Hujus filii mei, Eubulidae minoris, cujus nomine ego hanc caussam ago. V. p. 1076, 2. REISK.

1075, 28. ἀπέδωκα] Velut debitum aliquod. Majori enim natu filio debebatur, ut generis conservatori et propagatori, nomen avi. REISK. Bene Reiskius *velut debitum aliquod.* V. not. ad Longi Pastoral. p. 409. SCHAEF.

1076, 4. (καὶ γὰρ—γυναικὸς)] Philagri filius ex secunda uxore, frater Eubulidae germanus, Phylomachae secundae patruus. WOLF.

1076, 12. πρώτιστον] Formam hanc in scriptis oratorum veterum perrraram dicit Lobeckius ad Phrynich. p. 419. Ac rarior mihi etiam videtur: quanquam non ignoro e bonis libris passim revocandam esse, ut p. 1176, 17. V. H. Stephani Thes. s. v. πρῶτος. SCHAEF.

1076, 15. τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων] Isaeus p. 66, 28. νόμῳ γὰρ τῷ ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶντα, προστάττει τὴν ἐπιμέλειαν.

1076, 18. κυεῖν] κύειν habet Reisk. in Ind. Graecitat. V. Buttmannus Grammat. Gr. maj. 2, 1. p. 177. (230. ed. Lobeck.) SCHAEF.

μὴ ἐάτω ὑβρίζειν] S. τινὰ τὰς γυναῖκας. WOLF.

1076, 19. ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος] S. ζημίαν τῷ ὑβρίσαντι κατὰ τὴν οὐσίαν. etsi τὸ τέλος suspectum est, nec placet κατὰ τὸ ἄγος ἢ μύσος. Puto etiam definitam mulctam pecuniariam, quae extra

judicium infligi possit, a librario praetermissam. WOLF. ἐπιβάλλειν (scilicet ζημίαν) κατὰ τὸ τέλος. Dubium est quid sibi velit κατὰ τὸ τέλος. Mihi videtur hoc velle. Erant magistratibus et judicibus minoribus permissae poenae arbitrariae et multae, ultra quas non licebat iis ascendere. Si majorem poenam multamve rei meruisse viderentur, debebat res ad concionem aut ad majus judicium referri. Sed has multas arbitrarias infligebant archontes κατὰ τὸ τέλος, ut maxima eorum esset multa, qui ex ordine τῶν πεντακοσιομεδίμνων essent, media τῶν ἱππέων, minima τῶν ζυγιτῶν. Aliter accepit Petitus LL. Att. p. 594. REISK. Verba κατὰ τέλος nihil amplius significant quam intra eum modum intra quem multare licet. V. Meier. de lite Att. p. 34. Sic apud Isaeum p. 47, 26. κατὰ τὸ τέλος ζημιοῦσθαι, ubi notavit Schoemann. p. 275.

1076, 21. προσκαλεσάμενος πρόπεμπτα] *Judicio in quintum diem denunciato.* πρόπεμπτα interpretantur et πεντημόριον et πρὸς ε´ ἡμέρας. WOLF. Citat h. l. Harpocration v. Πρόπεμτα, male quidem ille vocabulum interpretans [προς ἡμέρας πέντε, cum Didymo.] Significat enim πρὸ πέντε ἡμερῶν aut πρὸ τῆς πέμπτης ἡμέρας. *die quinto ante quam habetur ipsum judicium.* REISK.

1077, 4. ὁ Μακάρτατος] Recte cum articulo. Sic enim solet in nominibus propriis syntaxis Graecorum. SCHAEF.

1077, 8. εἰσαγαγεῖν εἰς τὸν οἶκον τὸν Ἁγνίου] Quod propter pietatis officium facere debebat, ne οἶκος interiret. V. Schoemann. ad Isaeum p. 439.

1077, 11. πρὸς ἀνδρῶν αὐτῷ προσήκειν] Se gentilem seu agnatum esse Hagniae. WOLF.

1077, 12. τὸν υἱὸν τὸν γενόμενον τῷ Μακαρτάτῳ] Vide ne e margine in textum immigraverint. SCHAEF.

1077, 13. τῷ πρὸς μητρὸς] F. τῷ θείῳ τῷ πρὸς μητρός. Atque adeo ne dubito quidem quin ita legendum sit. WOLF.

1077, 14. τὸ τούτου μέρος] κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος. WOLF. Non ἑαυτοῦ, sed τοῦ υἱέος. SCHAEF.

1077, 15. ὁ δὲ νόμος κελεύει] φησὶ δ' ὁ Μακάρτατος ὅτι ὁ νόμος κελεύει. WOLF. Immo ipsius Sosithei verba sunt. SCHAEF.

1077, 16. κρατεῖν—ἐκ τῶν ἀρρένων] V. p. 1067, 7. SCHAEF.

1077, 21. οὐ—ταῦτα μόνον] Subaudi πεποιήκασιν, aut ἠδικήκασιν, aut ἠλλοτριώκασιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἁγνίου. REISK. Simpliciter ἐστὶ subaudiendum. SCHAEF.

1078, 12. τούτων] Macartati et amicorum ejus et dudum ante Theopompi, patris Macartati. REISK.

οὐκ ἐθελήσας ἅψασθαι κ. τ. λ.] Qui ἔφερον τὴν ψῆφον, debebant ἅπτεσθαι τοῦ ἱερείου καὶ ἀπάγειν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ, ut deinde mactaretur. Quod cum Macartatus pueri in phratores receptionem indignatus facere noluerit, neglectae cerimoniae Sositheus hanc caussam callide nec sine sanna edit, quod homo voce, non calculo, suffragatus sit, ut qui viscerationis in partem venire non dubitaverit. Conf. p. 1054, 6. SCHAEF.

ἀπαγαγεῖν—ποιήσας] Malim ἀπαγαγὼν—ποιῆσαι. REISK. Ne

audias. *ὑπεύθυνον αὐτὸν ποιήσας* referendum tam ad *ἅψασθαι* quam ad *ἀπαγαγεῖν*: ut delenda sit distinctio post *βωμοῦ*. SCHAEF. *αὐτὸν* male excusum pro *αὐτόν*. Notavit Meierus de gentil. Att. p. 16.

1078, 23. *τὴν μερίδα τῶν κρεῶν*] *ἡ μερὶς τῶν κρεῶν* pars victimae est in communibus sacris immolatae, cujus carnes ex more inter phratores distribuendae erant: idque *κρεανομεῖν* dicitur et *κρεανομία*. Conf. Apollodor. *περὶ θεῶν* ap. Harpocrat. s. v. *μεῖον*. SCHOEMANN. ad Isaeum p. 425.

1078, 24. *παρὰ*] *ὑπὲρ* conjicit Meierus de gentil. Att. p. 16.

1078, 28. *αὐτοὺς*] S. *τοὺς τετελευτηκότας*. Est enim *εἰδωλοποιΐα* quaedam. WOLF. Hagniam, Eubuliden, reliquos cognatos dudum defunctos. REISK.

1079, 1. *θηρίων, οἵ*] Conf. notata ad Porsoni Hecub. p. 25. ed. tert. Lips. SCHAEF.

1079, 15. *τὰ ὑμῖν αὐτοῖς συμφέροντα*] Judices dicit, si pro Macartato pronuntiare sustineant, designaturos esse quod simili in caussa ipsis ipsorumque liberis detrimentum afferat. SCHAEF.

XLIV.

ADVERSUS LEOCHAREM.

ΠΡΟΣ ΛΕΩΧΑΡΗΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ] Notandum proprie dicendam esse orationem κατὰ Λεωχάρους ψευδομαρτυριῶν, quod liquet ex p. 1082, 2. sqq. 1094, 5. sqq. 1097, 12.—1098, 13. collato Harpocratione et Isaeo p. 38, 11. 52, 18. ap. Vales. p. 44. DOBR. Orationem non scriptam esse ab Demosthene opinantur Baiterus et Sauppius.

In argumentum Libanii.

1079, 1. Ἀρχιάδου] Tabula generis:

Lysippus Crioënsis — Euthymachus Otrynensis

Mnesimache—Midylides — Archippus — Archiades, super cujus hæreditate certatur. — Archidice—Leostratus Eleusinius.

Clitomache —Aristoteles Pallenensis — Filia

Leocrates

Aristodemus — Habronichus — Midylides — Leostratus

Aristoteles, actor in Leocharem. — Leochares — Leocrates.

REISK. Stemma:

Lysippus — Euthymachus

Mnesimache—Midylides. — Archippus. — Archiades. — Archidice—Leostratus.

Clitomache—Aristoteles — Filia

Leocrates 1.

Aristodemus. — Habronichus. — Midylides. — Leostratus

Leocrates 2. — Leochares.

Leocrate secundo mortuo, pater ejus Leostratus filium suum, mortui fratrem, Leocharem, in locum ejus substituit, tanquam filium adoptivum Leocratis mortui. Sic haereditatem Leostratus, ut duabus ancoris nitatur domus sua, et per se petit, et filium Leocharem διαμαρτυρεῖν facit. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 265.

1080, 12. παραπλησίαν] F. πεπλασμένην. Cujusmodi est et Eubulidea in superiore oratione, in qua et illud mireris, cum Eubulides Hagnianam haereditatem complures annos tenuisse videatur, eam filiae ejus germanae fuisse ereptam. WOLF. Bekkerus: "Fortasse leg. παράπλαστον." Tales adoptiones etsi fuerunt legitimae (v. Meierus de Lite Att. p. 435.), tamen facile intelligitur largam litigandi materiem inde peti potuisse. SCHAEF. παρ' ἀπληστίαν Voemelius. Tale quid si scripsit, omnium facillimum foret παραπληξίαν.

1080, 5. διαμαρτυρίαν] Hesychius: Διαμαρτυρία, δίκη τις ὁμοία τῇ παραγραφῇ (non περιγραφῇ). ταύτῃ δ' ἐναντία ἡ εὐθυδικία. Proprium Latinum nomen non occurrit: sed Graecam vocem secutus *testificationem* verti. Nam cum accusator hic peteret Archiadae haereditatem, Leochares apud praetorem testificatur eam nihil ad Aristodemum attinere, διαμαρτυρήσας μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον τὸν Ἀρχιάδου. WOLF. V. Harpocration et Anecd. Bekk. p. 236. SCHAEF.

1081, 1. τὰς ἀγχιστείας] τὰ ἀγχιστικὰ δίκαια, quae dicit Ammonius p. 3. V. ad p. 1067., 15. SCHAEF. Significantur autem ἀγχιστείας nomine omnia ea jura, quae cum cognatione conjuncta sunt, quibus nemo uti poterat nisi justis nuptiis procreatus. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 193.

1081, 2. ἐγγυτάτω γένους e libris melioribus restitutum pro vulgato ἐ. γένει. Genitivus ἐγγύτατα γένους est infra p. 1088. 1090. 1074. 1180. ἐγγυτάτω γένους in lege Solonis ap. Aristoph. Av. 1666.

1081, 12. καταστασιασθέντας] *Nolite pati nos homines pauperes et inopes* (h. e. praesidiis amicorum potentium denudatos) *a factione improba inimicorum potentium opprimi.* περιϊδεῖν τινα καταστασιασθέντα est ἀμελεῖν καὶ ἐᾶν καταστασιάζεσθαι αὐτόν. REISK.

1081, 15. τῶν νόμων τυγχάνειν] Id est τῶν δικαίων τῶν ἐκ τῶν νόμων προσγιγνομένων. *si quis nos sinat ea adipisci, quae nobis jure debentur per leges.* Recurrit haec eadem dictio p. 1089, 12. REISK. Nisi forte et hic et illic νομίμων scribendum est. Conf. p. 733, 11. 776, 25. 1085, 10. SCHAEF.

1081, 20. ἅμα—ἰδιώτης εἶναι] Insolens. Malim ἅμα τῇ πενίᾳ καὶ τῷ ἰδιώτης εἶναι. aut ἀπὸ τῆς πενίας: ut sit sententia: Pater meus (quid enim id dissimulem, cujus vos conscii estis universi?) ita in hoc judicio versatur, ut ei et paupertas et imperitia rerum manifesta testimonia perhibeant, hoc est, omnem suspicionem

molitionis alicujus injustae excludant. Sed quid si *ἅμα τῷ πένης καὶ ἰδιώτης εἶναι*; WOLF. Sententiam loci Wolfius perspexit: modo ne tentasset quae sunt sanissima. Ceterum conf. p, 560, 21, SCHAEF.

1081, 23. *ἀνθρωπίνης*] Quae res, humana cum sit et accidere vel honestissimo cuique possit, dedecori esse meo patri non debet. REISK.

1082, 1. *τῶν τοιούτων*] Cujusmodi sunt Leochares hic et ejus pater et gentiles amicique. REISK. Mihi videtur esse generis neutrius. *de talibus rebus.* SCHAEF.

1082, 5. *διαμαρτυρίας*] Caussa, quae hac oratione agitur, est super *διαμαρτυρίᾳ* Leocharis, qui Leochares per exhibitam archonti *διαμαρτυρίαν* seu per interpositionem testimonii sui, quo confirmabat se verum et solum haeredem bonorum Archiadae esse, impeditum ibat ne Aristodemus illa bona possessum iret atque sibi adjudicari curaret. REISK.

1082, 8. *τὰ—διαμεμαρτυρημένα ἕτερον τρόπον ἔχει*] Ea, quae Leochares in sua *διαμαρτυρίᾳ* seu in suo libello intercessionis affirmavit, non conveniunt cum his, quae nunc in judicio dicunt. REISK.

1082, 26. *τούτῳ*] Scilicet *τῷ εἶναι ἐγγύτατα κατὰ γένος*. REISK.

1083, 2. *ἂν τούτῳ—σαφῶς παρακολουθήσητε*] I. q. *ἂν τοῦτο τὸ μέρος τοῦ ἀγῶνος σαφῶς μάθητε.* V. p. 1082, 15. Quanquam insolentior videtur phrasis *σαφῶς παρακολουθεῖν*. SCHAEF.

1083, 3. *καὶ τῶν ἄλλων—ἀπολειφθήσεσθαι*] I. q. *καὶ τῶν ἄλλων ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοήσειν*. SCHAEF.

1083, 4. *τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς*] Recurrit p. 1085, 28. SCHAEF.

1083, 7. *ἐκδιδόασι*] Scilicet fratres modo nominati. V. p. 1085, 28. REISK.

1084, 6. *τὸ κρατεῖν—ἐκ τῶν ἀρρένων*] V. p. 1067, 7. SCHAEF.

κληρονομιῶν] Vulg. *κληρονόμων*. Vulgatam si servas, significat *κρατεῖν obtinere caussam, vincere jure*. Sin alteram lectionem praefers, significat *possidere, tenere haereditates*. REISK.

1084, 17. *θεῖος—ἐκ πατραδέλφων*] V. ad p. 1061, 5.

1084, 27. *τοῖς τε γένεσι*] Id est *τοῖς συγγενέσι*. V. exempla ab Schoemanno collecta ad Isaeum p. 276.

1085, 11. *ἦν*] *Quae quomodo facta sit, post docebimus.* In iis enim quae proxime sequuntur adhuc agitur de jure hereditario *κατὰ τὰ ἀγχιστικὰ δίκαια*. SCHAEF.

1085, 18. *γὰρ*] Bekkerus: "Exspectabam *οὖν*." Mihi quidem *γὰρ* non displicet. Scilicet actor rationem reddit, cur pergat orare, etsi testimonia *τῆς ἀγχιστείας* commemorata ad caussam vincendam sufficere videantur. SCHAEF.

ὥστε] Pleonasmi hujus v. exempla congesta ad Sophocl. Oed. C. 1350. Hic notabilior etiam est eo, quod particula, etsi sequentia syntactice dirimens ab antecedentibus, tamen participium *δείξασι* non eximit vi attractionis. SCHAEF.

1086, 7. *τουτουὶ*] Aristodemi, patris mei. Nam filius, Aristo-

teles dictus, ni fallor, pro patre dicendi haud sueto caussam agit. REISK.

1086, 14. λουτροφόρος] Pollux 8, 66. τῶν δὲ ἀγάμων λουτροφόρος τῷ μνήματι ἐφίστατο κόρη ἀγγεῖον ἔχουσα ὑδροφόρον, ἢ ὑδρίαν, ἢ πρόχουν, ἢ κρωσσὸν, ἢ κάλπιν, scilicet εἰς ἔνδειξιν τοῦ ὅτι ἄλουτος τὰ νυμφικὰ καὶ ἄγονος ἄπεισι, ut ait Eustath. ad Hom. p. 1293. V. de hoc more Becker. Charicl. vol. 2. p. 460 seqq.

1086, 18. ἐνεβάτευσεν—εἰσποιηθείς] Qui inter vivos adoptati erant, sicuti per διαμαρτυρίαν aliorum ἐπιδικασίας submovere poterant, ita ipsos sine ἐπιδικασίᾳ per ἐμβατείαν hereditates occupare potuisse ostendit hic locus Demosthenis, ut monet Schoemann. ad Isaeum p. 409.

1087, 3. χρόνῳ δ' ὕστερον—ὁ γὰρ Λεωκράτης—] τοῖς γὰρ—δικασταί sunt in parenthesi posita. Quapropter γὰρ v. 5. malim abesse. Sed erunt quibus id ibi eleganter redundare videatur. REISK. Non redundat, sed est narrationem coeptam negligentius continuantis, qui verba ὁ Λεωκράτης—referret, non quo oportebat ad χρόνῳ δ' ὕστερον οὐ πολλῷ, sed ad interserta τοῖς γὰρ—δικασταί. Neque cum Wolfio putandum τῷ ἀναντάποδότῳ exprimi affectum soliciti hominis. SCHAEF.

1087, 6. ἐγκαταλιπών] Non licebat enim adoptivo in paternam suam familiam redire, nisi filio in adoptiva domo relicto. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 194. et cf. p. 1099, 17.

1087, 15. γνήσιον] Conf. p. 1093, 17. 1094, 16.

1087, 23. κἀκείνην—ταύτην] κἀκείνην redit ad proximum, loco posterius, paternam domum, ταύτην autem ad remotius, Archiadae haereditatem: paullo quidem alienius a more vulgari, neque tamen sine exemplis alibi prostantibus. REISK.

1088, 5. υἱὸν] Scilicet Leocharem. REISK.

1088, 7. γένει] Malim γόνῳ. Diversa enim sunt, in sermone fori Attici quidem, γένος et γόνος. V. p. 1090, 26. aliisque innumeris in locis. REISK. γένει non mutem. οἱ γένει πολῖται et οἱ ποιητοὶ inter se opponuntur p. 1125, 5. V. Ind. Graecitat. s. v. γένος. SCHAEF.

1088, 23. τῶν ἀνδρῶν τῶν ποιησαμένων] Archiadae et Leocratis patris: etsi mortuus ille οὐχὶ μὲν ἐποιήσατο, ποιηθέντα δ' οὐκ ἐξέβαλεν. WOLF.

1089, 7. διοικεῖται] Versutis strophis machinatur perficere, calliditate, corruptionibus, gratia aliisque nequam actibus rem gerit. V. p. 1091, 7. 1092, 5. 21. REISK.

1089, 29. Ὁ—τοῦ πράγματος λόγος] *Expositio naturae rationumve rei* Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. λόγος. V. ad p. 281, 8. SCHAEF.

1090, 8. πορευομένων ἡμῶν—ἐξῆγεν] Scilicet ἡμᾶς. V. L. Bosii Ellips. p. 50. SCHAEF.

1090, 13. τοῦ ἔργου] Prohibendi scilicet nos quoque justa Leocrati facere. Leostratum, mortui patrem naturalem, justa celebrare par erat: sed et nostrum jus erat una celebrare. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 266.

1090, 20. *ὅτι νὴ Δία—τετελευτηκότος*] Est *ὑποφορά*, quam sequitur *ἀνθυποφορά*: *ἀπεληλυθώς γ' εἰς τὸν πατρῷον οἶκον κ. τ. λ.* Sic p. 1095, 17. *ὅτι νὴ Δί'—υἱός. ὑπό γε τουτωνὶ—.* SCHAEF.

1090, 26. *οὐδενὸς ὄντος*] Subaudi *υἱοῦ*. REISK.

1091, 5. *καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως*] *Per fas et nefas.* V. Ind. Graecitat. s. v. *δικαίως*. *ὅπως δικαίως καὶ ἀδίκως δόξει*—p. 1108, 18. SCHAEF.

1091, 6. *οἷός τ' ἦν ἐγγράφειν* et *μετέχειν* significat: ea ejus erat audacia, ut se non duceret indignum semetipsum inscribere in codicem concionalem atque partem ferre ratam pecuniarum largitionalium, sed id conaretur utrumque efficere. Codex concionalis suus cuique demo proprius erat, in quo scripta erant nomina tribulium seu demotarum omnium, quorum ea esset aut aetas aut dignitas, ut iis liceret per leges concionibus interesse. Pari modo demo cuique suum erat *γραμματεῖον ληξιαρχικὸν*, in quo scripta nomina demotarum omnium idoneorum *λαγχάνειν ἀρχὴν*, magistratum sortiendi seu sortito capessendi. Apparet ex hoc loco prius illatos fuisse in codicem concionalem, tum etiam in alterum, unde magistratus sortirentur. REISK. Malim *οἷος ἦν*. V. ad p. 1032, 8. SCHAEF.

1091, 7. *καὶ τοῦτο διῳκεῖτο*] *Utque res confieret astute pervincebat.* SCHAEF.

1091, 10. *τῶν κοινῶν*] Distributionum numariarum, aut si quae aliae essent largitiones, ut carnium, olei, vini, vel etiam munium aut functionum, si quae essent publico nomine fungendae. REISK.

1091, 15. *ἐπὶ τὸ ὄνομά—εἰσποιηθῆναι*] Mox v. 25. *ἐγγραφῆναι—ἐπὶ τὸ τοῦ Ἀρχιάδου ὄνομα.* SCHAEF.

1091, 16. *πρὸς—ἀγορᾷ*] Si verum h. l. video, significat: tam e codice concionali, *ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πίνακος*, quam e lexiarchico. *ἡ τῶν ἀρχόντων ἀγορὰ* videntur esse comitia deligendis novis magistratibus. REISK. De his magistratuum creandorum conventibus v. Schoemann. ad Isaeum p. 369.

1091, 23. *τῇ διαδόσει*] *ἐν τῇ διαδόσει* legit Hemsterhusius ad Lucian. vol. 1. p. 163. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 226. Reisk. in Indice s. v. *διάδοσις* explicat *κατὰ τὸν καιρὸν τῆς διαδόσεως*.

1092, 10. *ἡμᾶς*] F. a. *πρὸς ἡμᾶς*. WOLF. Non intelligo, quid haec dictio, *ἡμᾶς ἀντεγράψατο Ὀτρυνεὺς εἶναι*, sibi velit. De qua donec melius mihi constiterit, suspicabor interim legendum esse *πρὸς ἡμᾶς ἀ. Ὀ. ε.* *actionem contra nos, a quibus accusatus esset, instituebat et accusationem in nos retorquebat asseverans se Otrynensem esse.* REISK. Sensum loci, quem puto sanum esse, Reiskius bene vidit. Ad Ὀτρυνεὺς εἶναι subaudias participium *γράψας*, quod latet in verbo *ἀντεγράψατο*. SCHAEF.

1092, 11. *δημοτευόμενος*] V. Harpocration s. h. v. et Anecd. Bekk. p. 186, 2. SCHAEF.

1092, 12. *ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις*] Nam demi quoque suas *ἀρχαιρεσίας* habebant. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 204, 205.

1092, 18. *δι' αὐτοὺς*] *διὰ τούτους* A. r. Vere, opinor. Sensum

autem hunc esse arbitror: *non quod his* (Leostrato ejusque factioni) *minus faverent, sed ut legibus obsecundarent.* SCHAEF. δι' αὐτοὺς Sauppius.

1092, 27. ἐνεγράφη] Scilicet εἰς τοὺς δημότας. SCHAEF.

1092, 29. φρατορικὸν γραμματεῖον] Idem κοινὸν γραμματεῖον appellabatur: v. Harpocration s. v. κοινὸν γρ. et Schoemann. Antiq. publ. p. 208.

1093, 7. διαμεμαρτύρηκεν υἱὸς ὢν idem est atque διαμεμαρτύρηκεν ὅτι υἱός ἐστιν. REISK. διαμεμαρτύρηκεν Reiskius perperam interpretatur. Plene p. 1094, 10. διαμεμαρτύρηκεν — μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον τὸν Ἀρχιάδου. Id Leochares fecit, *ut qui esset filius Archiadae.* SCHAEF.

1093, 8. τοῦ αὐτοῦ πατρός] τοῦ Ἀρχιάδου. WOLF.

1093, 12. ἡμῖν] Legendum videtur: ἐκ τῶν κατὰ γένος ἐγγυτάτω, ἡμῶν, εἰσποιεῖν υἱὸν κ. τ. λ. *ex nobis ipsis, qui propinquitate proximi sumus.* SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 266. Recepi Seageri emendationem ἡμῶν.

1093, 16. καταλιπὼν] Scribendum ἐγκαταλιπὼν cum Reiskio. Conf. ad p. 1083, 18. ubi adde p. 1089, 15.

1094, 15. ἐποιήσατο υἱὸν] At supra hoc negabas, cum Leocharem sese ipsum intrusisse diceres: nisi ponatur τὸ ἐποιήσατο ἀντὶ τοῦ εἰσεποιήθη αὐτῷ οὐ κωλύσαντι, τετελευτηκότι γε. WOLF.

1095, 3. ἀλλὰ μὴν γνησίων κ. τ. λ.] Colligit sic: Liberi cui sunt γνήσιοι, is eos ex uxore sua suscepit natos. Sed Archiadae nulli fuerunt ex ipso nati: nunquam enim uxore usus est. Falsum igitur ait contestatio affirmans Archiaden liberos γνησίους reliquisse. Sed et hoc alterum non minus falsum est, quod ibidem affirmatur, Archiaden liberos reliquisse κυρίως κατὰ θεσμόν. Qui enim filius est κυρίως, is est per adoptionem. Sed adoptatus seu κυρίως factus filius esse γνήσιος seu ab ipso natus patre nequit. Ergo tota illa διαμαρτυρία ementita est. REISK. Quod fugit Reiskium, notatur ineptia jungentis παίδων γνησίων et κυρίως κατὰ τὸν θεσμόν: quippe junguntur quae ipse Legislator diversa esse voluit. SCHAEF.

1095, 5. ὅταν ᾖ] Subaudi τις. *si quis, de quo vocabulum* γνήσιος *usurpatur, sit* γεγονὼς γόνῳ. REISK.

1095, 12. διαμεμαρτύρηται γνησίων ὄντων] *Contestatus est, quod Archiadae sint* γνήσιοι. V. not. ad p. 1093, 7. SCHAEF.

1095, 13. τῷ πράγματι] *Rei gestae veritati.* Nam qui potest ille liberos γνησίους ex se legitime natos relinquere, qui semper in coelibatu vixit? REISK.

ποιητὸς δ' ὁμολογῶν εἶναι κ. τ. λ.] Nam ille demum appellabatur κυρίως ποιητὸς υἱός, qui ab illo, cujus se filium ferret, ipso adhuc superstite et libere agente, esset filius adoptatus. REISK.

1095, 26. πῶς οὐχ —] *Qui potest fieri ut necesse non sit aut ea, quae ipsi in sua defensione verbis pro se proferent sui purgandi caussa, aut ea, quae in contestatione scripserunt, falsa esse?* REISK.

1095, 27. προσέγραψαν] Pater puta, Leostratus, et filius, Leochares. REISK.

1096, 7. ἕτερον] Leocharem. REISK.

1096, 9. ὑμῶν] Leocharis et Leostrati.

1096, 14. οὔπω—] Loco mederi posse mihi videor ad hunc modum:—οὔπω διαμεμαρτυρηκώς. νῦν δὲ ὁ Λεωχάρης ἐγγέγραπται ὡς δημότης εἶναι. vel:—Λεώστρατος οὑτοσὶ παρεκατέβαλλε τοῦ κλήρου πρὸς ἡμᾶς, οὗτος δὲ (Leochares scilicet) διαμεμαρτυρηκὼς νῦν ἐγγέγραπται—. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 266. Recepi Dobraei emendationem.

1096, 21. πῶς ἂν εἰδείη τι τούτων;] σόφισμα. Scire potuit patrem suum esse adoptatum seque illi successurum. Sed loquitur de aetate adoptionis. Cum enim Leochares sit defuncti Leocratis quasi posthumus, infans utique habendus erit. WOLF.

εἰ μὲν αὐτὸν διαμεμαρτυρήκει] S. υἱὸν εἶναι Ἀρχιάδῃ. WOLF. αὐτὸν, *seipsum:* ex adverso positum τῷ υἱοὺς in plurali l. 25. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 267.

1096, 23. κατὰ τὴν ἡλικίαν λέγοντος] Λέγειν κατὰ τὴν ἡλικίαν, *dicere accommodate ad aetatem,* h. e. *dicere quae ob aetatem dicentis non improbabilia videantur.* SCHAEF.

1096, 26. αὐτὸν] αὑτὸν Bekker. Quod de Leochare intelligendum. Sed hic intelligi nequit. Fortasse scribendum καὶ αὐτὸν τὸν κατὰ—: nisi malis καὶ τὸν κατὰ—. ut intelligatur Leocrates, avus Leocharis. SCHAEF.

1097, 2. ὁ δέ γε νόμος—τὰ ὑπ' ἐκείνου πραχθέντα·] Corruptus haud dubie locus. μαρτυρεῖν ἀκοὴν τετελευτηκότος ἢ ὑπερορίου ὄντος licuit, ut ex multis nostri auctoris locis constat. Quid ergo, si legas? ὁ δέ γε νόμος ἀκοὴν κωλύει μαρτυρεῖν ζῶντος τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τετελευτηκότων πραχθέντα. etsi hoc abundare videtur et e mutilato scholio irrepsisse. WOLF. ζῶντος—] δεῖ δὲ ζῶντος τοῦ πατρὸς τὰ ὑπ' ἐκείνου πραχθέντα διαμαρτυρεῖν margo Lutetianae. Agitat vel vexat potius pro more suo Petitus hunc locum in Leg. Att. p. 446. Sed merito ab eo dissentit Wesselingius. Bene habent omnia haec, quorum haec est sententia: ὁ νόμος κωλύει σε, ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς, διαμαρτυρεῖν τὰ ὑπ' ἐκείνου πραχθέντα, ὡς εἴ τις διαμαρτυρήσειεν ἀκοὴν τετελευτηκότων. Tu testaris te ex patre tuo audivisse, qui adhuc in vivis superest et in urbe adest. Atqui lex vetat de patris adhuc superstitis rebus gestis testari ἀκοὴν, hoc est modo auditionis oblatae et acceptae, quae ratio testandi solummodo admittitur et probatur in mortuis, qui ipsi coram in judicio adesse et de se testari nequeunt. Qui vero supersunt adhuc et coram adsunt et adesse in foro possunt, ex eorum ore relata narratio repudiatur et in testimoniis legitimis non habetur. REISK. Frustra haec explicare tentat Reiskius. Locum corruptum esse vere ait Wolfius. Suppeditandae tres voculae. ὁ δέ γε νόμος ἀκοὴν τῶν τετελευτηκότων κωλύει διαμαρτυρεῖν, μή τί γε, ζῶντος τοῦ πατρὸς, τὰ ὑπ' ἐκείνου πραχθέντα. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 267. Non addendo, sed expungendo locus sanari posse Schoemanno videtur. "Lenissimum sit" inquit de Lite Att. p. 669. "verba τῶν τετελευτη-

κότων expungere ut nata ex interpretatione marginali locutionis ἀκοὴν μαρτυρεῖν (conf. Orat. II. c. Stephan. p. 1130, 27)." Ego Reiskium sequar, donec libri nondum excussi probabilius quid dederint. Schoemanno quidem ne assentiar obstat manifesta inter τῶν τετελευτηκότων et ζῶντος τοῦ πατρὸς oppositio. SCHAEFER.

1097, 5. κἀκεῖνο] Post κἀκεῖνο plene interpunxit Bekker. Plane sic dicitur καὶ τοῦτο p. 268, 15., Add. p. 1294, 21. SCHAEF. V. ad p. 43, 15.

1097, 6. τοῦτον] *Leocharem.* REISK.

ἐπεγράψατο] *Praescribi curavit libello* διαμαρτυρίας *seu contestationis, non suum*, Leostrati, *sed hujus*, filii sui, Leocharis, *nomen.* V. v. 13. REISK.

τῇ διαμαρτυρίᾳ] Post haec verba subauditur ὃ ἔδει αὐτὸν ποιῆσαι, *id quod tamen eum oportebat facere.* REISK.

1097, 8. Ὅτι—τῷ Ἀρχιάδῃ] His verbis rationem reddit Leostratus, cur non suo nomine διαμεμαρτύρηκε. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 267.

1097, 16. μὴ] Cohaeret cum ἀκούειν. *aequum est vos rejicere ab auribus vestris et excludere orationem Leostrati, cum, id quod statim faciet, de rebus iis disputabit, quas ausus non fuit libello suae contestationis committere.* REISK.

1097, 17. ὑπὲρ ὧν γε—ἐτόλμησεν] Nam Leocharem filium testificationi inscripsit. WOLF.

1097, 21. πρῶτον μὲν] Respondet ἔτι τοίνυν p. 1098, 3. SCHAEF.

1098, 13. καὶ ἐκ τῶν—λόγων] Scriptas orationes appellat, opinor, leges et testimonia in tabellas relata. Nisi forte legendum censeas καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων νόμων καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων λόγων, aut τὰ γεγραμμένα referas ad ipsam διαμαρτυρίαν et accusationem. WOLF. Num γεγραμμένων mutandum in πεπραγμένων? REISK.

1098, 22. τῆς ποιήσεως] Genitivus τῆς ποιήσεως aptus est e sequentibus τῶν μὲν—τοῦ δ'—. οἱ τῆς ποιήσεως est i. q. οἱ ποιηθέντες, *quorum est adoptio.* SCHAEF.

1098, 26. κληρονομεῖν] Absolute accipiendum. WOLF.

1099, 5. τοῦτ' ἐπιλίπῃ] Scilicet τὸ ἐγκαταλείπειν υἱοὺς γιγνομένους. τὸ *relinquere in aliqua haereditate filios ex se natos ubi desierit.* REISK.

1099, 16. ποιητὸν υἱὸν μὴ ποιεῖσθαι] Nescio an primum vocabulum sit ejiciendum. Non enim vetat lex ut ne quis, qui ipse esset adoptatus, alium item adoptatum adoptet, sed ut adoptatus plane neminem adoptet, sed filios quidem ex se natos in haereditate relinquat, illis autem deficientibus haereditatem necessariis reddat. REISK. ποιητὸν Reiskio perperam intellectum ab oratore omitti poterat: expungi non debet. Significanter enim junguntur ἀπεῖπε τῷ ποιητῷ αὐτῷ ὄντι π ο ι η τ ὸ ν υἱὸν μὴ ποιεῖσθαι: oportetque vocabula diductis litteris scripta ita pronuntiari, ut

vox pronuntiantis acuatur. Nec per se iners est phrasis ποιητὸν υἱὸν ποιεῖσθαι. Quis enim ignorat ποιεῖσθαι παῖδας significare etiam *procreare liberos?* SCHAEF.

1099, 17. ἐγκαταλιπόντα] V. ad p. 1087, 6.

1100, 5. τῶν μὴ πεποιημένων] Malim τῷ μὴ πεποιημένῳ. Et sic dedi de meo. *a nobis repetendum esse, non ab his, filium ei subrogandum, qui decessit prius quam ipse sibi filium adoptaret.* REISK.

1100, 7. ἀτυχίας] κομιδὰς margo Lutetianae. ἀτυχίας bene habet et cohaeret, non cum ποιεῖσθαι, sed cum προσέταττε. Potest tamen etiam lectio marginis, κομιδὰς, si auctore nitatur idoneo, probari. κομιδὰς τῶν οἰκείων ποιεῖσθαι est necessarios calamitate quadam oppressos curare, ornare, relevare, necessitatibus eorum prospicere aut succurrere. REISK. Vulgatae rationem verius reddit Reisk. Ind. Graecitat. s. v. Synesis "ὥσπερ τὰς ἀ. τῶν οἰ. (ut si pauperes facti sint, subaudi ἀκεῖσθαι) καὶ τ. ἐ. π. π.—nam profecto ποιεῖσθαι ad ἀτυχίας referri nequit." V. Dorvillius ad Chariton. p. 440. edit. Lips. SCHAEF.

1100, 13. ὅταν ποιηθῇ] Malim ὅτῳ ἂν ποιηθῇ. *in quamcunque domum adoptatus* vel *adrogatus fuerit.* REISK. Recepi.

1100, 18. ἐξὸν] ἐξεῖναι margo Lutetianae, quod malim. Potest tamen vulgata ferri, si sic interpreteris: ὁ Σόλων οὐ φησὶν εἶναί τι ἐξὸν (id est ἀνειμένον καὶ ἐλεύθερον), *contra vero negat Solon adoptatis esse rem licitam et liberam, ut pro lubitu suo de hereditate per adoptionem acquisita testamento disponant.* REISK. Bekkerus: "τοῖς δέ γε]—ὡς τοῖς γε γρ. Q." Vere, ut arbitror: ut haec non pars legis sit, sed συμπέρασμα oratoris, qualia συμπεράσματα leguntur p. 635. extr. 636. in. Conf. not. ad p. 1105, 10. SCHAEF.

1100, 21. ἀποδιδόναι] Scilicet προσῆκον, quod latet in antegresso ἐξόν. SCHAEF.

XLV.

ADVERSUS STEPHANUM I.

EXCERPTA

EX

C. D. BEELSII PROLEGOMENIS[a].

Orationes adversus Stephanum Demosthenes composuit mercede in gratiam Apollodori, Pasionis filii, Athenis, hominis litigiosi, qui complures habuit orationes a Demosthene scriptas, quales inter superstites sunt *adversus Timotheum* pro debito; *adversus Polyclem* de trierarchia; alia *de Corona trierarchali*; porro *adversus Callippum* de mutuo; *adversus Nicostratum* de mancipii redemtione. Constat enim advocatos proprie ita dictos Athenis non fuisse, sed unumquemque civem lexiarchico catalogo inscriptum caussam coram judice agere potuisse, sive sua ipsius defensione uteretur, sive ab alio amico vel oratore composita, cujus opera caussam diceret, et cui plerumque pro ea mercedem solveret, quo spectant locutiones συνειπεῖν, et ῥήτορας παρασκευάζεσθαι[b]. Hoc etiam egit Demosthenes cum pro aliis, tum pro *Apollodoro*, cujus in hisce orationibus conscribendis defensorem sese praebuit, licet antea eundem et in eadem caussa adversarii loco habuisset in oratione pro *Phormione*. Propter

[a] Prodierunt Lugd. Bat. a. 1825. sic inscripta, *Diatribe in Demosthenis Orationes I. et II. in Stephanum, auctore C. D. Beels.* Multa cum Beelsio communia habet Imman. Herrmannus in commentatione *de tempore quo orationes quae feruntur Demosthenis pro Apollodoro et Phormione scriptae sint*, Erfordiae edita a. 1842.

[b] Vid. Isaei Orat. de Cleonymi heredit. Oratorum Graecorum Reiskii vol. 7. p. 1. Mercedis, quae συνηγορικὸν vocabatur, mentio fit in Aristoph. Vespis v. 696.

αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν δραχμήν.

ubi scholiastes: ἐλάμβανον γὰρ οἱ ῥήτορες δραχμὴν, ὅτε συνηγόρουν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινος. Apud Romanos lege *Cincia* advocatis prohibitum erat pecuniam accipere, quod rigidum jus postea mitigatum est. Vid. l. 2. §. 10. *de Extraordinariis cognitionibus.*

quod jam ab veteribus est reprehensus, partim quod aliorum caussas mercede ageret, partim quod eosdem homines invicem litigantes modo accusaret, modo defenderet: ita ut perinde faceret ac si pugiones ex eadem officina venderet, quibus se mutuo confoderent adversarii. quo pertinent verba Plutarchi in Compar. Demosthenis et Ciceronis p. 887 E: *χρηματίσασθαι τοίνυν ἐπὶ τῷ λόγῳ Δημοσθένης μὲν ἐπιψόγως λέγεται, λογογραφῶν κρύφα τοῖς περὶ Φορμίωνα καὶ Ἀπολλόδωρον ἀντιδίκοις·* et in V. Demosth. p. 852 E. F: *λέγεται δὲ καὶ τὸν κατὰ Τιμοθέου τοῦ στρατηγοῦ λόγον, ᾧ χρησάμενος Ἀπολλόδωρος εἷλε τὸν ἄνδρα τοῦ ὀφλήματος, Δημοσθένης γράψαι τῷ Ἀπολλοδώρῳ, καθάπερ καὶ τοὺς πρὸς Φορμίωνα καὶ Στέφανον, ἐφ᾽ οἷς εἰκότως ἠδόξησε· καὶ γὰρ Φορμίων ἠγωνίζετο λόγῳ Δημοσθένους πρὸς τὸν Ἀπολλόδωρον, ἀτεχνῶς καθάπερ ἐξ ἑνὸς μαχαιροπωλίου τὰ κατ᾽ ἀλλήλων ἐγχειρίδια πωλοῦντος αὐτοῦ τοῖς ἀντιδίκοις.* Habuit autem Plutarchus alios, quos sequeretur, judicii sui auctores, in his Dinarchum, qui eandem accusationem dudum antea protulerat, in orat. contra Demosthenem p. 104, 19 [c].

Accusationis formula est *κατὰ Στεφάνου*, non *πρὸς Στέφανον*, quae duae locutiones multum differunt. Prior enim locum habet in accusatione, qua petitur propter *ἀδίκημα* ipsa persona, ut in his orationibus Stephanus, quem hic adversarium sibi habuit Apollodorus: posterior *πρός τινά* tantummodo praesentem in judicio designat, non item reum factum, quando de jure controverso sine personae laesione inter partes litigantes agitur. (V. Wolfii Proleg. in Lept. p. 152.) Eodem modo apud Romanos diligenter distinguuntur formulae *in aliquem* agere, i. e. *κατά τινος*, et *adversus aliquem*, i. e. *πρός τινά*.

Denique in inscriptione orationum additur *ψευδομαρτυριῶν*; qua voce indicatur accusationis forma, quae erat *falsi testimonii*, cujus Stephanus reus agebatur, dati in caussa Phormionis contra Apollodorum: quod quale fuerit, ex ipsa actionis caussa et historia apparebit, quam nunc explicare aggredimur.

Erat Athenis *Pasio*, Archestrati trapezitae primum servus ad mensam ministrans [d], deinde e servo manumissus [e], et postea ipse trapezita ditissimus [f], quippe qui praeter *mensam argenta-*

c [Apud Dinarchum nihil ea de re legitur praeter haec pauca verba *εὑρήσετε τοῦτον μὲν* (Demosthenem) *λαμπρὸν, ἐξ οὗ προσελήλυθεν εἰς τὸ πολιτεύεσθαι, γεγενημένον, καὶ ἀντὶ μὲν λογογράφου καὶ μισθοῦ τὰς δίκας λέγοντος ὑπὲρ Κτησίππου* (in oratione Leptinea) *καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν πλουσιώτατον ὄντα τῶν ἐν τῇ πόλει* etc. Quocum comparandus Aeschines de f. leg. p. 50, 23. *τὸν ἐκ φύσεως προδότην πῶς χρὴ θεωρεῖν; ἆρά γε οὐχ ὡς σὺ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ πιστεύσασι κέχρησαι, λόγους εἰς δικαστήρια γράφοντα μισθοῦ, τούτους ἐκφέρειν τοῖς ἀντιδίκοις; ἔγραψας λόγον Φορμίωνι τῷ τραπεζίτῃ, χρήματα λαβών· τοῦτον ἐξήνεγκας Ἀπολλοδώρῳ τῷ περὶ τοῦ σώματος κρίνοντι Φορμίωνα.* Vana autem Plutarchi criminatio est, non attendentis quod recte contra eum monuit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 358. "These orations, however, were not supplied to the adverse parties in one and the same cause, as the censure of Plutarchus would seem to imply, but in distinct and separate actions." G. DINDORF.]

d Dem. Orat. Pro Phor. p. 975—959.

e Demosth. ibidem p. 958. v. 20 sqq.

f Facultates Pasionis terrestres erant *viginti talenta*, et praeterea argenti mu-

riam, etiam *officinam scutorum* habebat[g]. Pasio hic, bene meritorum in rempublicam caussa, ipse cum posteris populiscito civitate donatus est[h]. E matrimonio cum *Archippe* duos habebat filios, alterum natu majorem *Apollodorum*, de quo nunc agimus, alterum minorem *Pasiclem*[i]. Utebatur porro ministerio *Phormionis* servi[k], quem libertate donaverat, sed qui, decimo demum post Pasionis obitum anno, jus civitatis adeptus est Archonte Nicodemo Olymp. 104, 4[l]. Atque hic Phormio eandem Pasioni operam praestabat quam ipse Pasio antea praestiterat hero suo Archestrato, ad mensam sedens eamque administrans[m]. Vivis excessit Pasio Archonte Dysniceto Olymp. 102, 3[n], superstite Archippe et utroque filio, tradita, ut ferebatur, Phormioni mensae argentariae et officinae administratione, peculiari locationis contractu in octo annos initae[o]; eidemque ex testamento legata uxore Archippe cum ampla dote, more Atheniensibus haud insolito, cujus plura exempla afferuntur[p]; eique item in tutela filii minoris adjuncto Nicocle[q]. Defuncto igitur Pasione, Phormio libertus ejus uxorem Archippen ducit, legatum adit, et tutelam gerit[r], absente majore natu filio Apollodoro, trierarchiam publice tunc temporis obeunte[s]. Reversus Athenas Apollodorus, aegre ferens matris cum Phormione nuptias sine ulla sua auctoritate initas (*ἄνευ κυρίου*); aegre ferens etiam[t] quod magna bonorum paternorum pars in Phormionis potestatem transierat, quum sublatis belli tempore judiciis privatim adversus eum agere (*δίκην ἰδίαν λαχεῖν*) non posset; instituit in eum *actionem contumeliae* publicam, *γραφὴν ὕβρεως*, quae tamen intercedente tempore elusa, matre interim e Phormione

tuo dati amplius *quinquaginta* talenta: vid. Demosth. ibidem p. 945. et cf. adv. Polyclem p. 1208. Caeterum mittimus quaestionem, idemne an alius fuerit hic *Pasio*, atque ille contra quem agitur in Isocratis Trapezitico. Ita certe statuit Hier. Wolfius, qui in annotatione ad illam Isocratis Orat. p. 722: "Oratio, inquit, argentaria, scripta contra *Pasionem*, nobilem quemdam numularium Athenis; cujus filius *Apollodorus*, pro quo exstant Demosthenis orationes."

g Vid. arg. Orat. Demosth. pro Phormione p. 943. et pluribus hac de re constat ex orationibus ipsis.

h Orat. in Neaeram p. 1345, 14. *ψηφισαμένου γὰρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων Ἀθηναῖον εἶναι Πασίωνα, καὶ ἐκγόνους τοὺς ἐκείνου, διὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς εἰς τὴν πόλιν κ. τ. λ.* Hinc Apollodorus dicit apud Demosth. II. in Steph. p. 1133, 19. *ὁ τοίνυν πατὴρ ἡμῶν ἐπεποίητο ὑπὸ τοῦ δήμου πολίτης.* et orat. in Nicostratum p. 1252, 20. *ἐγὼ Πασίωνος ὢν καὶ κατὰ ψήφισμα πολίτης.* Ad Pasionis in civitatem beneficia praeter alia pertinent quinque illae trierarchiae in Orat. II. in Stephanum p. 1127 commemoratae.

i Vid. Arg. orat. pro Phorm. et ipsa oratio.

k Demosth. pro Phorm. p. 953. in Steph. I. p. 1123, 23.

l Demosth. in Steph. II. p. 1132, 26 sqq.

m Demosth. in Steph. I. p. 1111 in fine, ubi eum vocat *καθήμενον καὶ διοικοῦντα ἐπὶ τῇ τραπέζῃ.*

n Demosth. in Steph. II. p. 1132, 25. Cf. Meursii Lectiones Atticae 3, 25.

o Demosth. pro Phorm. p. 956, 5.

p Demosth. ibidem p. 953 sq.

q Demosth. ibidem p. 946. et in Steph. I. p. 1112 in fine.

r Demosth. pro Phorm. p. 945 sq.

s Demosth. in Steph. I. p. 1102.

t Huc praeter alia pertinet locus Demosth. adv. Nicostratum p. 1249, 7. ubi dicit Apollodorus: *οὐκ εὐπόρουν ἀργυρίου, διὰ τὸ διαφόρως ἔχειν τῷ Φορμίωνι καὶ ἀποστερεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, ἥν μοι ὁ πατὴρ κατέλιπε.*

liberos pariente, eademque postea pro marito deprecante, ad exitum pervenisse non videtur [u].

Mox eodem circiter tempore, intra biennium post Pasionis obitum, tutores Phormio et Nicocles, dilapidante, ut ipsi ajebant, paterna bona majore natu filio, ipsi pro minore, ita utile rati, cum illo dividunt patrimonium, excepta mensa et officina; quas cum Phormio ad certum tempus conduxisset, interim uterque locationis semissem accipiebat [x]. Exacto demum octavo anno locationis tempore, dum interim Pasicles in suam tutelam venerat, has etiam dividunt ambo filii, ita quidem, ut officinam scutorum, optione data, sibi eligeret Apollodorus, mensam acciperet Pasicles, liberantes Phormionem a locatione, et ut ipse ait, ab omnibus aliis criminationibus, *τῆς μισθώσεως καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐγκλημάτων* [y].

Apollodorus trierarchiam in Thraciam suscipit, archonte Molone Olymp. 104, 3., eam de qua frequens mentio fit in orat. adversus Polyclem [z]. Redeunte illo ab expeditione, subita morte exstinguitur Archippe, paucis tantum verbis filium allocuta [a]. Mox matris bona tam cum hujus liberis, quos e Phormione susceperat, quam cum fratre Pasicle, partitur Apollodorus [b]. Qui, quamdiu mater vivebat, numquam apertas simultates cum Phormione exercuerat, tum demum, illa mortua, adeoque decem circiter annis post patris obitum, inprimis rixas cum eo habere incipit [c], actionemque intendit quinque drachmarum millium; de qua lite sese cum Apollodoro transegisse ait Phormio, suadentibus Apollodori cognatis, Dinia, Nicia, Lysino et Andromene, ut illi dono daret quinque ista drachmarum millia, atque propter transactionem Apollodorum istam pecuniae summam accepisse, seque iterum ab eo omni crimine liberatum esse; qui fuit alter in amicitiam reditus [d].

Ita omnibus, ut videbatur, amice compositis, ecce post longum temporis intervallum eaedem lites renovantur. Apollodorus enim, non obstante transactione illa, quam diximus, nihilominus tamen Phormioni diem dicere audet *ἀφορμῆς*, sive *de mensae sorte*, actione viginti talentorum instituta, omnibus querelis concinnatis, et criminibus superioris temporis coacervatis, iis etiam, quod omnium maximum vocat Phormio, quae nunquam antea ei objecerat [e]: et id quidem anno demum octavo decimo post patrimonii divisionem [f], et vigesimo circiter amplius post Pasionis

[u] Demosth. in Steph. I. p. 1102. et Orat. II. p. 1135 initio.

[x] Demosth. pro Phorm. p. 946 sq.

[y] Demosth. ibidem p. 947. ubi animadvertatur dictio δοκιμασθέντος Πασικλέους, quacum permutatur altera Πασικλῆς ἀνὴρ γεγονώς p. 950, 14. Cf. Bergman. ad Isocr. Areop. p. 125.

[z] Demosth. adv. Polycl. p. 1207, 10. Diversa haec trierarchia videtur ab illa, quam supra diximus in Stephanum p. 1102; et ab altera in Peloponnesum et Siciliam, de qua legitur in Orat. adv. Nicostr. p. 1247, 25 sq.

[a] Demosth. adv. Polyclem p. 1225 initio.

[b] Demosth. pro Phorm. p. 954, 18 sqq. cf. in Steph. I. p. 1101, 20.

[c] Demosth. pro Phorm. p. 948 sq.

[d] Demosth. l. c.

[e] Demosth. ibidem p. 945 et 949. cf. et arg. Orat. p. 943.

[f] Demosth. pro Phorm. p. 950, 11. δυοῖν δέοντα εἴκοσιν ἔτη ἐξ ὅτου ἐνείμω.

obitum[g]; itaque, si tempora recte computavimus, circiter Olymp. 107, 3 aut 4.

Ἀφορμὴ est *caput pecuniarum*, quod impenditur foenori quaerendo[h]. Jam vero Phormionem ejusmodi caput sive sortem a Pasione accepisse ad mensae negotiationem exercendam, contendit Apollodorus; quapropter ad capitis restitutionem petit eum actione viginti talentorum: nam ea se gratia superiori tempore omnia concessisse, nec Phormionem in jus vocasse dicit, quod is magnum sibi pendere vectigal voluerit: idque postquam facere recusaret, nunc demum se jus suum persequi velle[i]. Profertur res in judicium, et utrique litigantium parti *συνήγορον* se praebet Demosthenes, scripta in gratiam Apollodori *accusatione* adversus Phormionem: pro Phormione autem accusationis illius *exceptione*, *παραγραφῇ*. Atque haec est illa, quae hodieque inter Demosthenis opera superest *παραγραφὴ ὑπὲρ Φορμίωνος*: altera illa pro Apollodoro *πρὸς Φορμίωνα* oratio periit, sed mentionem ejus servavit Plutarchus loco supra allato[k]; nec nimis ejus jactura dolenda videtur, cum credibile sit pleraque argumenta contra Phormionem allata postea in actionem in Stephanum translata esse. Est autem, quod obiter monendum, illa probe distinguenda ab alia Demosthenis oratione *πρὸς Φορμίωνα ὑπὲρ δανείου*, quae hodieque superest[l].

In illa igitur, quam diximus, *παραγραφῇ ὑπὲρ Φορμίωνος*, accusatori orator opponit pro cliente *exceptionem rei transactae et praescriptae*, exceptiones itaque *peremtorias*, *οὐχ ἵν' ἐκκρούοντες χρόνους ἐμποιῶμεν*, ut ait[m], quae *dilatoriae* vulgo dicuntur: et tamen *rectum* quoque *judicium* attigit, ostendens mensam argentariam non habuisse peculiarem pecuniam Pasionis, eo consilio ut, si rectam Apollodori actionem infirmam esse probaret, eo ipso exceptio illa plus apud judices valeret, eoque facilius appareret Phormionem omnia legitime possidere et sese ut virum probum gessisse[n].

Παραγραφὴ jure Attico dicebatur *exceptio*, recto judicio opposita: ejus formula erat *παραγράφομαι τὴν δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι*[o]; atque varias ob caussas locum habere poterat, in quibus

[g] Demosth. ibidem p. 952, 22. *παρεληλυθότων ἐτῶν πλέον ἢ εἴκοσι.*

[h] Cf. Arg. Orat. pro Phorm. p. 944. *ἀφορμὴν δὲ οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν, ὅπερ ἡμεῖς ἐνθήκην.*

[i] Demosth. in Steph. I. p. 1102. ubi Apollodorus de Phormione, *ἐπειδὴ ποιεῖν τε οὐδὲν ᾤετο δεῖν ὧν τότε ὡμολόγησε.* e quibus patere videtur revera transactionem aliquam Phormionem inter et Apollodorum locum habuisse, quamvis id neget Apollodorus in sequentibus p. 1103 et 1113.

[k] [Hanc orationem nunquam exstitisse puto: Beelsius male intellexit verba Plutarchi *τοὺς πρὸς Φορμίωνα καὶ Στέφανον λόγους*, quibus nihil amplius significatur quam duae contra Stephanum orationes, quae non solum contra hunc, sed etiam contra Phormionem scriptae sunt falso Stephani testimonio usum in caussa contra Apollodorum acta. Verba autem *πρὸς Φορμίωνα* Plutarchus majoris perspicuitatis caussa addidit, quoniam has contra Stephanum orationes orationi *pro* Phormione habitae (quae est inter Demosthenicas XXXVI.) opponit. G. DINDORF.]

[l] P. 905 sqq. Diversus item est ille Phormio ab eo, de quo nunc agimus.

[m] Demosth. pro Phorm. p. 944.

[n] Vid. Argum. Orat. pro Phorm.

[o] Demosth. pro Phorm. p. 951, 25.

erant *transactio* et *praescriptio* [p]. Priore excipiendi modo utebatur Phormio, quoniam bis ab Apollodoro omni crimine liberatus nunc denuo petebatur: posteriori quod plus quam viginti anni praeterierant, antequam actionem instituisset Apollodorus, cum leges id fieri juberent intra quinquennium. *Transactionem* inter exceptionis caussas lege receptam fuisse docet Demosthenes his verbis: ἀκούετε τοῦ νόμου λέγοντος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τά τε ἄλλα, ὧν μὴ εἶναι δεῖ δίκας, καὶ ὅσα τις ἀφῆκεν ἢ ἀπήλλαξεν· cujus rei haec redditur ratio: εἰκότως· εἰ γάρ ἐστι δίκαιον, ὧν ἂν ἅπαξ γένηται δίκη, μηκέτ᾽ ἐξεῖναι δικάζεσθαι, πολὺ τῶν ἀφεθέντων δικαιότερον μὴ εἶναι δίκας· ὁ μὲν γὰρ ἐν ὑμῖν ἡττηθεὶς τάχ᾽ ἂν εἴποι ὡς ἐξηπατήθητε ὑμεῖς· ὁ δὲ αὐτοῦ φανερῶς καταγνοὺς, καὶ ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας, τίν᾽ ἂν ἑαυτοῦ αἰτίαν αἰτιασάμενος τῶν αὐτῶν πάλιν εἰκότως δικάζοιτο; οὐδεμίαν κ. τ. λ [q].

Praescriptio temporis peracti, ἢ ὡς τῶν χρόνων ἐξηκόντων, item lege erat inducta, secundum quam, saltem in privatis caussis, intra quinquennium jus suum persequi debebat actor: quae lex a Solone sancita τῆς προθεσμίας νόμος vocabatur; qua de re ita disserit orator [r]: ὁ μὲν τοίνυν νόμος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σαφῶς οὑτοσὶ τὸν χρόνον ὥρισεν·—δοκεῖ γάρ μοι καὶ ὁ Σόλων οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα θεῖναι αὐτὸν ἢ τοῦ μὴ συκοφαντεῖσθαι ὑμᾶς· τοῖς μὲν γὰρ ἀδικουμένοις ἱκανὰ τὰ πέντε ἔτη ἡγήσατο εἶναι εἰσπράξασθαι, κατά τε τῶν ψευδομένων τὸν χρόνον ἐνόμισε σαφέστατον ἔλεγχον ἔσεσθαι· καὶ ἅμα, ἐπειδὴ ἀδύνατον ἔγνω ὂν τούς τε συμβαλόντας καὶ τοὺς μάρτυρας ἀεὶ ζῆν, τὸν νόμον ἀντὶ τούτων ἔθηκεν, ὅπως μάρτυς εἴη τοῦ δικαίου τοῖς εἰρημένοις.

Hinc vidimus jam antiquissimis temporibus per praescriptionem litibus finem impositum esse, et licuisse adeo in eadem exceptione plures caussas cumulare; id quod a Phormione factum esse apparet [s].

Exceptionis a Phormione oppositae effectus fuit ut victor declararetur, ita quidem ut judices, quamquam paratam accusationem habebat Apollodorus, ne verbum quidem ex eo audire vellent, isque praeterea condemnaretur ad solvendam ἐπωβελίαν [t], sive *multam falsae accusationis*. Nimirum, jure Attico in exceptionibus, reus, qui utebatur exceptione, caussam suam prior orabat; cujus si exceptio judicibus probaretur, actori, qui exceptione peremtoria a reo in judicio victus erat, ejusmodi mulcta erat irrogata, quod accusationem in adversarium probare non poterat [u].

[p] Addatur exceptio ἢ ὡς κεκριμένων, *rei judicatae*. Vid. Demosth. pro Phorm. p. 952. In criminalibus praescriptionem item locum habuisse, docet HefFterus in libro de re judiciali Athen. p. 293.

[q] Demosth. pro Phorm. p. 952.

[r] Demosth. ibidem.

[s] De toto hoc loco conferri meretur HefFterus l. c. p. 289 sqq. ubi tamen de praescriptionibus omittuntur quaedam a Petito allata de Legibus Atticis p. 499 sqq.

[t] Demosth. in Steph. I. p. 1103.

[u] In primis perspicuus locus est Isocratis in παραγραφῇ πρὸς Καλλίμαχον p. 726, ubi Athenienses ita alloquitur: Εἰπόντος Ἀρχίνου νόμον ἔθεσθε, ἄν τις δικάζηται παρὰ τοὺς ὅρκους, ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράφεσθαι, τοὺς δ᾽ ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν, λέγειν δὲ πρότερον τὸν παραγραψάμενον. De ἐπω-

Graviter, si quis alius, ferens Apollodorus, praereptam sibi omnem accusandi opportunitatem, quominus tamen in perpetuum sileret et victas manus adversario tradere videretur, actionem a Phormione, ut ita dicam, in testes [x] convertit ab eo adhibitos; ex iisque (nam plures erant) unum inprimis persequitur Stephanum [y], tamquam omnium ut ait perditissimum [z], in eumque hanc, de qua nunc agimus, instituit falsi testimonii actionem, sive *ψευδομαρτυριῶν δίκην*, caeteros testes alio tempore petiturus.

De anno, quo habitae sint hae duae orationes, licet nullis indiciis disertis constet, ex iis tamen, quae diximus, satis accurate definiri posse videtur. Quodsi enim vera sunt, quae supra contendimus, Apollodori accusationem adversus Phormionem institutam esse circiter Olymp. 107, exeunte, eamque mox consecutam esse Phormionis exceptionem; inde valde probabile fit, non ita multo post hanc exceptionem locum habuisse actionem in Stephanum, quae cum illa arctissime cohaeret, ejusque quasi refutatio habenda est. Accedit quod Stephanus, perinde ac Phormio, exceptionem rei praescriptae opponere potuisset, si post longum temporis intervallum res in judicium venisset; a quo errore sibi cavere debuit Apollodorus, quid in jure valeret exceptio, jam Phormionis caussa edoctus. Denique ipsa Apollodori verba [a], quibus ait, accusandi venia sibi praerepta, sese, re secum reputata, in testes agere constituisse, indicare videntur statim fere post Phormionis exceptionem in judicium venisse caussam Stephanianam. Sed quidquid hujus sit, res tanti non videtur in qua inquirenda nimis sedula opera ponatur, cum controversia in his orationibus agitata non referatur ad historiam illius temporis; id quod secus obtinet in aliis multis Demosthenicis, quarum argumentum cernitur in ipsa reipublicae salute et incolumitate.

De tribunali, penes quod falsi testimonii judicium erat, merito dubitatur. Thesmothetis nonnulli tribuunt, argumento e Polluce 8, 9. desumto, qui *οἱ θεσμοθέται*, inquit, *δίκας τὰς τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐξ Ἀρείου πάγου εἰσάγουσι·* e quo tamen loco hoc tantum effici videtur, testes, qui in Areopagitarum judicio testimonium dixerant, si falsi accusarentur, deferri apud Thesmothetas, qui judices darent: non item ipsos Thesmothetas judices

βελίᾳ citat Demosthenis locum Harpocration in voce, cum quo consentiunt Suidas, Pollux et Etymologus, quorum loca attulit Valesius. Cf. et Meursii Themis Attica l. 2. c. 23. et Lectiones Atticae l. 5. c. 13.

[x] Dabant enim leges, post judicia, falsi testimonii actionem, ut, si quis testibus mendacibus judices decepisset, nihil ea re proficeret: is autem, cui facta esset injuria, testimoniis reprehensis tamquam vitiosis, ab eorum auctoribus poenas sumeret. Legem de falso testimonio servavit nobis Demosthenes in Stephanum II. p. 1132. de qua infra, suo loco, videbimus.

[y] Demosth. in Steph. I. p. 1103 in fine.

[z] Demosth. ibidem p. 1117. Caeterum hic Stephanus, Meneclis filius, et affinis Apollodori, diversus est ab eo, qui exagitatur a Demosthene in Orat. in Neaeram p. 1346.

[a] Demosth. in Steph. I. p. 1103, 17 sqq.

fuisse; quapropter existimat Hefflerus l. c. p. 510., universe has accusationes deferri debuisse ad tribunal, coram quo quis *standi* personam haberet. Sed, missa ulteriore hujus rei disquisitione, videmur nobis non longe a vero aberraturi, statuentes caussam Stephani coram judicio *Heliastarum* actam fuisse. Primum enim penes Heliastas erat judicium in caussa *παραγραφῆς*· itaque apud eos suam exceptionem protulit Phormio: est autem valde probabile, coram iisdem judicibus, qui pro Phormione pronunciaverant, Stephani item caussam habitam fuisse, siquidem ex ipsis Apollodori verbis [b] patere videtur, eum judices ita alloqui, ut iis res, quae agebatur, haud incognita fuisse videatur. Deinde, quod etiam nobis argumentum esse videtur, in ipsa Oratione II. in Stephanum, in verbis legis, quae afferuntur, diserta mento fit *Heliastarum, aut alius cujusdam tribunalium,* quae Athenis erant, *ἐάν τις συνίστηται ἢ συνδεκάζῃ τὴν Ἡλιαίαν ἢ τῶν δικαστηρίων τι τῶν Ἀθήνησιν κ. τ. λ.* p. 1137. initio, ubi tribunal Heliasticum memorari videtur tamquam illud, coram quo caussa agebatur.

1101, 11. *τὰ ψευδῆ*] Vulg. *ψευδῆ*. Dedi *τὰ ψευδῆ*, ut p. 1102, 6. et 1103, 5. et alibi. REISK.

1102, 6. *τήν τ' ἐκείνου πονηρίαν καὶ τούτους*] Quod in F. S. Q. est *τήν τε τούτου*, similibus defendi potest exemplis collectis a Bernhardyo in Synt. p. 277., velut Aeschinis p. 40, 41. *καὶ ταύτης τῆς πρεσβείας οὐ κατηγόρεις μου διδόντος τὰς εὐθύνας, ἀλλ' ἐπὶ ταύτην ἥκεις τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους*· ubi Reiskius *ἀλλ' ἐπ' ἐκείνην* scribi volebat.

1102, 10. *ἀποδημοῦντος ἐμοῦ*—] Sic distinguo: *ἀποδημοῦντος ἐμοῦ δημοσίᾳ· τριηραρχοῦντος*—. *cum publice* (in caussa publica) *abessem peregre, quippe qui jussu vestro et pro re vestra trierarchum agerem*. REISK. Ante Reiskianam sic interpungebatur: *ἀποδημοῦντος ἐμοῦ, δημοσίᾳ τριηραρχοῦντος*—. Bene vidit Reiskius *δημοσίᾳ* jungendum esse antecedentibus. Sed cur post *δημοσίᾳ* subdistinctionem poneret nihil caussae fuit: adeoque praestat prorsus non distingui. Nam si genitivos resolvas in rectam orationem, locus sic habet: *ὅτε ἀπεδήμουν ἐγὼ δημοσίᾳ τριηραρχῶν ὑμῖν.* Itaque delevi subdistinctionem. SCHAEF.

1102, 11. *ὃν τρόπον*] Scilicet *γήμαντος*. Hic simulat Apollodorus humanitatem matrisque reverentiam et pietatem, aliis vero in locis indicat satis planis verbis matrem, superstite adhuc patre, a Phormione fuisse corruptam et ex eo peperisse Pasiclem, qui habitus quidem fuisset Pasionis filius, revera autem a Phormione procreatus. REISK.

1102, 15. *οὐ γὰρ ἦσαν κ. τ. λ.*] Ergone bello durante cessabant

[b] Vid. Demosth. Orat. I. in Steph. p. 1103. ubi: *λόγον δ' ἐμαυτῷ διδούς, εὑρίσκω τοῖς δικάσασι μὲν τότε πολλὴν συγγνώμην οὖσαν· Τούτους δὲ ἀξίους ὄντας ὀργῆς, οἳ τῷ τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν αἴτιοι τούτων ἐγένοντο· περὶ μὲν δὴ τῶν ἄλλων τῶν μεμαρτυρηκότων, ὅταν πρὸς ἐκείνους εἰσίω, τότε ἐρῶ· περὶ ὧν δ' οὑτοσὶ Στέφανος μεμαρτύρηκεν, ἤδη πειράσομαι διδάσκειν ὑμᾶς.*

caussae privatae? Satis quidem bene video, bellum exercitationi juris omni frigoris nonnihil adspergere: sed et publicis item, ut privatis. Cur ergo solae privatae tum fuerunt sepositae, publicae contra agitatae? Et quodnam erat id bellum? Euboeense, ni fallor. Sed illud breve fuit: hic autem de bello satis diuturno commemoratur. REISK. Non mirum, si ob bellicas necessitates, quae civium multos armis occupatos tenerent, numerus judicum imminutus esset, tantisper dilatam esse disceptationem *τῶν δικῶν* solisque *ταῖς γραφαῖς* tribunalia vacavisse. SCHAEF.

1102, 18. *δὲ γιγνομένου*] Correxi de judicio meo *δ' ἐγγιγνομένου*. REISK.

1102, 22. *φιλάνθρωποι λόγοι*] *Blanditiae.* V. ad p. 538, 27. SCHAEF.

1102, 28. *τότε*] Cum mihi supplicaret. REISK.

1103, 2. *ἡμᾶς*] Ingratus erga patrem, ut qui vivo uxorem corrupisset, mortuo duxisset in ejus dedecus, me, filium sui quondam domini et benefactoris, bonis ex haereditate mihi debitis fraudaret, liberos meos ad incitas redigeret. Nam hi omnes vocabulo *ἡμᾶς* comprehenduntur. REISK.

1103, 11. *εὐθυδικίᾳ*] *εὐθυδικία* est, cum accusator prior loquitur, reus respondet. REISK.

1103, 13. *ὥστε φωνὴν—ἀκούειν ἡμῶν*] V. p. 1107, 3. SCHAEF.

1103, 20. *οὐκ ἂν οἶδ' ὅ τι ἄλλο εἶχον*] *ἂν* referendum ad *εἶχον*. Similis particulae positio p. 1307, 12. V. ad p. 497, 26. 607, 10. SCHAEF.

1103, 25. *πρὸς ἐκείνους*] Scilicet *τοὺς ταῦτα μεμαρτυρηκότας κατ' ἐμοῦ*. REISK.

1103, 28. *ἐπιδεικνύω*] Id puta, quod volo demonstrare, Stephanum nempe falsum in me testimonium dixisse. Conf. p. 1108, 21. REISK.

σὺ δ' ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ] Ergo recitatio testimoniorum non est computata in tempore habendae orationis. WOLF.

1104, 4. *εἰ μή*] Vulgo *ἦ μήν*. Correxi *εἰ μή* et hic et p. 1109, 6. et 12. *cum Phormio sponsionem Apollodoro deferret hanc, si neget Apollodorus, quem codicillum Phormio curasset echino includi, eum tenere exemplum testamenti a Pasione relicti, ut tum Apollodorus aperiret testamentum ipsum.* Cohaerent inter se *προὐκαλεῖτο* et *ἀνοίγειν*. Confirmatur haec mea conjectura a codice Bavarico, non hoc quidem loco, at p. 1109, 12. tamen, ubi vide. REISK.

1104, 5. *ἀντίγραφα—τῶν διαθηκῶν*] I. q. *ἀντίγραφον—τῆς διαθήκης*. Haec more Attico dicuntur *πληθυντικῶς*. V. Piersonus ad Moer. p. 8. SCHAEF.

1104, 13. *τὸ τὴν μὲν ἀρχὴν—διαθήκην*] *Initium testimonii confirmare de veritate modoque sponsionis, finem autem de veritate testamenti.* REISK.

1104, 16. *ἐπειδὰν—ψεῦδος ὂν*] *Posteaquam ostendero ejusmodi sponsionem nullam unquam fuisse, neque mihi oblatam, multo minus a me recusatam: id quod hac in caussa est primarium.* REISK.

τὸ κεφάλαιον est Apollodorum recusasse ne tabulas testamenti aperiret. SCHAEF.

1104, 22. ἃς—διαθήκας] Illud exemplum testamenti, quod esse a Phormione echino inclusum et ad arbitrum Tisiam allatum, ipsi, Stephanus puta et Scythes, testentur. REISK.

1104, 23. ἀντιγράφους ἐκείνων] Scilicet τῶν διαθηκῶν, ἃς ὁ πατὴρ ὄντως κατέλιπεν. REISK.

εἶθ' ἡ διαθήκη γέγραπται] *Deinde sequitur* (in testimonio eorum) *testamentum exscriptum. sequitur exemplum testamenti.* SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 267.

1104, 25. ἐγὼ τοίνυν περὶ μὲν τοῦ —] Negabat enim Apollodorus haec duo praecipua, 1. sponsionem sibi fuisse talem oblatam, 2. patrem testamentum reliquisse. REISK.

περὶ—ὑπὲρ] Attende variationem in usu praepositionum. Eadem recurrit p. 1116, 26. SCHAEF.

1105, 1. εἰ μὲν τοίνυν—τὴν διαθήκην οὗτοι] *Quod si ergo tum, quum testarentur de facta sponsione, non item testati essent de facto testamento, et testamenti illius primigenium atque authenticum exemplum oblatum esse ad inspiciendum*, —. REISK.

1105, 8. λόγῳ δ' ἐχρῶντο μόνον] *Si solummodo obiter per modum sermonis mentionem testamenti fecissent.* REISK.

αὐτοῖς] Imo vero αὐτῶν. *si quis eorum exhibuisset testamentum* (mihi puta). REISK. Non assentior. Intelligendus enim non ipsorum unus, sed alius aliquis, qualis fuit Amphias ὁ πρὸς τὸν διαιτητὴν παρέχων τὰς τοῦ Πασίωνος διαθήκας. V. p. 1104, 7. SCHAEF.

1105, 10. ἀνοίγειν] κελεύειν ἀνοίγειν γρ. Q. Recte, opinor: sin, deleam καὶ ante ἀνοίγειν. Omnino codex ille videtur collatus cum libro notae melioris, qui vel optimum Bekkeri praestantia passim vinceret. Conf. ad p. 1100, 18. 1108, 15. Add. variet. lect. ad p. 1125, 21. SCHAEF.

1105, 15. ὡς κατασκευάζουσιν] Id est ὅτι κατασκευάζουσιν αὐτά. *etiam de reliquis, quod scilicet ea versutiis commachinentur.* Malim tamen ὧν κατασκευάζουσιν. REISK. Non opus. Conf. p. 1107, 18. SCHAEF.

ταὐτὰ] Vulg. ταῦτ'. Correxi de meo ταὐτά. '*sin autem eadem ipsa reperirentur in testamento scripta, quae illi ibi scripta esse asseverarent.* REISK.

τὸν παρασχόντ'] Scilicet τὴν διαθήκην. REISK.

1105, 16. αὐτὸν ἠξίουν μαρτυρεῖν] *Ipsum solum, suo nomine suoque periculo jussissem testari, verum hoc et genuinum esse Pasionis testamentum.* REISK. αὐτὸν, *ipsum*, non *ipsum solum*. SCHAEF.

ἐθελήσαντος] Pro ἐθελήσαντα, noto schemate. *si quidem ille nil recusasset.* REISK. Etsi bene novi schema hoc syntacticum, tamen vix repugnem, si quis ἐθελήσαντα praeoptet. V. Porsonus ad Euripid. Hecub. p. 59. ed. tert. Lips. SCHAEF.

1105, 20. ἐκείνως] *Illo priore modo*, si nempe is, qui exhiberet testimonium, affirmaret atque testaretur, id Pasionis testamen-

tum esse. REISK. ἐκείνως refertur ad totum hoc: τὸν παρασχόντ'—τοῦ πεπλάσθαι τὸ πρᾶγμα. SCHAEF.

1105, 20. ἕνα] Est enim multo facilius atque expeditius cum uno aliquo caussam agitare quam cum multis. REISK.

1105, 22. ταῦθ' εἵλετο] *Hoc* (contendere scilicet cum multis) *maluisset, quam illud* (contendere cum uno). REISK. Requiro hic particulam ἄν. SCHAEF.

1105, 24. τῶν πραττομένων] Cohaeret, non cum ὀργὴ, sed cum ὅσοις. *quibuscunque negotiis intervenit iracundia.* REISK. Sic ὅσα—τῶν πεπραγμένων p. 1106, 7. SCHAEF.

1106, 3. ἐξ ὧν—μεμαρτυρήκασι] H. e. ἐκ τοῦ—μεμαρτυρηκέναι. Formulae ἀνθ' ὧν, δι' ὧν et ἐξ ὧν haud raro sic usurpantur, ut notio pluralis relativi prorsus evanescat. De una voce loquens scholiastes ad Apollon. Rhod. 1. 882. δι' ὧν φησὶ κινυρόμεναι. Infra p. 1109, 20. δοῦναι δίκην ὧν διεφθάρκει ἣν—. ubi ὧν nihil aliud quam ὅτι s. διότι. *ne poenam lueret, quod corrupisset quam*—. Poterat orator sic scribere: ἀνθ' ὧν διεφθάρκει ἣν—. SCHAEF.

1106, 8. προκλήσεις] Citat h. l. Harpocration v. Πρόκλησις. REISK. V. Schoemann. de lite Att. p. 664.

οἷον—οἷον—] Notanda haec vocis iteratio. SCHAEF.

1106, 11. ἔξω που τῆς χώρας] Exemplum hujus rei dat ipse Demosthenes oratione adversus Zenothemin p. 887, 5. REISK.

1106, 13. καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων] Scilicet ὅσα μὴ δύνατόν ἐστι πρὸς ὑμᾶς ἀγαγεῖν, προκλήσεις εὑρέθησαν (e v. 8.). REISK. Simplicius e proximo subaudiri ἀνάγκη πρόκλησιν εἶναι. SCHAEF.

1106, 22. ᾖα] Non *issem*, ut Reiskius vertit, sed *irem*. V. Buttmannus Grammat. Gr. maj. vol. 1. p. 559, ubi etiam de hoc loco disputat. SCHAEF.

1106, 23. εἷς—οὐδεὶς] V. ad p. 404, 6. SCHAEF.

ὅλον τὸ πρᾶγμα ἀνεδέξατο] Infra p. 1113. 10. διείλοντο τἀδικήματα. SCHAEF.

1106, 26. ὁ μὲν] Κηφισοφῶν. SCHAEF.

1106, 27. ὁ δὲ] Ἀμφίας. SCHAEF.

1107, 4. τοῦ λόγου τυχεῖν] τοῦ cohaeret non cum λόγου, sed cum τυχεῖν. REISK.

φωραθεῖεν] Margo Lutetianae dat οὐ φωραθεῖεν. Probabiliter ad primam quidem speciem, et probarem ipse, nisi insequentia intercederent. Sed haec non patiuntur. καίτοι τό γ' ἐναντίον ᾤοντο τούτου, scilicet γενήσεσθαι. *Illi testati sunt de testamento,—quo falsitas testimonii ab ipsis perhibiti detegeretur, tametsi futurum illi sperabant, ut lateret.* Fateber itaque, hunc locum mihi invium esse. Videtur utique particula infitians hic esse necessaria, sed verba καίτοι—τούτου ex alieno loco huc irrepsisse. REISK. Locus videtur sic refingendus:—διαθήκας ἐμαρτύρησαν. ὥσθ' οἱ δικασταὶ ταύτην τὴν διαθήκην ἐπίστευσαν τοῦ πατρὸς εἶναι, ἐγὼ δὲ ἀπεκλείσθην τοῦ λόγου τυχεῖν ὑπὲρ ὧν ἀδικοῦμαι. οὗτοι δὲ ἂν μάλιστα φωραθεῖεν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότες· καίτοι τό γ' ἐναντίον ᾤοντο τούτου. Sensus: Atque hac fraudium collusione accidit ut et judicibus persuaderetur hoc testamentum a patre

meo factum esse, nec mihi venia daretur caussae orandae. Sed ut ceterorum fraus non obscura est, ita inprimis hi (*οἱ περὶ Στέφανον*), secus quam sperabant, falsi testimonii convincentur. SCHAEF.

1107, 14. *καὶ τὸ γραμματεῖον ἐμβαλεῖν*] S. in echinum, id est capsulam illam, in qua acta conservabantur. Sed utrum *et tabulas in echinum conjiceret*, an *se conjecisse tabulas in echinum?* Potest enim *τὸ ἐμβαλεῖν* referri vel ad *προσμαρτυρῆσαι* vel ad *εἶναι δὲ καί*. WOLF. *ἐμβαλεῖν* perinde ut *προσμαρτυρῆσαι* referendum ad *ἣν ἁπλοῦν*. SCHAEF.

1108, 10. *ἐξ ἀρχῆς ὡς παρῆσαν*] Est idem ac si dixisset *ὡς παρῆσαν ἐξ ἀρχῆς γραφομένῃ τῇ διαθήκῃ*. *hi vero neque affirmare facile habeant se interfuisse, cum tabulae testamenti conderentur, neque*—. REISK. V. p. 1109, 8. SCHAEF.

1108, 13. *ταῦτα*] Exemplum testamenti a Phormione exhibitum. REISK.

ἐκείνων Illius exempli, quod apud Amphionem, Cephisophontis generum, depositum pro genuino venditabatur. REISK.

1108, 16. *γέγραπται*] Constructio haec est, *γνοίη ἄν τις ἐξετάσας ὅπως γέγραπται ἡ μαρτυρία*. REISK.

1108, 27. *ἐκείνως*] Significat illum testandi modum, qui hic promissus p. 1109, 12. demum demonstratur ut justus et legitimus, non, ut isti testati fuerant, *τῶν Πασίωνος διαθηκῶν*, sed *τῶν διαθηκῶν, ἃς φησι Φορμίων Πασίωνα καταλιπεῖν*. REISK.

1109, 3. *Μαρτυροῦμεν· παρῆμεν γὰρ δή*.] Loquuntur ipsi testes recitationem scribae interpellantes. Conf. p. 1119, 24. SCHAEF.

1109, 6. *εἰ μή*] V. ad p. 1104, 4. SCHAEF.

1109, 11. *ὥσπερ ἐν ἀρχῇ τῆς προκλήσεως*] Haec quid sibi velint doceri percupiam. Fortasse immigrarunt in textum e margine, cum ut scholium adscripta essent verbis *οὐ τῶν Πασίωνος* v. 13. SCHAEF.

1109, 12. *εἰ μή*] V. ad p. 1104, 4.

1109, 16. *κεχώρισται*] V. p. 461, 6. 600, 5. 1452, 10. SCHAEF.

1109, 25. *κυρίῳ*] Assentior Lambino *κύριον* emendanti. Dativum tuerer, si v. 19. scriptum esset: *ἣν—τοῦτο Φορμίωνι πρῶτον μὲν*—. SCHAEF.

1110, 1. *δεσποτῶν*,] Hypostigmen praestat deleri. *sed servi, qui, dominorum disperditis bonis,* [illegible]. SCHAEF.

1110, 2. *μετὰ τῆς προκλήσεως* ex Reiskii conjectura edidi. Vulgatum *πρὸ τῆς κλήσεως* frustra defendi ab Schaefero, qui explicat *antequam citarentur ad judices*, ut sit fere i. q. *πρὸ τῆς λήξεως*, recte monet Schoemann. ad Isaeum p. 332.

1110, 3. *ἃ λέγω*] Scilicet ejusmodi testamentum non potuisse a patre profectum esse saluti fortunisque liberorum prospiciente, sed necesse esse ut subjectum sit a servo rationes excogitante, quibus furta sua tegat eorumque poenas effugiat. REISK. Immo sunt quae sequuntur v. 11. SCHAEF.

1110, 7. *τὸ ἐκ Πεπαρήθου*] Assignatum in villam, quae Pasioni in insula Peparetho erat. REISK. V. not. sequ. SCHAEF.

τὸ αὐτόθεν] Assignatum in villam Pasionis aliquam in ipso

Attico solo sitam haud procul Athenis. REISK. Videntur esse annui fundorum reditus, uterque talenti, alter e Peparetho, alter ex Attico solo proveniens. SCHAEF.

1110, 17. ὅτι πλάσμα—ἡ διαθήκη] "Id est δι' ὅλου" Reisk. in Ind. Graecitat. Pseudo-Aeschines Dial. 3. c. 11. ἀλλ' οὐχ ὅλον—ἕλκος [ἡ γεωργία]; ubi ut ὅλον in ὅλη cum H. Stephano mutemus non magis necesse est quam ut hic cum Wolfio. SCHAEF.

1110, 21. ἔστι δ'—ταῦτα τοιαῦτα.] Istaec hoc sibi volunt. Istorum omnium haec est ratio, hoc consilium. Spectant et machinantur illi per istas artes haec. REISK.

1110, 26. ἃς—ἦν] Verte: *quas omnes norant quaeque latere non poterant.* Opponuntur *quae domi latebant.* SCHAEF.

1110, 27. κεκομίσθαι φαίη] Utrum ὁ Φορμίων? *se redegisse id, quod sibi deberetur.* An φαίη κεκομίσθαι Πασίωνα? cui Phormio satis fecerit, dissoluto omni aere alieno. WOLF. κεκομίσθαι, nomine dotis et nomine debiti. REISK. Nomine debiti. De Phormione intelligendum: mirorque Wolfium ambigere potuisse. SCHAEF.

1111, 3. οὐδενὸς λείπεται] Subaudi τῶν τὰ μάλιστα ἀστείων καὶ πεπαιδευμένων. REISK.

1111, 5. διὰ προκλήσεως] H. e. ἐπὶ προφάσει προκλήσεως. *quam pari modo* (atque tabulas testamenti commentitii) *obtinuerunt per speciem sponsionis et sub ejus praetextu volumini illi inseri, in quod documenta caussae recitanda et judicibus ostendenda conjiciebantur.* REISK.

1111, 10. χωρὶς τῆς καθ' ἡμέραν διοικήσεως] ὥστε καὶ τὰ καθ' ἡμέραν διοικεῖν Φορμίωνα καὶ χορηγεῖν τἀναγκαῖα. WOLF. Quae hic commemoretur διοίκησις, ambigo: eane, quae in rem familiarem, in Archippen, in Pasiclem esset eroganda, an, quod verosimilius est, sumtus in tabernam foenebrem faciendi, qui multi sunt atque multiplices, ut locarium annuum reip. dependendum pro venia mensae usurariae exercendae et pro sede ejus in foro, deinde merces servorum tabernae inservientium, item causidicorum, qui contractibus inter credentes aera debentesque condendis intersunt aut caussas gerunt adversus duros et lentos debitores, a quibus aes alienum non potest nisi minis et vi juris extorqueri. REISK.

1111, 23. τοσαύτην] ὅσην Φορμίων. SCHAEF.

1111, 26. ἐπέτρεψεν] ὡς ἐπέτρεψε Πασίων Φορμίωνι. SCHAEF.

1111, 28. διοικοῦντα ἐπὶ τῇ τραπέζῃ] Frustra Reiskius τὰ ἐπὶ τ. τ Sic v. 26. simpliciter dicitur διοικοῦντος. SCHAEF.

1112, 17. ὃς τυχὼν Reiskius, commate post ὄνειδος posito. Sed inserto pronomine relativo pervertitur argumentatio. Scilicet quae antecedunt inde a v. 8., τίς γὰρ ἀνθρώπων κ. τ. λ., generatim dicit Orator omnino negans tale quid cuiquam in mentem venire posse: sed quae sequuntur, τυχών γε κ. τ. λ., dicit de solo Pasione. Adde quod ipsa particulae γε sedes arguit Reiskium erravisse: nam si ὃς admisisset loci ratio, oportuerat scribi ὅς γε τυχὼν—. SCHAEF.

1112, 17. γε] F. γάρ. SCHAEF.

ὑμῶν] Donum ab Atheniensibus Phormioni [imo Pasioni] datum est jus civitatis. REISK.

1112, 18. τοὐναντίον] Post h. v. videtur deesse ἧπερ ἐδίδου ἄν. *quomodo daturus esset, si unquam daret.* REISK. Non deest. εἴπερ ἐδίδου, *si quidem dabat:* id quod negat Apollodorus. SCHAEF.

1112, 20. αὐτὸ τοῦτο ἀγαπητὸν ἦν] *Hoc solum* (accipere puta in matrimonium viduam civis Attici vel sine ulla dote) *fuisset pro magna et insperata felicitate amplexandum.* REISK.

1112, 21. ἀξιωθῆναι] Subaudi καὶ ἄνευ προικός. REISK.

1112, 22. διδόντα] Scilicet πρᾶξαι. SCHAEF.

1112, 25. ψευδῆ] Malim ψεύδη. *quae—convincuntur mendacia.* SCHAEF.

1113, 1. ἐκείνους] Nicoclem et Pasiclem. REISK.

τούσδε] Stephanum et ejus socios caussae. REISK.

1113, 3. καθ' ὁποίας] Scilicet διαθήκας ἐπετρόπευσεν. REISK.

καὶ ὁ ἐπιτροπευθῆναι—ἂν εἰδείη] Haec vulgo omissa addit Bavaricus. Addidi sententiam necessariam. *et qui testatur tutorem suum tutelam ex praescripto testamenti gessisse, liquet eum nosse, cujusnam testamenti ex praescripto tutelam ille gesserit.* REISK.

1113, 4. καθ' ὁποίας] ἐπετροπεύθη. SCHAEF.

1113, 5. μαθόντες] F. παθόντες. WOLF. μαθόντες optime habet. *quo consilio, quid commenti—.* Est i. q. σεσοφισμένοι. Conf. p. 1106, 26. SCHAEF.

1113, 6. φήσουσιν] Nicocles et Pasicles. REISK.

1113, 8. οἱ μὲν ἐκεῖνα] Iidem, Nicocles et Pasicles, ista testati sunt, quae sunt testati. REISK.

οἱ δὲ ταῦτα] Hi vero, Stephanus et ejus consortes, haec testati sunt, quae scilicet edixerunt pro testimonio. REISK.

1113, 10. πρότερον] V. p. 1106, 23. SCHAEF.

1113, 12. οὐδ' ἐπιτροπευθῆναι κατὰ διαθήκην] Scilicet ἡγεῖτο δεινὸν μαρτυρεῖν ὁ τοῦτο μαρτυρῶν. REISK.

1113, 13. ὑπὸ τούτου] A Phormione. SCHAEF.

1113, 15. οὐδὲ καταλιπεῖν] H. e. οὐδὲ δεινὸν ἡγεῖτο τὸ μαρτυρεῖν ὁ μαρτυρῶν καταλιπεῖν—. REISK.

ἐπιγεγραμμένον γραμματεῖον διαθήκην] H. e. γραμματεῖον, ᾧ ἐπιγέγραπται Διαθήκη Πασίωνος. SCHAEF.

1113, 16. οὐδὲ τὰ τοιαῦτα] Scilicet δεινὰ ἡγοῦντο μαρτυρεῖν οἱ μαρτυροῦντες. REISK. Non δεινὰ, sed δεινόν. SCHAEF.

1113, 26. ἐκείνῳ] Phormioni. Quamquam malim ἐκείνοις, Phormioni et Stephano. REISK. Verum esse singularem docet quod proxime antecedit, ἐξ ὧν πεποίηκεν—. SCHAEF.

1114, 4. τούτῳ] Stephano puta. REISK.

1115, 20. τὴν ἀντιγραφὴν] Citat h. l. Harpocration v. Ἀντιγραφή. REISK.

1116, 15. κατηγόρηται] Subaudi Stephanus. REISK.

1116, 17. ἀλλ' ὃ—νῦν] Id est. ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον φήσειε δίκαιον εἶναι, ὃ ἐγὼ νῦν προκαλοῦμαι (id est ἀξιῶ) ποιεῖν. REISK.

1116, 20. οὓς μὲν—ἦν ῥηθῆναι] V. p. 1103, 13. 1107, 3. SCHAEF.

1116, 21. οὓς προσῆκον ἦν ῥηθῆναι] Legendum οὗ προσῆκον ἦν ῥηθῆναι, *refutationes criminum, quibus, ubi par erat eas proferri,* (in priori judicio scilicet.) *me privarunt, illas a me nunc non exigere.* SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 268. οὓς ne mutes. Neque ἐλέγχους vertendum *refutationes*, sed *demonstrationes*. Apollodorus enim, si in priori judicio veniam nactus esset orandi, demonstraturus erat crimina, in quae Phormionem vocaverat. SCHAEF.

ἀφείλοντο] Subaudiendum τοὺς ἐλέγχους. SCHAEF.

1116, 23. τὴν δίκην] Designat eandem actionem damni illati contra Phormionem, quam v. 6. jam commemoraverat. REISK.

1117, 2. ἀναισχυντῇ] H. e. nihilominus tamen aliena hoc loco et tempore proferat. REISK.

1117, 5. παραγραφὴν] Id est διὰ vel κατὰ παραγραφήν. Est haec illa ipsa pro Phormione oratio exceptoria, quae supra legitur p. 944 sqq. REISK. De ellipsi praepositionis noli cogitare. ἡττᾶσθαι παραγραφὴν plene dicitur ut νικᾶν παραγραφήν. SCHAEF.

1117, 6. φήσειν] Vulg. φήσει. Correxi φήσειν: aptum enim id ex οἴομαι praemisso. REISK. Correctio probabilis, etsi prorsus necessariam esse demonstrari nequit. (V. Bernhard. in Syntaxi p. 388.) Simile vitium p. 130, 5. ex uno S. correctum restituto ἀποδράσεσθαι pro ἀποδράσεσθε.

1117, 12. ἀσθενεῖς—λόγους] *Effecerunt ut quae de lite illa paragraphica dicere possim parum valeant ad persuadendum.* SCHAEF.

1117, 28. ὥστε—ἀνεψιαδοῦς] Nam non ii solum ἀνεψιαδοῖ alicujus vocantur, qui patrem habent hujus consobrinum, quo nomine nunc etiam patruelem et amitinum comprehendere volumus, sed etiam quorum patres inter se consobrini sunt, quos quidem sobrinos Latini dicunt, hi inter se et ἀνεψιαδοῖ recte dicentur et ἀνεψιῶν παῖδες vel ἐξ ἀνεψιῶν γεγονότες. Sed apparet priores illos quinto, hos autem sexto gradu cognatos esse. SCHOEMANN. ad Isaeum p. 456.

1118, 2. ποιούσας] Significat: si contingat ut filiae suae a paupertate cogantur ancillari aut quaestum corpore meretricum more facere. REISK.

1118, 3. ὅπερ] Redit, non ad praemissum, sed ad insequens, h. e. non subauditur τὸ ποιεῖν αἰσχρόν τι δι' ἔνδειαν, (nam sic legendum esset non πολλοὶ, sed πολλαὶ in genere foeminino.) sed redit ad τὸ ἐκδοῦναι τὰς συγγενεῖς ἐπιδόντα προῖκα παρ' ἑαυτοῦ. REISK.

1118, 10. Δεινίου] Dinias hic erat socer Apollodori. REISK.

1118, 14. ὅτι] Congruit proximo αἰσθέσθαι, non item remotiori παραγενέσθαι, quod poscit ὅτε. Potuerat Dinias sic: καὶ μηδὲ πώποτε παραγενόμενος αἰσθέσθαι ὅτι—. SCHAEF.

1118, 16. Ὅμοιός γε—] Idem schema ironiae p. 733, 17. SCHAEF.

1118, 17. διὰ τὴν συγγένειαν] Cum Stephano puta, quia Stephanus esset sororis suae filius. REISK.

1118, 18. οὐδὲ τἀληθῆ] Id nempe, quod Apollodorus affirmabat, Stephanum falsum dixisse testimonium asseverantem, inter Apollodorum et Phormionem intercessisse *ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων καὶ ἀπάλλαξιν*, remissionem et absolutionem omnium querelarum. REISK. Atqui Stephanus *ἐμαρτύρησε τὴν διαθήκην*, non *τὴν ἄφεσιν*. V. p. 1117, 5. Scilicet Dinias ut Stephano parcat, de sola *τῇ ἀφέσει* loquitur, tacet *τὰ περὶ τὴν διαθήκην*. SCHAEF.

1118, 20. ὃς οὐκ ὤκνησε] Vulg. οὐκ ὤκνησε. Post Στέφανος videtur ὃς desiderari. *Non autem hic Stephanus*, scilicet recusat propter consanguinitatem vera testari. Concludit sic: Etiamsi verum fuisset, quod ait Phormio, h. e. ipsum esse a me absolutum et me cum ipso decidisse atque transegisse, tamen oportebat Stephanum hoc non testari. quia mihi damnosum erat. qui essem ejus affinis. in eoque Diniae humanitatem imitari. Verum non sic Stephanus, qui nil cunctatus est in damnum nostrum, non dicam vera, sed vel falsa adeo testari. REISK. Vide ne scribi oporteat ἀλλ᾽ οὐχ οὑτοσὶ Στέφανος ὤκνησε—. SCHAEF. Nihil mutandum.

1118, 22. τοῖς ἀπ᾽ ἐκείνης οἰκείοις] Scilicet ἑαυτοῦ. *illis, qui per matrem sibi facti essent consanguinei.* Alias legi posset τοῖς ἐκείνης οἰκείοις sine praepositione ἀπό. REISK.

1118, 25. ὅτ᾽ ἠγωνιζόμην] Adversus Phormionem. SCHAEF.

1119, 4. τὴν ἀρχὴν est *magistratum*, i. e. arbitrum: quem postea unum de judicibus utique vel praetorem fuisse, cum Reiskio putare non est necesse. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 268.

1119, 7. πρὸς μαρτυρίαν—ἀναστάντος ἐμοῦ] *Cum ego ejurandi cujusdam testimonii caussa surrexissem.* Fortasse rectius fuerit: *cum ego, ut testem quendam jurejurando obstringerem, surrexissem.* Libet addere locum e Moschopuli Schedis: παρ᾽ Ἀθηναίοις λίθος τις ἰδίως, πρὸς ᾧ τοὺς ὅρκους ἐποιοῦντο. ὡς παρὰ Δημοσθένει (p. 1265, 6.) καὶ πρὸς τὴν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες. WOLF. Facile apparet posteriorem Wolfii interpretationem unice probandam esse. SCHAEF.

1119, 13. ὁμοίως] Nihilominus, pariter, atque si testes jurati affirmassent, Stephanum furem esse. REISK.

1119. 15. κακῶν ἀλλοτρίων] τὸ κακῶν Felic. omittit. F. μαρτυριῶν ἀλλοτρίων vel ὑπὲρ ἀλλοτρίων. WOLF. Sententia haec est: Qui se ab alio ad patrandas nequitias subornari patitur eique se praebet instrumentum scelerum. quae ille designat. exsequendorum. sed clam exsequendorum. ut nemo animadvertat, ecquid eum putatis, o judices. in caussis ipsum suis patraturum? *Fur alienorum malorum* est Graecis ille, qui mala, fraudes, scelera clam. in occulto exsequitur et perficit. non sponte sua, sed jussu alieno, ad quae ab alio instigatus. impulsus. instructus et subornatus fuit. REISK. κακὰ ἀλλότρια non puto significare nisi *mala quae alius patitur.* Opponuntur κατὰ οἰκεῖα. Quae significatio cum huc non quadret, suspicor κακῶν mutandum esse in κακιῶν.

κακιῶν ἀλλοτρίων κλέπτης. *qui quid furatur, ut sceleribus alius commodet.* SCHAEF.

1119, 21. ὅτε ἦν—πρὸς Φορμίωνα] Illo die et in illo conventu, quo arbiter delectus in caussa Apollodori adversus Phormionem erat sententiam pronuntiaturus. REISK.

1120, 2. Μαρτυροῦσι] Sunt iidem, qui modo ἐξωμόσαντο: unde Apollodorus colligit ἐπιορκήσαντας ἐξομόσασθαι. Nec tamen apparet perjurium. Aliud enim est testari furtum, aliud testari πρόκλησιν factam ob suspicionem furti. Haec qui confundit orator, eum vere dicas ῥητορικῶς πονηρεύεσθαι. SCHAEF.

1120, 8. ἀποκρίνασθαι—δικάζεσθαι] I. q. ἀποκρινάμενον κελεῦσαι—δικάζεσθαι. SCHAEF.

1120, 10. Τίς ἂν οὖν] Mox v. 12. alio ordine ἆρ' οὖν ἄν—. SCHAEF.

1120, 16. ἐκέλευεν] πονηρὸν εἶναι. SCHAEF.

1120, 18. δοὺς ἂν δίκην] Poenas daturus, si justi esse velitis. SCHAEF.

1120, 22. ἴσα βαίνων] Citat h. l. Harpocration v. ἴσα βαίνων. V. Heraldus ad Arnobium p. 20. REISK. ἴσα βαίνων ἐβάδιζεν ὑποπεπτωκὼς ἐκείνῳ est i. q. οἰκεῖος ὢν ὑποπεπτώκει ἐκείνῳ. Paroemiaca phrasis ἴσα βαίνων (*assecla cum esset*) in caussa fuit cur orator sic pergeret: ἐβάδιζεν ὑποπεπτωκὼς ἐκείνῳ. V. Buttmannus in Friedemanni Miscell. Crit. 2, 1. p. 50. SCHAEF. V. ad p. 442, 15.

1120, 25. διαφορηθεὶς] Proprie dicuntur res διαφορεῖσθαι: hic ipse homo, cujus facultates disperduntur. SCHAEF.

1120, 27. Ἀπόληξις] Harpocration, Ἀπόληξις, εἷς τῶν ν' συγγραφέων, ὃν Πλάτων κωμῳδεῖ ἐν Σοφισταῖς.

Σόλων] Homo aliunde non notus. Solon quidam Erchiensis memoratur p. 1013, 4.

Φορμίωνα—ἑώρακε] Forsitan εἰς Φορμίωνα—ἑώρακε. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 268. Non opus. V. Heindorfius ad Platon. Charmid. p. 106. Similis usus verbi προσβλέπειν p. 1485, 7. SCHAEF.

1121, 1. πρεσβευτὴς] *Agens in rebus.* V. p. 885, 5. REISK.

1121, 5. κἂν ἀτυχῶσι] Haec pronuntianda voce aequabili: κἂν enim est i. q. καὶ ἐάν. SCHAEF.

1121, 8. εἴ τινα—ἀδικήσει] Ut me, qui ejus οἰκεῖος sim. SCHAEF.

1121, 15. ἐπὶ τῷ τὴν πόλιν φεύγειν] τὰς εἰς τὴν πόλιν λειτουργίας. WOLF. Quo ne trahatur ad necessitatem pecunias ad reip. necessitates sublevandas contribuendi honoresque onerosos gerendi. Simulat se pauperem et pro eo publice vult haberi, ne necesse habeat aliquam peculii partem in usus reip. erogare. Interpretantur statim insequentia καὶ τὰ ὄντα ἀποκρύπτεσθαι. REISK.

1121, 17. ἐργασίας] Quaestus pecuniarios. REISK.

1121, 18. κατείργασται τοῦτο] *Consecutus est quod volebat*, ut recte Reisk. in Ind. Graecitat. SCHAEF.

1121, 23. *ἐξετάζεσθαι*] Citat h. l. Harpocration v. *Ἐξετάζεσθαι*. REISK.

1121, 27. *τοῖς μετ᾽ εὐπορίας πονηροῖς*] *ἐκ περιουσίας, τοῖς εὐποροῦσι καὶ πονηροῖς*. WOLF.

1122, 1. *παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις*] Videtur hic aliquid deesse, e. e. *τὰ πράγματα* vel *τὰ παρόντα* aut *τὴν ἔνδειαν*. Quamquam me non fugit e proximis superioribus tacite repeti a legente quoque posse *τὴν τῆς χρείας ἀνάγκην*, *egestatis necessitatem vel invitos cogentem*. REISK. Nihil deesse cum per se appareat, tum ostendit hujus loci imitator Pseudo-Phalaris Epist. 71. *τὸ δὲ ἀκούσιον παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις συγγνώμης ἀξιοῦται.* ad q. l. Lennepius Demosthenica comparavit. SCHAEF.

1122, 2. *ἐκ περιουσίας—πονηροὶ*] Infra v. 10. *ἐξ εὐπορίας πονηρούς. τοῖς μετ᾽ εὐπορίας πονηροῖς* p. 1121, 27. SCHAEF

1122, 11. *βαδίζει—παρὰ τοὺς τοίχους*] *Incedit juxta parietes*, scilicet ut quantum pote effugiat hominum occursum. SCHAEF.

1122, 15. *τῶν ἀναγκαίων*] Scilicet *πρὸς τὸν βίον χρημάτων*. REISK.

1122, 19. *ἐπαγγείλειεν*] Vulg. *ἀπαγγείλειεν*, scilicet *αὐτοῖς*. *nuntiet illis aliquid*. Sed recte Wolfius *ἐπαγγείλειεν*, *imperet ipsis aliquid*, jure velut suo, ut homo familiaris ab altero familiari pro sua cum eo consuetudine, brevibus verbis, libere, aperte, cum fiducia postulet: praesertim cum *οὐδὲν ὀκνῶν* additum sit. REISK.

1122, 20. *πρῶτον*] Hic est pro *τὴν ἀρχὴν*, *unquam*. REISK.

1122, 21. *πρόβλημα*] Velum, tutamen, defensaculum, quicquid servit celando, muniendo, defendendo, ne res, cui praetenditur, deprehendatur aut impugnetur. REISK.

1123, 1. *Νικίαν*] Videtur idem esse cum illo Nicia, qui p. 949, 22. gener Diniae esse dicitur. Erant ergo Diniae duae filiae, quarum altera erat penes Apollodorum, altera penes Niciam. Sed hic Nicias, si idem fuit gener Diniae et *θεῖος* Stephani, fuit frater uxoris Diniae. Erit itaque *θεῖος* hic loci reddendum. non *patruus*, sed *avunculus*. REISK.

1123, 2. *ἀοίκητον*] Vehementer mihi quidem est suspectum. *παῖδα* si bene habet, reddi debet *ἀοίκητον* *carentem domicilio*. Sed si vulgari notione h. l. quoque usurpatum sit, ut scilicet significet *non habitatum* aut *non habitabilem*, substitui pro *παῖδα* debet *οἶκον*. REISK. Suspicor scribendum *ἄοικον*. SCHAEF.

1123, 13. *τοῦτον*] Constructio sic est facienda: *εἰ συνέβη, ὥστε μάγειρον—πρίασθαι τοῦτον*. *si evenisset casu fortuito ut lanius aut alius alienius artis sellularius artifex hunc Phormionem emisset*. REISK.

1123, 18. *κύριον*] Non *dominum*, sed *administratorem*, *dispensatorem multarum pecuniarum*, cui magnae pecuniae essent commissae, quas administraret. REISK. Recte. V. p. 1125, 26. *κύριος χρημάτων*, qui suo jure administrat pecuniam quae est alius. SCHAEF.

1123, 23. *γνώριμον*] *Familiarem*. SCHAEF.

1123, 25. ἡγεμόνας] Correxi vulgatum ἡγεμόνα. Pasio enim, cui etiam Apollodorus se utpote filius adjungit et in gloriae communionem ingerit, fuerunt Phormioni ἡγεμόνες, duces felicitatis ejus, ad quam Phormio postmodum industria usus pervenit, eoque viam illi monstrarant et in eam viam illum induxerant. Subauditur αὐτῷ γεγονότας. REISK. Non opus subaudiri. SCHAEF.

1123, 26. ἔχοντα καὶ πλουτοῦντα] Pleonasmus oratorius: nam participium ἔχων solum per se valet i. q. πλουτῶν. SCHAEF.

1123, 27. ὥστε—μὴ τολμᾶν] *Ut in animum inducere non possit.* Indicatur summa voluntatis abalienatio. SCHAEF.

1124, 1. τὰ καταχύσματα] Citant h. l. Harpocration v. Καταχύσματα et Ammonius p. 78. in eadem voce. Conf. Palmerius Exercitat. p. 644. REISK. Citat etiam Hermogenes. V. not. ad p. 1308, 6, SCHAEF.

1124, 2. οὐδὲ] Scilicet ὤκνησε. SCHAEF.

1124, 5. τί γὰρ αὐτὸν οἴεσθε—] *Cur enim eum putatis—.* Subaudi: *nisi multa fuerunt, quae hoc pacto furaretur.* SCHAEF.

1124, 6. ὅσα ἐστὶν] ὅσα ἔνδον ἐστὶν Reiskius. Ἔνδον additum legitur tantummodo p. 1110, 10. non legitur p. 1110, 14. Neque opus est addi: quippe orator tabularum articulos passim ita citat, ut singulas voces non adnumeret. SCHAEF.

1124, 10. οἷα πολλὰ] S. ἐστὶ τὰ ἀνθρώπινα. Noli conjungere οἷα πολλὰ ἐμοὶ, scilicet συνέβη. WOLF. Recte monuit: nam *mille modis leti miseros mors una fatigat.* SCHAEF.

1124, 11. ἐδικάζοντα] F. ἐπεδικάζοντο. Unde ἐπίδικοι, αἱ ἐπίκληροι. WOLF. Hoc adscriptum in S.

1124, 17. ὧν μὲν ἀπεστέρηκεν κ. τ. λ.] Concludit sic: Rationem eorum, quae mihi debet, ut mihi reddat, ad hunc diem adduci se nondum passus est; et idem tamen me quasi ad rationem opum mearum, quas nemini debeo, vocat et sibi arrogat rationem, quomodo eas administrem, a me repetere. Quae perversitas! REISK.

οὐδέπω καὶ τήμερον] V. p. 691, 2. Personatus Demosthenes p. 1144, 11. οὐδέπω καὶ νῦν. Quod legitur etiam p. 1283, 25. 1294, 26. [ubi libri optimi νυνί.] 1296, 15. SCHAEF.

1124, 21. τοὺς μὲν ἄλλους] Junge τοὺς ἄλλους τοὺς οἰκέτας, *ceteros qui servi sunt, ceteros servos.* Opponitur οὗτος ὁ δοῦλος. SCHAEF.

1124, 25. ἐκ τούτων] Id est ἐκ τοῦ ἐξετάσαι ἐμὲ, vel ἐκ τῶν λόγων, οὓς ποιεῖται περὶ τῆς ἐμῆς ἀσωτίας. REISK.

1124, 26. τῷ ταχέως βαδίζειν καὶ λαλεῖν μέγα] V. ad p. 981, 25. SCHAEF.

1125, 3. εἰς τὴν πόλιν et εἰς ὑμᾶς tanquam synonyma ponuntur: quae est callida captatio benevolentiae. SCHAEF.

1125, 12. ὥσπερ σὺ—κατῄσχυνας] οἱ γὰρ ἡταιρηκότες ἄτιμοι ἦσαν. SCHAEF.

1125, 15. οὗτος] Phormio: ne quis de Stephano cogitet. Creberrime enim orator noster a secunda persona ad tertiam

se jactu quasi repentino transfert et cum allocutus esset modo reum, subito se ad judices et rursus ab his ad illum confert. REISK.

1125, 15. *πλησίον τοῦ τῆς δεσποίνης*] Mulier, cui monumentum tam sumtuosum Phormio exstruxit, non fuit Archippe, quod Reiskio videbatur, sed alia, quam cum tot aliis corrupisse dicitur. Exstruxit autem juxta monumentum uxoris, quam olim habuerat heram. Quo major fuit hominis impudentia. SCHAEF.

πλέον ἢ τάλαντα δύο] Similis luxuriae exempla comparavit Becker. Chariel. vol. 2. p. 192.

1125, 21. *μεθ' ἡμέραν εἶ σὺ σώφρων*] Aristides vol. 2. p. 307, 11. *τὰ μὲν ἔξω σεμνοὶ, τὰ δ' ἔνδον ἄλλος ἂν εἰδείη τις, οὐδὲ μεθ' ἡμέραν σώφρονες, ὡς Δημοσθένης φησὶν, ἀλλ' αὐτοῖς καὶ ἡμέρα καὶ νὺξ ταυτόν ἐστι δυνηθεῖσιν.*

1125, 24. *ἄνωθεν*] "A vetusto inde, a prima aetate." Reisk. in Ind. Graecitat. Quae interpretatio vereor ut elegantiam dictionis satis ostendat. *ἄνωθεν* dicitur de prosapia valetque *a majoribus*. Itaque Phormio significanter dicitur *πονηρὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀνακείου*, ut homo nequam, cujus majores in catasta tanquam loco sibi patrio semper versati sint. *πονηρὸς ἐκ τριγονίας* p. 1327, 3. SCHAEF.

ἐκ τοῦ ἀνακείου] Harpocration. *Ἀνακεῖον· ἀνάκτορον·* (codices inverso ordine *ἀνάκτορον ἀνάκιον*, quod correxit Maussacus) Δ. *ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. ἱερὸν τῶν Διοσκούρων.* Lex. rhet. in Anecd. Bekk. p. 212, 12. *Ἀνακεῖον : Διοσκούρων ἱερὸν, οὗ νῦν οἱ μισθοφοροῦντες δοῦλοι ἑστᾶσιν.* V. Schoemann. ad Isaeum p. 474.

1125, 26. *κύριος*] V. ad p. 1123, 18. SCHAEF.

1126, 1. *ἄπηγον*] Proprium de hoc delicto verbum. SCHAEF.

1126, 7. *ᾧ δημοσίᾳ προσῆκεν κ. τ. λ.*] Cum alia Phormionis flagitia designat, tum inprimis illud, quod p. 1125, 10. attigerat. Capitale enim erat servo, qui civem Atheniensem stuprasset: laesio enim haec erat majestatis populi. Veruntamen non satis intelligo quaenam ista sint scelera, per quae quis spiritus veniam impetret, cum meruisset poenam mortis publicae. REISK. Nec quisquam alius intelligat. Sed hic de talibus sceleribus *οὐδὲ χρή*. *te, quem decebat ob facinora capite plecti, cum impunitus abieris*—. SCHAEF.

δημοσίᾳ—τεθνάναι] Ad *δημοσίᾳ* subauditur *ψήφῳ* ab Reisk. in Ind. Graecitat. Mihi videtur dici *ἐπιρρηματικῶς*: ut sit i. q. *δημοσίως*. Sic *ἰδίᾳ* i. q. *ἰδίως*. SCHAEF.

1126, 22. *τῶν αὐτῶν*] Subaudi *ἃ ἐγὼ τούτῳ ἐγκαλῶ*. REISK.

τούτῳ] Phormioni. SCHAEF.

1126, 25. *ὑβρισθεὶς*] *ὑβρίσθαι* Dobraeus. Vulgatam scripturam defendit Shilleto ad orat. de f. leg. p. 59. parenthesin esse monens *παραιτησάμενος—σιωπήσομαι*, orationem autem verbis *ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ Πασικλέους* inchoatam resumi post parenthesin verbis *ἐγὼ γὰρ ὁμομήτριον* etc. Similiter p. 1087, 3. periodus a verbis *χρόνῳ δ' ὕστερον οὐ πολλῷ* incipiens non absolvitur, intercedente parenthesi *τοῖς γὰρ μετὰ ταῦτα* etc.

1126, 26. ἐδόκουν] Est i. q. προσεποιούμην. V. Valckenarius ad Euripid. Hippol. 462. SCHAEF.

1126, 27. ἐγὼ γὰρ—οὐκ οἶδα.] Citat Tiberius p. 32. omisso μέν. SCHAEF.

1127, 2. παραπεπτωκώς] Per ὑποπεπτωκώς ex h. l. explicat Harpocration.

1127, 10. ὑπερίδητέ με] Malim ὑπερίδητ' ἐμέ. SCHAEF.

1127, 11. ἐπίχαρτον γενόμενον] ἐπιχάρτους γενομένους Reiskius. Notanda haec constructio, non mutanda. SCHAEF.

1127, 12. ἀσπίδας] Solenne erat hoc munus, sed tanto dignius Pasione, quod is officinam habebat. in qua scuta fabrefiebant. REISK.

1127, 15. ε′ ἐτριηράρχησε τριηραρχίας] Vulg. ἐτριηράρχησε τριηραρχίας. Videtur hic numerus trierarchatuum, quos gessit Pasio, deesse. Quid si legimus ε′ (id est πέντε) ἐτριηράρχησε τριηραρχίας? Nam suae quisque navis erat trierarchus, h. e. ejus, quam suis sumtibus condidisset atque instruxisset. Quinque triremes autem hic dicitur Pasio reip. contulisse. Fuit ergo quinquies trierarchus. Quot enim quisque triremes seu jussus seu sponte sua armaret, toties fiebat trierarchus, non uno anno, sed aliis atque aliis consequentibus. REISK. Cum antecesserit πέντε τριήρεις—ἐπιδοὺς, ex ipsa Reiskii disputatione sequitur *quinquies* hominem fuisse trierarchum. Quid igitur opus fuit numerum τῶν τριηραρχιῶν addi? SCHAEF.

1127, 26. ἤ τις] Malim ἢ ὅστις ἕκαστος ἐκείνων (scilicet ὀνομάζεται). Sententia est haec: Nihil enim ad rem facit alicui vestrum esse servum, qui Syrus, alii esse servum, qui Manes, aliis alios, qui aliter quocunque tandem nomine appellantur, nostro autem servo nomen esse Phormioni. Facinus idem semper est, quodcunque sit ei nomen, qui perpetrarit. Unde patet post verba οὗτος δὲ Φορμίων deesse διαφέρει. REISK. Lenius sic correxi, ut darem ἢ τίς. Nec deest διαφέρει, sed ad μὴ γὰρ subaudiendum est σκέψηται. SCHAEF. Recte.

1127, 29. προσήκειν] Scilicet λαμβάνειν. SCHAEF.

1128, 1. τὸν ἀφῃρημένον] Scilicet ἐμὲ τὸ λαβεῖν δίκην παρὰ τούτου. *punite eum, qui mihi eripuit facultatem hunc Phormionem castigandi.* Significat Stephanum. REISK.

1128, 7. τί οὖν] H. l. accipio non pro *Quid igitur?* sed pro *Cur igitur? Cur igitur scriptum est in formula tui testimonii id, de quo tu testari recusas?* REISK.

1128, 11. τὸν δ' ἔχειν] Scilicet τὰς διαθήκας. *si dicent illum* (Amphionem) *habere penes se testamenti tabulas*, τότε ἀπαντᾶτε αὐτοῖς, *tum occurrite ipsis his verbis: Quasnam tabulas?* REISK. Non subaudiendum τότε ἀπαντᾶτε αὐτοῖς, sed ad Ποίας;— referendum quod sequitur ταῦτ' ἐρωτᾶτε. SCHAEF.

1128, 12. οὗτοι] Pasicles, Nicocles, ejus tutor, et Phormio. REISK. Immo Stephanus cum sociis. SCHAEF.

1128, 13. ἐκείνων] Stephanus ejusque consortes, Cephisophon, Amphion. REISK. Immo Pasicles et Nicocles. SCHAEF.

XLVI.

ADVERSUS STEPHANUM II.

1129. ΚΑΤΑ ΣΤΕΦΑΝΟΥ—Β.] Est hic *ὁ δεύτερος* vel *ὁ ὕστερος λόγος* in eadem caussa et occurrunt in hac oratione argumenta non pauca multo graviora illis, quae *ὁ πρότερος λόγος* attulerat. REISK. V. Prolegomena ad orationem priorem. Bekkerus hanc orationem ut spuriam notavit, repugnante Clintono Fast. Hell. vol. 2. p. 358. "A second oration *κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν* is attested by Plutarch. V. Demosth. c. 15. who mentions *τοὺς πρὸς Φορμίωνα καὶ Στέφανον*, and implied by Harpocration v. *ἴσα βαίνων*. *καταχύσματα*. where he adds *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου πρώτῳ*. The second oration, though not named as such, is quoted without suspicion by Harpocration v. *ἐπὶ διέτες ἡβῆσαι* (referring to p. 1135. 4. 1136. 16.). *ἐκμαρτυρία* (p. 1130. 1131.), *μάλθη* (p. 1132, 13.), *φαρμακός* (p. 1133, 26.). This second oration is farther authenticated by internal evidence. It contains many additional reasonings: and the argument of the orator for his client is incomplete without it."

In argumentum Libanii.

1128, 1. *τῶν φθασάντων*] *Eorum quae in priori dicta sunt.* V. Argument. Philipp. IV. p. 130, 1: ubi etsi *τῷ φθάσαντι*, quod est in codicibus quibusdam Augeri et Reiskii, praefero, tamen quod editum legitur *τῷ φθάνοντι* et ipsum est proprium Graecitatis citerioris. Suidas v. Ἐγκρατής: *τῶν φθανουσῶν ἰάσεων—ἐγκρατὴς γεγονέναι*, *compotem se factum esse priorum sanationum.* SCHAEF.

ἐπικατασκευάζεται] *Novis argumentis demonstratur.* SCHAEF.

1130, 28. *τῶν—ἀδυνάτων καὶ ὑπερορίων*] *ἀδύνατοι*, qui, cum in urbe sint, tamen adesse judicio ob valetudinem nequeant, *ὑπερόριοι*, qui extra fines Atticae agunt. REISK.

1130, 28. *ἐκμαρτυρίαν*] Citat h. l. Harpocration v. Ἐκμαρτυρία. REISK.

1130, 29. *ἐπισκήψεως*] *Pari jure licere excipere contra extestimonium* (*ἐκμαρτυρίαν*) *atque ipsum testimonium, et convictum falsae ἐκμαρτυρίας teneri poenis perinde atque convictum falsae μαρτυρίας.* REISK.

1131, 4. *οἱ μαρτυρήσαντες τὴν ἐκμαρτυρίαν*] Vulg. *οἱ ἐκμαρτυρήσαντες τὴν ἐκμαρτυρίαν.* Pro postrema voce mavult Wolfius simplicem vocem *μαρτυρίαν.* Correxi *μαρτυρήσαντες* (sine praepositione, verbum simplex) de meo sensu. Nam praesentes *μαρτυροῦσι*, absentes *ἐκμαρτυροῦσι.* Sententia est haec: *ὁ ἐκμαρτυρήσας*, absens ille, cujus nomine judicibus exhibitum fuit aliquod testimonium, si pro suo agnoscit hoc testimonium, tum lis *ψευδομαρτυριῶν* adversus eum intendetur; sin autem ille negat hoc testimonium suum esse, tum obnoxii liti *ψευδομαρτυριῶν* erunt illi, qui praesentes in judicio testati sunt illum absentem misisse hoc testimonium atque suo id nomine jussisse exhiberi. REISK. Recte Reiskius. Conf. v. 12. SCHAEF.

1131, 8. *ἀκοὴν*] Addidi meo judicio *ζῶντος.* Gemini criminis incusatur Stephanus: quorum unum est, quod *ἀκοὴν ζῶντος ἐμαρτύρησε*, quod est contra leges; vetant enim leges quemquam in judicio testari se audivisse aliquid ex aliquo, qui adhuc in vivis supersit; alterum est, quod falsa testatus est Stephanus ea ipsa, quae testatus est se audivisse ab illo superstite, qui est Phormio. REISK. *ζῶντος* non opus addi: nam *μαρτυρεῖν ἀκοὴν παρὰ τὸν νόμον* ipsum est i. q. *μαρτυρεῖν ἀκοὴν ζῶντος.* V. p. 1130, 27. SCHAEF.

1131, 27. *τοῖν—μὴ*] Hujus rei exemplum legitur in Demosth. Orat. in Theocrinem p. 1136. Plura dedit Heffterus de re judic. Athen. p. 302. Secundum hanc igitur legem alter alterius interrogationibus respondere debebat adversarius, *non* vero *licebat in sua ipsius caussa testari*, quod Phormionem fecisse contendit Apollodorus. Pertinebant illa interrogata maxime ad litis, quam vocant, instructionem: quique legem violabat, erat falsi testimonii reus, ob id ipsum quod contra leges testatum erat; ac pari modo, qui testem produxerat, quod apparet ex sequenti lege. BEELS.

1132, 3. ΝΟΜΟΣ] De hac lege confer exordium orat. in Euerg. et Mnesib. p. 1139. BEELS.

1132, 9. *τοὺς μὲν τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦντας κ. τ. λ.*] *τὰ πεπραγμένα*, facta, res jam actae, quae mutari nequeant, cum *προκλήσεως* conditiones immutari possint, etiam dum scribuntur. Hinc explicanda illa l. 13: *ἵνα, εἴ τι προσγράψαι ἢ ἀπαλεῖψαι βουληθῇ, ῥᾴδιον ᾖν.* Hunc locum in Observationibus in Potteri Archaeolog. (Classic. Journ. vol. 11. p. 143.) jam tractavi. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 268. Agitur de *forma et habitu externo testimoniorum*, sive potius *tabularum*, in quibus ea scripto consignabantur. Primum apponamus Budaei verba Comm. Ling. Graec. p. 186: "Ex hoc," inquit, "loco intelligimus duo genera

tabularum fuisse: unas enim λευκοῦσθαι solitas, id est *albo quodam induci:* alteras *cera liquefacta illini*, quae facile delebiles erant. In hujusmodi autem pugillaribus testificationem τῶν προκλήσεων factitari solitam esse dicit orator, a testibus non rogatis, sed oblatis: quales sunt qui fortuito inter aliquem actum adveniunt et adsunt." Moris igitur erat ut, qui de *re in facto posita* testes adhibebantur, testimonia sua secum domo afferrent parata, *tabellae* inscripta *gypso aliave materia alba ac duriore inductae;* cujusmodi tabella vel ut h. l. γραμματεῖον λελευκωμένον, vel simpliciter λεύκωμα, Latine *album*, dicebatur. Testem habemus, praeter Demosthenem contra Timocr. p. 707, 13. laudatum Budaeo p. 185. auctorem Lexici Rhetorici in Bekkeri Anecd. Gr. p. 277. Λεύκωμα· λεύκωμά ἐστι πίναξ γύψῳ ἀληλιμμένος πρὸς γραφὴν πολιτικῶν γραμμάτων ἐπιτήδειος· unde apud Suidam emendandum vitiosum πραγμάτων. Verbum rei proprium erat λευκοῦσθαι, idem quod γύψῳ ἀπαλείφεσθαι. Simili relatione Phocenses milites quosdam, ipsos cum armis suis *gypso obductos* videri λευκανθίζοντας, refert Herodotus 8, 27. Hujusmodi tabellis *exarata testimonia domo secum afferre* Demosthenes dicit οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκευασμένας μαρτυρεῖν, dictione sive elliptica, sive praegnanti, pro pleniore οἴκοθεν ἀποφερομένας καὶ κατεσκευασμένας τὰς μαρτυρίας μαρτυρεῖν, *domo allata et parata testimonia proferre;* unde vanam esse liquet Reiskii suspicionem, tentantis post οἴκοθεν addere ἐπιφερομένους. Quaecunque autem ita comparata essent testimonia, et semel scripto consignata, in iis nec potuisse nec licuisse quidquam addendo delendove mutari, cum res ipsa loquitur, tum luculenter indicant superius dicta orat. 1. p. 1115: διὰ ταῦτα ὁ νόμος μαρτυρεῖν ἐν γραμματείῳ (tali scil. quale h. l. describitur) κελεύει, ἵνα μήτ' ἀφελεῖν ἐξῇ μήτε προσθεῖναι τοῖς γεγραμμένοις μηδέν· et paulo post: εἰ ἐάσαιτ' ἂν ἐναντίον ὑμῶν ἐμὲ προσγράψαι τι λαβόντα τὸ γραμματεῖον; οὐ δήπου. Contra, qui *in provocationis causa* testes adhibebantur, ex tempore testantes, edere debebant ἐν μάλθῃ γεγραμμένην τὴν μαρτυρίαν, id est *cerae liquefactae*, sive *tabellae cera illitae*, impressum testimonium. Haec enim vocabatur μάλθη, auctore Harpocratione in v. qui, hunc ipsum Demosthenis locum excitans interpretatur ὁ μεμαλαγμένος κηρός· cum eoque consentiens Bekkeri Lexicographus p. 278: Μάλθη· μεμαλαγμένος κηρὸς ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ᾧ τὰ γραμματεῖα πράττεται. Ideo autem e cera fiebant, ut, si quid, re ita ferente ac permittente lege, addendum, delendum, vel quomodocunque tandem mutandum videretur, id in cera transverso calamo inducta denuo inscribi posset. Ex hac igitur consuetudine fraudis arguitur Stephanus, qui cum sese *provocationis* testem haberi cuperet (vid. supra l. c.), *testimonium* eum dare oportuerat in istiusmodi *cerea tabella exaratum:* atqui tabellam attulerat ex eo genere, qualem supra diximus γραμματεῖον λελευκωμένον οἴκοθεν κατεσκευασμένον. Hoc ergo nomine reprehendit eum Apollodorus. BEELS.

1132, 13. εἴ—βουληθῇ] Notanda constructio. Nisi forte scribi praestat ἐάν—βουληθῇ. Subaudi ὁ μαρτυρῶν. SCHAEF. Conjunctivum defendit Schoemann. ad Isaeum p. 463.

1132, 25. Δυσνικήτου] Olymp. 102, 3. Nomen hoc archontis Δυσκίνητος scriptum apud Pausan. 4, 27, 9. et in libris deterioribus Diodori 15, 57, melioribus alteram scripturam praebentibus, quae sola vera est et Pausaniae quoque restituenda.

1132, 27. Νικοφήμου] Olymp. 104, 4.

1133, 1. τῆς δωρεᾶς.] τῆς πολιτείας. SCHAEF.

1133, 7. ΝΟΜΟΣ] Hujus legis mentionem faciunt Demosth. in Leoch. p. 1100, 16. in Olymp. p. 1183, 13. Isaeus de Philoct. hered. p. 121. de Nicostr. hered. p. 76. Accedit Plut. V. Solon. c. 21. SCHELLING. de Solonis legibus p. 128.

Verba ὥστε μήτε ἀπειπεῖν μήτ' ἐπιδικάσασθαι videntur non in lege fuisse, sed ab ipso addita oratore interpretationis ergo. Sententia est: Quicunque adoptati non sunt (seu a patre familias in familiam, seu a populo, patre communi, in cives, magnam illam civium omnium familiam), qua adoptatione vel arrogatione amiserunt jus excludendi quos velint sua haereditate aut haereditatem virginemve haeredem jure petendi, illorum cuique liceto de bonis suis pro arbitrio testamento constituere. In ὥστε μήτε ἀπειπεῖν μήτ' ἐπιδικάσασθαι subauditur aut ἐξεῖναι aut δύνασθαι. Apparet ex hoc loco τοὺς ποιητοὺς vel εἰσποιητοὺς, h. e. seu cives non natos, sed factos, seu filios adoptatos caruisse jure primum τοῦ ἀπειπεῖν, excludendi aliquem haereditate sua, deinde τοῦ ἐπιδικάζεσθαι. REISK. Verba ὥστε—ἐπιδικάσασθαι oratoris esse, non legislatoris, vereor ut Reiskius cuiquam probaverit. SCHAEF. Non probavit Bunsenio, qui de hac lege disseruit in Disq. de jure hered. p. 56 sqq. nec Schellingio, in libro de Solonis legibus p. 128. sic scribenti "Verba ὥστε μήτε ἀπειπεῖν μήτ' ἐπιδικάσασθαι non videntur cum Platnero (Proc. Att. 2. p. 321.) referri posse ad διαθέσθαι (licere facere testamentum, ita ut neque quis impedire neque hereditatem in judicio appetere possit); sed tota orationis structura exigere videtur ut cum Bunsenio (l. c. p. 55.) ὥστε et quae sequuntur ad ἐπεποίηντο referamus et ita explicemus: "quicunque adoptati non sunt, quod quidem si sunt, neque (cognatos familiae, e qua adoptati sunt) ab hereditate excludere, neque ullam hereditatem in judicio appetere possunt, iis licere testamento legare sua" et quae sequuntur. Adoptatis autem non permiserat Solon facere testamentum; sed aut, si filium legitimum habebant, illo relicto in domum patris naturalis redeundum iis erat, aut si nullum reliquissent, ad adoptatoris cognatos deveniebat hereditas. Testis est Demosth. in Leoch. p. 1100." Omissa verba illa sunt p. 1100, 16. ubi haec lex memoratur. Verba autem ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, quorum de interpretatione ambigit Reiskius, de adoptivis intelligenda esse docuit Schoemannus in Annal. Berolin. a. 1828. vol. 2. p. 340. V. eundem ad Isaeum p. 200.

1133, 9. *τὰ ἑαυτοῦ*] Cum praecessisset *Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο*, tamen subjungit *τὰ ἑαυτοῦ*, quia subauditur *τούτων ἑκάστῳ ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι*. REISK.

τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι] Notanda constructio. Recurrit mox v. 25. SCHAEF. *ἐξεῖναι αὐτοῖς διαθέσθαι* est p. 1100, 16.

1133, 11. *μανιῶν*] Dubium sitne nominativus singularis participii praesentis a verbo *μανιᾶν*, an, quod malim, genitivus pluralis a *μανία*. Dicuntur *μανίαι* insultus temporarii, per certa intervalla redeuntes, furoris aut morbi comitialis, a vi quadam occulta lunae corpora corrumpentis, prout veteres rebantur. Et huic posteriori interpretationi vim addit v. 27., ubi est *ὑπὸ μανιῶν*. REISK.

1133, 18. *ὁ νόμος*] Sed haec lex tota ficta est ab Apollodoro, qui quod legislator de filiis adoptatis (*ποιητοῖς*) jusserat, quibus illam non datam fuisse potestatem aliunde constat (v. Bunsen. de jure hered. p. 58 sqq.), callide ad cives novos, qui et ipsi *ποιητοὶ* vocantur, transtulit, quod hoc e re sua erat, atque ita Apollodorus legem non corrumpendo, sed mala fraude interpretando judicibus imposuit. MEIER. de bonis damn. p. 61. Conf. Schoemann. Antiq. publ. p. 192.

1133, 26. *φαρμακῶντα*] Citat Harpocration. s. v. *φαρμακός*.

1133, 28. *ἄκυρον*] *μὴ κύριον*. V. ad p. 700, 16. SCHAEF.

1134, 3. *ἀκόλουθον*] Id est *εἰκὸς, ἀνάλογον, συμβαῖνον*. *videaturne vobis esse consentaneum ut is uxorem suam ei det, cui negaverit veniam quaestus foenebris una nobiscum eodem loco atque tempore exercendi.* REISK. V. not. ad v. 5. SCHAEF.

1134, 5. *τούτῳ—τὴν ἑαυτοῦ*] *δοῦναι τούτῳ τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ*. WOLF. Itaque *τούτῳ* de Phormione intellexit. Sic etiam Reiskius. Sed intelligendum est de Pasione. *ut, qui negaverit veniam—, hic suam uxorem—*. De hoc pronominis demonstrativi usu, quem vulgo dicunt pleonasticum, v. Melet. Crit. p. 84. SCHAEF.

1134, 13. *τὰς ἐγγύας*] Mulierum puta matrimonio despondendarum. *quinam illi sint, a quibus adolescens uxorem ambiens legitime sibi curet amatam puellam desponderi atque in manus dari.* REISK.

1134, 16. ΝΟΜΟΣ] Solonis lex haec habenda est, quia lex de hereditate intestatorum (ap. Dem. in Macart. p. 1067.), quam infra Soloni vindicabimus, illud institutum de virginibus orbis a proximo ducendis attingit, et Diodorus Siculus illud idem institutum a Solone profectum affirmat: *Τρίτος δὲ νόμος κατωρθώθη ὁ καὶ παρὰ Σόλωνος κείμενος· ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους*. SCHELLING. de Solonis legibus p. 100. Quae p. 1067. legitur lex Solonea subditiciam esse suo loco dictum est. Non minus manifesta hoc loco fraus est notata a Frankio in Ephemer. Jenens. a. 1844. p. 741. Nam qui hanc legis particulam composuit falsarius de pluribus penes quos despondendi jus esset, de quibus aliunde constat, tres tantum illos nominavit quos ab oratore infra exempli caussa memoratos

videret, neque animadvertit alteram formulae suae partem ἐὰν δὲ μηδεὶς—κύριον εἶναι praepostere inferri, quum infra demum p. 1135, 1. orator quaerat quorum in potestate ἐπίκληρος secundum leges esse debeat. Denique mire dictum ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, ubi nescias utrum ὁ κύριος an ὁ νόμος an ipsa quae se alicui tradat ἐπίκληρος intelligatur.

1134, 17. ἐπὶ δικαίοις] Subaudi τοῖς νενομισμένοις. *Quamcumque mulierem viro desponderit atque in manum dederit ea lege, ut illa mulier justis honoribusque et juribus omnibus fruatur, quibus frui uxores legitime desponsas et matres familias*, δάμαρτας *Attice dictas, in Attico jure sancitum et usu receptum est, sive pater—*. REISK.

1134, 20. τὸν κύριον ἔχειν] Id est δεῖ τὸν κύριον τῆς ἐπικλήρου ἔχειν αὐτὴν γυναῖκα. *si qua mulier* (seu virgo seu vidua) *est* ἐπίκληρος, *haeres bonorum* (seu a patre seu a priore marito relictorum), *tum habeto eam uxorem is, qui est* κύριος, h. e. sanguine proximus a defuncto, qui esset per leges futurus bonorum haeres, si nulla esset ἐπίκληρος. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, pergit lex, (non ἐπίκληρος, sed κύριος.) *sin autem nullus sit* κύριος, a legibus constitutus bonorum haeres, *tum is esto* κύριος *mulieris*, seu *mulier esto in ejus manu atque potestate, cui illa sese ipsa permiserit* [a]. Haec esse mihi videtur legis hujus sententia, quam meo quidem judicio multo melius perspexit Petitus Leg. Att. p. 534 seqq. quam Salmasius, qui toto coelo a mente legislatoris aberravit, quantum quidem colligere est ex iis, quae Wesselingius ad illum Petiti locum e Salmasio attulit. REISK. Jureconsultis, quos plures haec aetas Graece doctos habet, litem disceptandam committo. Hoc intelligo grammaticus, ad ἂν δὲ μὴ ᾖ non posse subaudiri nisi ἐπίκληρος. *sin mulier non sit haeres bonorum.* SCHAEF. Sic etiam Voemelius, qui interpretatur, *si non fuerit* ἐπίκληρος, *sed dotalis* (ἐπίπροικος). Non opus ᾖ post ἐὰν δὲ μὴ deleri cum Baitero et Sauppius. Neque id in ἔχῃ mutandum cum Schellingio p. 100. cujus conjecturam refutavit Frankius l. c. p. 741.

1134, 27. ἕνεκα χρημάτων] Sententia est: Si quis posset largitionibus adduci et corrumpi, ut se patrem aut avum aut fratrem

[a] Verum, ut nunc verba sunt "ἐὰν μὲν ἐπίκληρος ᾖ—ἐὰν δὲ μὴ ᾖ," plane necessarium ob totius phraseos structuram, ut ad verba ἐὰν δὲ μὴ ᾖ intelligatur ἐπίκληρος, quamquam nullus inde sensus eveniat, neque ullo modo κύριος ad illa verba trahi potest. Tum illud, quod explicatio Reiskiana secum fert, potuisse ita vacuam fieri domum aliquam atque eo usque prole carere, ut praeter filiam defuncti nemo in ea superstes esset, qui cum filia hereditatem adire posset, ceteris institutis Atticis parum consentaneum videtur, quia, si tale quid timeretur, adoptione, ne illud fieret, cautum erat (cf. Isae. de Philoct. hered. p. 122; de Apollod. hered. p. 179, 11; Demosth. in Macart. p. 1075, 19.); quin etiam Archontibus curae erat ne οἶκος ἐξερημωθῇ; (cf. Isae. p. 179; Dem. in Macart. p. 1076, 14.), deinde, si proximi cognati deficiebant, remotiores (χηρωσταί; cf. Lexicograph.) ad hereditatem aut ad connubium cum ἐπικλήρῳ vocabantur. Quam quoque ob caussam inter leges Atticas de jure hereditario nulla est, qua, quid fas sit fieri, si domus aliqua ἔρημος fiat, provisum sit. Denique ἐπιτρέψῃ, nisi "ἑαυτήν" additum sit, significationem non habere potest, quam vult Reiskius. SCHELLING. de Solonis leg. p. 99.

alicujus foeminae ferret atque judicibus venditaret, putatisne, judices, Phormionem et Archippen caeterosque fraudum et machinationum, quibus illi usi sunt, auctores et administros ullis fuisse parsuros pecuniariis largitionibus, quibus aliquem ejusmodi commentitium patrem fratremve Archippes sibi compararent atque subornarent? Sed nemo est tam audax, qui vel maximis largitionibus adduci se patiatur ut tantum judicii discrimen adeat. REISK.

1135, 3. ΝΟΜΟΣ] Hanc quoque legis partem ex verbis oratoris utcunque composuit falsarius, cujus de fraude monuit Frankius l. c. p. 742. quum integrior ejus formula, quam recitari jusserat orator, in promptu non esset. Respiciunt ad hanc legem Isaeus p. 80, 43. κατὰ τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ τῶν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας ἐπὶ δίετες ἡβήσαντας κρατεῖν τῶν χρημάτων. et Hyperides apud Harpocrat. s. v. ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι sic scribentem, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Δίδυμός φησιν ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ἑκκαίδεκα ἐτῶν γένωνται· τὸ γὰρ ἡβῆσαι μέχρι ιδ' ἐστίν. ἀλλ' οἱ ἔφηβοι παρ' Ἀθηναίοις ὀκτωκαιδεκαετεῖς γίνονται, καὶ μένουσιν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη β', ἔπειτα τῷ ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματείῳ, καθά φησιν Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ "ἐπεὶ δὲ ἐνεγράφην ἐγὼ καὶ ὁ νόμος ἀπέδωκε τὴν κομιδὴν τῶν καταλειφθέντων τῇ μητρὶ, ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ἐπειδὰν ἐπιδιετὲς ἡβῶσιν."

1135, 4. καὶ ἅμα.] *Praetereaque. simulac* est ἅμ' ἄν. Plato Leg. 11. p. 928. HSt. ἅμα δ' ἂν ἡβήσῃ τις τῶν ὀρφανῶν. —. SCHAEF.

ἐπὶ δίετες ἡβήσῃ] Phrasis recurrit p. 1136, 17. coll. v. 13. V. Anecd. Bekk. p. 255, 15. SCHAEF.

1135, 17. ὅτε] Aut ὅτε cum καὶ est mutandum, aut ista duo verba, ὅτε ἠξίου, plane sunt tollenda ut varia lectio verborum ὅτε προὐκαλεῖτο: item Ἀπολλόδωρος Φορμίωνα. Etiam παραδοῦναι legendum existimo loco verbi ἀποδοῦναι. V. v. 21. et p. 1151, 11. et alibi. Ut brevis sim, videtur totus locus, amputatis inutilibus, ita esse continuandus: ὅτε προὐκαλεῖτο Ἀπολλόδωρος Φορμίωνα παραδοῦναι τὰς θεραπαίνας εἰς βάσανον. REISK. Vereor ne sic ipsa testimonii formula refingatur, non librariorum errores corrigantur. Scriptam autem esse ab homine stili parum exercitati arguit etiam quod sequitur τὴν μητέρα τὴν ἐμήν. SCHAEF.

1135, 19. πρὶν οὖ] Notandum πρὶν οὖ, quod vulgo lectum p. 217, 17. illic correxi ex codice, deleto οὖ.

1135, 24. τῶν ἐπικλήρων] τῶν κλήρων καὶ ἐπικλήρων Meier. de lite Att. p. 463. V. p. 1136, 1.

1136, 1. κληροῦν] I. e. κληροῦν δίκας, *actiones dare.* V. Schoemann. de lite Att. p. 611.

1136, 2. ὅσοι εἰσὶ μῆνες] Notabile plenam hic legi locutionem, addito verbo, quod fere omittitur, ut p. 744, 25. V. Koen. ad Greg. Cor. p. 64.

1136, 3. πλὴν τοῦ Σκιροφοριῶνος] Quo magistratus plerique muneribus suis abibant rationesque reddere debebant.

1136, 3. ἀνεπίδικον] Vulgo ἐπίδικον. Correxi ἀνεπίδικον, in quo Petitum Leg. Att. p. 540. et Wolfium habeo mihi consentientes. *nefas esto haereditatem controversam teneri ab eo, cui sententia praetoris eam non adjudicaverit, aut qui super ea jure non contenderit.* REISK. Scilicet nemini, nisi qui suus heres esset, h. e. liberis ac nepotibus naturalibus, aut qui inter vivos adoptati essent sine ἐπιδικασίᾳ hereditatem capere licebat: v. Schoemann. ad Isaeum p. 446.

1136, 16. ΝΟΜΟΣ] Apparet ex hac Solonis lege patrem filiis heredem *substituere* potuisse, si antequam ad pubertatem pervenissent, mortui fuerint: cujus rei ratio esse videtur quod ante virilem aetatem ipsis filiis de bonis testari non licet: ejusmodi autem substitutionem non valere in casu, quo liberi, antequam in suam tutelam venerint, non fuerint mortui, perspicuum est. Ceterum conf. Bunsen. de jure hered. p. 60. BEELS.

1136, 25. κλέπτων—μαρτυρίας] V. p. 1119, 5. SCHAEF.

1136, 27. συνιστάμενος] Id est συνιστὰς σὺν σοὶ καὶ περιϊστὰς περὶ σὲ σύστασιν καὶ ἐργαστήριον συκοφαντῶν καὶ πονηρῶν. concilians tibi sodalitium calumniatorum et sceleratorum, qui tecum stent, te circumstent in judiciis, te comitentur et assectentur atque protegant tuaque jussa exsequantur. REISK.

1137, 1. ΝΟΜΟΣ] Lex de conspirationibus et corruptelis: illae significantur verbo συνίστασθαι, quod universe significat *conspirare, conjurare, conjuratorum gregem conducere*; unde hoc loco peculiariter συνιστάμενος ἐπὶ ταῖς δίκαις dicitur qui ad judices decipiendos (ἐξαπατῶν τοὺς δικαστὰς) in caussis forensibus aliorum factionibus sese adjunxerit, vel cum aliis societatem inierit; id quod Stephanum cum suis fecisse contendit Apollodorus. Hinc ejusmodi factiones dicuntur συστάσεις, *conventus*, sive *coitiones* illicitae in perniciem legum et civitatis: ἑταιρίας, συνόδους, et συστάσεις simili significatione conjunxit Isocrates in Nicocle p. 72. edit. Wolf. Erant autem variae illorum criminum formae, distincte in lege notatae: primum σύστασις, de qua modo vidimus, et δεκασμὸς seu *corruptela*, sive judiciorum sive senatus, ad judices senatoresve muneribus corrumpendos pecunia data aut accepta, unde dictio δεκάζειν τὰ δικαστήρια apud Isocratem adv. Callimachum p. 730. *Munera* corrumpendi caussa data δωροδοκίαι dicebantur: quique eorum sese reos praeberent δωροδόκοι et δωροδοκεῖν. Alterum crimen, lege notatum, erat ἑταιρία ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου, sive, ut apud Isocratem de Bigis p. 680. vocatur, ἑταιρία ἐπὶ νεωτέροις πράγμασι, *societas* sive *factio* paucorum, inita consilio evertendi imperii popularis, et rerum novarum studio. Denique notatur *acceptio pecuniarum*, quas praeter legitimam mercedem, de qua alibi diximus, in judiciis publicis privatisve caussarum patroni subinde accipiebant, quaeque lege interdictae erant. Horum igitur omnium, et si quae sunt plura hujus generis, dabatur γραφὴ, sive publica actio apud Thesmothetas. Δωροδοκίας accusatio peculiariter dicebatur δώρων γραφή· vid. Harp. in voce. Gravissime in reos animadverte-

batur. si quidem corruptelae, sive *δεκασμῷ*, mortis supplicium constitutum fuisse docet Isocr. de pace p. 330. Caeterum quae dicuntur *τὰ χρήματα*, Reiskius *illas pecunias*, destinatas videlicet judicibus corrumpendis, interpretatur: sed Bekkerus articulum praetermisit; et videtur salvis reliquis facile abesse posse, ut universe quaevis pecunia corruptelae ergo data significetur. BEELS.

1137, 20. *ἵνα εἰδῶσι*] Scilicet *οἱ συμβαλόμενοι τὰς συνθήκας* vel *τὰς συγγραφάς*. REISK.

τούτου γὰρ ἕνεκα καταλείπουσιν—] Post *ἕνεκα* videtur deesse *κατασεσημασμένας*, scilicet *τὰς διαθήκας*. *Ideo enim testamentorum conditores ea relinquunt obsignata, quo eorum argumentum ignoretur*. REISK. Imo, non ut *nesciant* alii, sed ut *sciant*, quid fieri post mortem nostram velimus, testamenta *relinquimus*: sed ne *ante mortem* sciant, *clausa tenemus*. Corrigendum igitur *τούτου γὰρ ἕνεκα κατακλείουσιν οἱ διατιθέμενοι, ἵνα μηδεὶς εἰδῇ ἃ διατίθενται*. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 269. *κατακλείειν* sic usurpatum legere non memini. Mihi videtur scribendum *τούτου γὰρ ἕνεκ' οὐ καταλείπουσιν*—. Scilicet *διαθηκῶν ἀντίγραφα*. V. Melet. Crit. p. 93. SCHAEF.

1137, 22. *ὑμεῖς*] Tu, Phormio, et tu, Stephane. REISK.

XLVII.

IN EUERGUM ET MNESIBULUM.

Multas habet haec oratio molestas repetitiones, (quoties enim *τὸ μαρτυρεῖν, τὸ προκαλεῖσθαι, τὸ ὀφείλειν τὰ σκεύη* et *παραδιδόναι* et *παραλαμβάνειν* et id genus alia sexcenta, quae nec omittere nec commode vertere aut mutare licet, occurrunt!) et genus orationis vagum atque laxum *καὶ ὕπτιον*, ut Graeci vocant, *καὶ ἀναβεβλημένον* et (ut mihi quidem videtur) minime Demosthenicum est ac potius molestum et inamoenum. Quare a lectoribus impetratum hoc velim, ut meam interpretationem cum auctore conferentes judicium faciant. Ita enim spes est eos fore mihi aequiores. *δεῖ γὰρ τὸν ἑρμηνευτὴν ἀκολουθεῖν τῷ ἡγουμένῳ· ὁ δὲ κακῶς ἡγούμενος οὐκ ἂν τὸ καλῶς ἕπεσθαι ἐμποιήσειε.* Praeterea, quot loca hic aut corrupta aut suspecta sint, annotationes meae docebunt. WOLF. Harpocration voce *Ἐκαλίστρουν* auctor est fuisse qui orationem hanc Demostheni abjudicarent, et ipsi sibi videri ait eam potius Dinarchi esse. REISK. Add. Harpocrat. v. *Ἠιτημένην*. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 47. 371. vol. 2. p. 417 a. Etiam Bekkero spuria est. Nec pro genuina habebit nisi hospes in Demosthenicis.—Actorem Apollodorum, Pasionis filium, fuisse suspicatur Reiskius ad p. 1142, 26: quam suspicionem ipse repudiat ad p. 1161, 16. SCHAEF.

1139, 7. *ὡς*] *εἰς* alii libri. Sic v. 19. p. 1140, 13. 1153, 7. Differt *πρὸς τοιούτους—εἰσιέναι* p. 1140, 6. SCHAEF.

1139, 10. *τὸν προβαλόμενον*] Eum, qui falsos testes redemerit, subornarit, instruxerit et ad judices produxerit per eosque judicibus imposuerit. V. p. 1132, 5. REISK.

1139, 11. *τῶν κακοτεχνιῶν*] Citat h. l. Harpocration v. *Κακοτεχνιῶν*. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 268, 24. SCHAEF.

1140, 8. *περὶ—τῆς μαρτυρίας*] De testimonio, h. e. quod ad testimonium attinet. REISK. in Ind. Graecitat. V. not. ad p. 14, 18. SCHAEF.

1140, 16. *προκαλέσασθαι—παραδιδόναι ἕτοιμον εἶναι*] Si bene

habet haec lectio, necesse est ut idem significet atque si dixisset: Θεόφημον ἐν προκλήσει φῆσαι ὅτι ἕτοιμός ἐστι παραδιδόναι. *Theophemum in sponsione affirmasse, se paratum esse ancillam tradere.* Fuit tamen cum suspicarer legendum esse προκαλεσάμενον. De quo judicent peritiores. Vel etiam καὶ ἕτοιμον εἶναι, ut p. 1144, 10. REISK. Bene habet vulgata. SCHAEF.

1140, 17. Πυθοδόρῳ ἐκ Κηδῶν] Hic memoratur in inscr. navali a Boeckhio edita p. 392. Κηδῶν autem non est, quod vulgo putatur, ab nominativo Κηδαί, sed Κηδοί. V. Ross. de demis p. 4.

1141, 1. παρὸν] Referendum hoc participium ad πρὸς τῷ διαιτητῇ et πρὸς τῷ δικαστηρίῳ. SCHAEF.

1141, 3. ἐμαρτύρησαν —. πῶς οὖν οὐκ —] ἐμαρτύρησαν δὲ S. qui infra οὖν om. Vere, ut arbitror. Ut haec periodus, quam cum Wolfio dicas σχοινοτενῆ, exorsa a verbis ἦν δ' ἐγὼ — p. 1140, 26. porrigatur usque ad verba ἐκ τούτων γίγνεσθαι p. 1141, 20. SCHAEF.

1141, 5. φήθησαν—χειρῶν ἀδίκων] Includenda signis parenthesin indicantibus. SCHAEF.

1141, 8. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ αἰκία] *Hoc enim sibi vult verberationis verbum.* Hanc interpretationem ut supervacaneam delevi: quasi vero judicibus commentario esset opus. WOLF. Haec verba scholiastae esse, non oratoris, si quis opinetur, conferat p. 1151, 13. 1153, 18. Quod autem Wolfius judicibus commentario opus esse negat, non meminerat illorum plerosque juris parum consultos fuisse. SCHAEF.

οὖν] V. ad v. 3. SCHAEF.

1141, 10. τούτους τοὺς μάρτυρας] Malim aut τοιούτους μάρτυρας aut τοὺς τοιούτους μάρτυρας, *ejusmodi testes.* REISK.

1141, 13. καὶ τὴν μὲν μαρτυρίαν] Haec syntactice ita cohaerent cum antecedentibus ut qui sequuntur infinitivi pendeant a verbo τολμῶσι. SCHAEF.

1141, 15. παραδόντος] S. τοῦ Θεοφήμου. Sed rectius παραδόντας, ut referatur ad μάρτυρας. WOLF. παραδόντος possit defendi et ad Theophemum referri. Malim tamen cum Wolfio παραδόντας. REISK. V. v. 11. Vulgatae favet p. 1153, 21. SCHAEF.

1141, 17. ἐφ' ᾗ ἐγὼ διώκω δίκῃ] Sic etiam p. 1142, 10. SCHAEF.

1142, 1. παραδοῦναι] Post h. v. Bekkerus ex codd. addidit: ὃ μεμαρτυρήκασιν αὐτὸν ἐθέλειν παραδοῦναι. Additamentum dignissimum hoc oratore, quem vere dicas auditoribus omnia minima mansa in os inserere. SCHAEF.

1142, 2. τὸν ἀδελφὸν] Euergum. REISK.

τὸν κηδεστὴν] Sororis suae maritum, Mnesibulum. REISK.

1142, 11. καὶ τούτων οὐ προσποιουμένων vertendum *his quoque rem dissimulantibus.* Poterat disertius: καὶ τούτων οὐ προσποιουμένων εἰδέναι ταῦτά με πεποιηκότα. SCHAEF.

1142, 20. δηλώσω ὑμῖν] Subaudi ταῦτα τὰ τεκμήρια. REISK.

1142, 26. τὴν Οἰνηΐδα καὶ τὴν Ἐρεχθηΐδα] Ad alteram harum tribuum referendi videntur actor, cujus nomen latet, et Theophemus. Pythodorus certe, arbiter ab illis delectus, fuit ἐκ Κηδῶν.

V. p. 1140, 17. Κηδαὶ [Κηδοὶ] autem erat demus Erechtheidis. Et videntur hi adversarii arbitrum e sua tribu delegisse. REISK. Tribui cuique sui erant proprii et certi arbitri et loca ad res agendum iis assignata. REISK. in Ind. s. v. διαιτᾶν. Diversae de hoc loco sunt sententiae Meieri in comment. de diaetetis p. 25. et Schoemanni in Schneidew. Philol. vol. 1. p. 730., quas examinavit Westermannus in Actis Societ. liter. Saxon. vol. 1. p. 440 seqq. Recte Reiskius. Tabulam, quae indicem διαιτητῶν secundum tribus et pagos compositum exhibet, e lapide edidit Rossius in libro de demis p. 21.

1142, 27. τῶν δὲ τοιούτων προκλήσεων] Genitivum referas ad ἐπακούοντες v. 29: ut quod sequitur τῶν λεγομένων additum sit πλεοναστικῶς. SCHAEF.

1142, 28. προΐσταντι] F. περιΐστανται. τὸ προΐστασαι, *antestare*, *praeesse*, non video quid hic loci habere possit. WOLF. παρίστανται mavult Palmerius Exercitat. p. 644. Est id quidem sententiae h. l. convenientius: item προσίστανται. Sed obstat utrique conjecturae genitivus praemissus, τῶν τοιούτων προκλήσεων, qui constare cum παρίστανται aut προσίστανται nequit. Quare vulgata videtur servanda esse. REISK. προισ(σ)ταται Q. προσίστανται satis placet. SCHAEF.

1143, 2. ὡς ἐγὼ—κελεύοι] V. p. 1140, 25. SCHAEF.

1143, 24. Post παραδοῦναι ponatur punctum.

1144, 28. ψηφισμάτων δὲ—καὶ βουλῆς] Idem est ac si dixisset: ἐπιταξάντων δὲ τῶν τε τοῦ ὑμετέρου δήμου ψηφισμάτων καὶ τῶν τῆς ὑμετέρας βουλῆς. REISK. *Vestris populi senatusque psephismatis.* SCHAEF.

1145, 3. ἔτυχεν] *Accidit ut, dum triremes in eo erant, ut e portu solverent, etiam copiae celeriter emitterentur.* V. p. 1147, 23. SCHAEF.

1145, 5. ταῖς ναυσὶν] Navibus onerariis seu mercatoriis, quae in portu Atheniensi tum aderant, triremibus seu navibus bellicis absentibus. Necesse enim erat, absente classe, navibus mercatoriis, quae ad manum essent, imponi subitarium illud auxilium aut sociis mittendum aut classi submittendum. REISK.

1145, 13. ἐπεκλήρωσε] Scilicet τοῖς εἰσπράξουσι τοὺς ὀφείλοντας. eorum, quos magistratus constituisset exactores armamentorum, unicuique per sortem attribuit magistratus eos debitores, a quibus exactorum quisque debita armamenta exigeret. REISK.

παρέδωκε] Exactori cuique tradita in schedula scripta eorum nomina, a quibus cuique ea exigenda essent. REISK. Ad ἐπεκλήρωσε et παρέδωκε subaudiendum, opinor, quod Wolfius addi volebat, τοῖς τῶν νεωρίων ἐπιμεληταῖς. SCHAEF. De ἐπιμεληταῖς τῶν συμμοριῶν v. ad p. 26, 22. Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 103. Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 36.

1145, 15. ὁ δὲ νόμος ὁ τοῦ Περιάνδρου] V. Wolf. Proleg. ad Leptin. p. 105.

1145, 16. καθ' ὃν—συνετάχθησαν] Haec verba vulgo posita sunt

post τὰ σκεύη. Sed videtur et hic locus in luxatis hujus orationis locis esse. Foret utique multo ad intelligentiam planior, si verba sic essent structa, ut ego struxi. *Lex autem Periandri, secundum quam constitutae sunt αἱ συμμορίαι sic dictae seu classes, praecipiebat cogebatque adeo exactorum quemque ut armamenta a debentibus repeteret vel invitus.* Erat enim illa armamentorum publicorum a debentibus exactio molestissima functio, odii atque invidiae plenissima; quam nemo sponte sua capesseret, sed omnes defugerent. REISK. Prior verborum ordo cum mihi pariter ac Reiskio displiceat, non tamen, quod illi visum est, suspicor luxatum esse locum, sed in textum loco non suo irrepsisse quod interpres adscripserat margini, καθ' ὃν αἱ συμμορίαι συνετάχθησαν. SCHAEF.

1145, 17. προσέταττε—τὰ σκεύη] παραλαβεῖν τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη, suscipere debitores armamentorum, h. e. nomina eorum in pittacio perscripta, cum potestate armamenta ab iis debita reposcendi atque redigendi. REISK. Conf. παρέδωκε τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη v. 13. Add. v. 26. p. 1146, 13. SCHAEF.

1145, 18. ἠνάγκαζε] *Aliud decretum populi cogebat senatum ut nobis* (trierarchis) *traderet exigendi ergo nomina debentium armamenta, unicuique nostrum partem quandam ratam debentium.* REISK.

1145, 21. Δημοχάρης—Θεοφήμου] V. ad p. 854, 12.

1145, 27. κατά τε τὸν νόμον καὶ τὰ ψ.] Sic κατά τε τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα p. 1150, 16. V. Ind. ad Poët. Gnomic. p. 367 a. SCHAEF.

1146, 1. ἐξ ἀνάγκης ἦν οὖν] Alii libri οὖν ἦν. Quinque vocabulis postpositum οὖν habet Aristophanes Avv. 1393. βούλει διδάσκειν καὶ παρ' ἡμῖν οὖν μένων—. Quem locum Dindorfius mihi indicavit. Add v. l. p. 1217, 21. SCHAEF.

παραλαμβάνειν] Non τοὺς ὀφείλοντας, sed τὰ σκεύη αὐτά. Quod patet ex insequentibus ἐπεὶ —. Et sic quoque v. 5. REISK. Fallitur. Subaudiendum τοὺς ὀφείλοντας et hic et v. 5. Nec repugnant quae insequuntur. Hoc enim homo dicit diligentissime deprecans invidiam exactionis: Nisi coactus fuissem illos appellare, quod semper antea feceram, etiam nunc meis ipsius sumtibus navem instruxissem. V. mox v. 13. SCHAEF.

1146, 8. εἰσαγαγοῦσαν εἰς τὸ δικαστήριον] Huc spectant illa p. 1147, 12. πρὶν μὲν εἰσαχθῆναι εἰς τὸ δικαστήριον, ἦν ἀηδής· ἐπειδὴ δὲ εἰσήχθη καὶ ἑάλω, ἀπέδωκε τὸ καθ' ἑαυτὸν μέρος τῶν σκευῶν. et l. 17. παρὼν μὲν πρὸς τῷ δικαστηρίῳ, ὅτε εἰσήγετο, οὐδαμοῦ ἠντιδίκησεν. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 269.

1146, 10. ἐπιμελητὴς] V. ad p. 1145, 13.

1146, 20. πολὺν χρόνον] Id est duo tresve annos ante Olymp. 105, 4. V. Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 89.

1146, 22. λόγῳ εἰρημένα] Additum est λόγῳ, ut haec concinne respondeant sequentibus ψήφῳ κεκριμένα. SCHAEF.

1146, 23. In annot. critica o pro "falsa rettulit Reiskius" corrige "falsa conjicit Schaeferus."

1146, 27. τὸν Ἑρμῆν τὸν πρὸς τῇ πυλίδι] Citat h. l. Harpocra-

tion v. Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι. REISK. Item v. Πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς. V. Jacobsius Paralipom. ad Antholog. Graec. vol. 13. p. 757. SCHAEF.

1146, 29. ἀποστολέας] Utrum ordinaria horum jurisdictio fuerit non satis apparet, ut Schoemann. observat Antiq. publ. p. 330. quem de ἀποστολέων officiis v. ibid. p. 255. et Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 28. et conf. annot. ad p. 262, 18.

1147, 2. τὰς διαδικασίας—περὶ τῶν σκευῶν] V. infra v. 19. p. 1148, 17. 25. et Schneiderus ad Xenophont. de Rep. Athen. 3, 4. SCHAEF.

1147, 11. Δημοχάρην] V. ad p. 1145, 21.

1147, 18. οὐδαμοῦ ἠντεδίκησεν] Ergo non se defendit? an vero neminem alium in jus vocavit? quod est ἀπογράψασθαι διαδικασίαν πρός τινα. WOLF. Prius verum. Alterum continuo sequitur. SCHAEF.

1147, 27. ἐνθάδε] Refer ad ἀποδοῦναι. ἥκοντα autem solum per se intellige. Sic ἥκων dicitur p. 1148, 2. SCHAEF.

1147, 28. ἐκποδὼν γενόμενος] *A me liberatus et occursum meum quoquo modo devitans.* REISK.

αὐτῷ] Est διαδόχῳ, non Theophemo. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 270.

1148, 1. ἐμὲ] Subaudi τὸν Θεόφημον. *scita legesque proferenti, unde appareat oportuisse me a Theophemo armamenta exigere.* SCHAEF.

1148, 2. ἥκων] *Reversus ab expeditione.* SCHAEF.

1148, 9. τούτῳ] Dativus commodi. V. p. 1154, 10. SCHAEF.

1148, 13. περὶ τὰ διάφορα] Recurrit p. 1149, 3. V. Reisk. Ind. Graecitat. SCHAEF.

1148, 16. Ἀφαρέα] Isocratis filium Aphareum, nominatum ab scriptore Vit. dec. rhet. p. 837 sq., memorat Wolfius. De quo nihil caussae est cur hoc loco cogitetur.

1148, 20. ἐξήλεγχεν] Malim ἐξήλεγχεν ἄν. coarguisset, convicisset eum, Aphareus Theophemum, quod Theophemus sibi, Aphareo, pro ipsis armamentis pretium eorum imputasset et a se exegisset et tulisset quoque a se, Aphareo. REISK. Immo ἐξήλεγχεν, ὅτε Θεόφημος εἰς Ἀφαρέα ἀνέφερε λόγῳ. Vere factus fuit ὁ ἔλεγχος, sed non in judicio. SCHAEF.

1148, 22. Δημοχάρει] V. ad p. 1145, 21.

1148, 28. ἀναγνώσεται] S. ὁ γραμματεύς. WOLF.

1149, 2. ἀκούων—τὰ διάφορα] Idem est ac si dixisset: ἀκούων παρὰ τῶν πεπλησιακότων τῷ Θεοφήμῳ, οἷος εἴη περὶ τὰ διάφορα. *audiens ex iis, qui Theophemo unquam usi essent, quo is animo esset in caussis, unde aut lucrum faciendum aut damnum accipiendum esset.* REISK.

1149, 5. καὶ τὸν δῆμον] Hunc omittit p. 1150, 11, commemorat alio modo p. 1151, 26.

1149, 6. ἃ ὦφλεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ] *Quae cum debere judices pronuntiaverant.* SCHAEF.

1149, 27. *τὴν ὑπακούσασαν*] Quae nobis fores pulsantibus aperuerat. REISK.

1150, 5. *τὸ διάγραμμα*] Quid sit *τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν* non satis intelligo. Estne schedula manu scripta magistri alicujus rei navalis, qua is testaretur, sibi esse a Theophemo repraesentata armamenta reip. ab eo debita? Nos *Quittung* aut *Empfangschein* appellamus. Aut estne potius index, elogium, quo consignatae sunt res, ut h. l., debitae et exhibendae? Estne itaque *ἀποδιδόναι τὸ διάγραμμα* exhibere cum indice rerum res ipsas debitas? REISK. Non est *apocha*, ut interpretatur etiam in Ind. Graecitat., sed *index*. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 2. p. 104. citans Anecd. Bekk. p. 236, 10., ubi sic scribendum: *ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γραφὴ ὧν τις ὤφειλε δημοσίων σκευῶν τριηρικῶν τῇ πόλει διάγραμμα ἐκαλεῖτο.* SCHAEF.

1150, 21. *ἔτυχε—γεγαμηκώς*] Domum clausam et in qua esset mater familias domino invito intrare erat facinus, ob quod lis intendi poterat. SCHAEF. Conf. locos ab Dobraeo citatos p. 540, 4. 1155, 17. 1157, 17. (ubi v. annot.) 1163, 21. 1164, 3.

1151, 1. *οὗτοι οἱ μάρτυρες*] *δακτυλοδεικτεῖ τόν τε Εὔεργον καὶ τὸν Μνησίβουλον παρεστῶτας.* Solum *οὗτοι* legitur p. 1149, 28. SCHAEF.

1151, 2. *μαρτυρίᾳ*] Junge *ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ ἐξηπάτησε.* SCHAEFER.

1151, 4. *ταῦτα*] *παραγραφὴν* et *ὑπωμοσίαν* scilicet. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 270.

1151, 7. *αὐτοῖς*] Malim *αὐτοί.* SCHAEF.

1151, 11. *ἣν—προκαλέσασθαι*] Subaudiendum *τὸν Θεόφημον παραδοῦναι.* V. p. 1149, 28. SCHAEF.

1151, 15. *ὃς ἂν ἄρξῃ—*] V. ad p. 566, 10. SCHAEF.

πρότερος] Nota pleonasmum in locutione *ἄρξῃ πρότερος.* Conf. p. 1141, 7. Dionysius Halicarn. Ant. Rom. 11, 44. *δεδιότες δ' ἄρξαι τῆς ἀποστάσεως πρότεροι.* ubi idem verborum ordo qui hic ex S. est restitutus. SCHAEF.

1151, 16. *εἰσπράττοντα*] Quod hunc accusativum regat verbum latet in antecedentibus. Scilicet potuerat sic scribi: *ὃς ἂν ἄρξας χειρῶν ἀδίκων πατάξῃ, ἄλλως τε καὶ — εἰσπράττοντα.* SCHAEF.

1151, 22. *εἶπα*] *εἶπον* alii libri. De illo *εἶπα* v. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 436. SCHAEF.

καὶ ὅτι] *ταῦτα ἐπεπόνθειν.* SCHAEF.

1152, 11. *ὅσον*] Scilicet *ἀργυρίου* vel *ζημιώματος.* REISK. Nihil tale subaudiendum. SCHAEF.

1152, 24. *οὐ μόνον—ἀλλὰ καὶ*] Subaudi *τούτου.* V. L. Bosii Ellips. p. 364. SCHAEF.

σκεύη] Scilicet *τῆς πόλεως.* SCHAEF.

1153, 3. *διαιτητῶν*] V. ad p. 544, 1.

1153, 11. *ἄκακος*] *ἀκάκους—καὶ ἀπράγμονας* p. 1164, 12. SCHAEFER.

1154, 13. *Ἀλκίμαχος*] Conf. p. 1163, 2.

1154, 16. ἐνταῦθα] H. e. εἰς τοῦτο. SCHAEF.

1154, 18. ῥᾳδίως—καὶ ἀκάκως] Infra p. 1162, 2. ἀκάκως καὶ ταχύ. SCHAEF.

1154, 27. τὴν καταδίκην] *Mulctam.* Sic autem p. 1155, 2. 1156, 22. 1158, 2. Eadem est significatio simplicis δίκη. V. not. ad p. 1158, 20. SCHAEF.

1155, 5. μαλακὰ] *Molles.* Utrum intonsas an molli praeditas lana? WOLF. μάλιστα legendum videtur Reiskio Ind. Graecitat. Valckenarius Animadv. ad Ammon. p. 14: "Scribe mihi quaeso μαλλωτὰ, et habebis manum Demosthenis." Neutrum probo. Sunt quas Hispani dicunt *merinas.* Conf. p. 1251, 21. SCHAEF.

1155, 7. ᾐτημένην] Citat h. l. Harpocration v. Ἠιτημένην. REISK. *Commodatam.* V. ad Titul. Orat. c. Timoth. p. 1184. Recte Harpocration interpretatur κεχρημένην, quod in κιχρημένην cave mutes cum Valckenario l. c. p. 13. V. not. ad p. 1191, 6. SCHAEF.

1155, 10. πρὸς] V. p. 1162, 15., ubi discas cur hic inserta sint γεωργῶ δὲ —. SCHAEF.

1155, 20. τοσαῦτα] *Tantulum.* SCHAEF.

1155, 23. τὰ μὲν ἐνέχυρα κεῖται αὐτῶν] H. e. τὰ μὲν αὐτῶν ἐστιν ἐνέχυρα. SCHAEF.

1155, 25. πρὸς δὲ τούτοις] His jungi debebant quae sequuntur p. 1156, 8. Sed narrationis seriem interrumpunt inserta ἔτυχεν ἡ γυνή μου κ. τ. λ. Sic Graeci saepius solent, quando narrant ἀφελέστερον. V. not. ad p. 925, 2. SCHAEF.

1156, 8. δὲ] Malim δή. DOBR.

1156, 11. τῷ πύργῳ] Est aedicula eminentior, ubi muliebre genus versabatur. REISK. V. Verheykius ad Antonin. Liberal. p. 98. ubi integer legitur heroicus Nicandri ab editore non animadversus. SCHAEF.

1156, 13. εἰσῆλθον] Theophemus et Euergus. REISK. Adde Menesibulum. V. p. 1155, 15, SCHAEF.

1156, 16. ἄξια] Nota adjectivum generis neutrius positum, etsi etiam ad homines refertur. Sic etiam p. 1164, 5. Scilicet mancipia instar rerum habebant. SCHAEF.

1156, 20. περιμείνητε] Scilicet αὐτὸν ἐπανιόντα. *si voletis manere, donec maritus meus domum redeat.* REISK. περιμείνητε perinde ut μετέλθῃ referendum ad αὐτὸν quod sequitur. SCHAEFER.

1156, 25. τὸ κυμβίον] Citat h. l. Athenaeus 11. p. 481 F.

1157, 6. πελιὸν] πέλιον margo ed. Paris. Perperam. V. Arcadius p. 41, 3. Πελινὸν Aneed. Bekk. p. 293, 14. Scribe Πελιόν. SCHAEF.

1157, 13. τὴν ἑτέραν ὁδὸν] Proximam semitam finitimam illi semitae, in qua sitae erant aedes actoris. REISK.

Ἁγνόφιλον] Hagnophilus hic videtur istius vici magister fuisse, cujusmodi magistratus vicanus posteriori aevo fuit Irenarcha dictus. REISK.

1157, 17. *μὴ παρόντος γε τοῦ κυρίου*] Absente enim marito domum ingredi indecorum habebatur: v. Becker. Chariel. vol. 2. p. 435. et cf. ad p. 1150, 21.

1157, 28. *ἰδὼν—τὰ ἐκ τῆς οἰκίας ἐκπεφορημένα*] *Cum vidissem quid rerum domo exportatum esset. cum vidissem domus expilationem.* Ipsas res ablatas videre non potuit. SCHAEF.

1158, 2. *τὴν καταδίκην—τὴν τράπεζαν*] Est *πρωθύστερον*. Quod orationis schema frequenter poëtae, raro prosaici usurpant. V. not. ad Sophocl. Oed. R. 827. SCHAEF.

1158, 10. *τεχνάζων χρόνον ἐγγενέσθαι*] Ut interim reliqua supellex expilari posset. SCHAEF.

1158, 11. *εὐθὺς*] Id est *ἕωθεν*, statim oriente die, aut quum primum ego ad Theophemum adissem. REISK.

1158, 16. *ἐξέβαλον* ex S. restitui pro *ἐξέβαλε*. Conf. p. 1155, 13.

1158, 17. *τὰ σκεύη*, quod jam praecessit v. 12., repetitum propter longiorem parenthesin verborum *εἴ τι—κατηνέχθη*. Quod non animadvertens Dobraeus *τὰ σκεύη* post *λαβών* positum deleri voluit.

1158, 20. *τὴν δίκην*] Id est *τὴν καταδίκην*. V. p. 1159, 3. 6, 18. et alibi. REISK. *κομίσασθαι τὴν δίκην* p. 1162, 12. ubi v. 17. sequitur *τὸ ἀργύριον τῆς δίκης*. V. Wunderlichius ad Aeschin. Orat. in Ctesiphont. p. 9. SCHAEF.

ἐπειδὴ ἐξέτινον] Mirabilis constructio: *ἐκτίνοντος δέ μου—, ἐπειδὴ ἐξέτινον—*. Sed talia condonanda huic scriptori, qui magis quam alius ullus in deliciis habet cramben repetitam. SCHAEF.

1158, 21. *χιλίας μὲν καὶ ἑκατὸν—*] Super hoc loco de mulcta, quam actor Theophemo dependit, v. disputationes Petiti et Palmerii Leg. Att. p. 448. REISK. V. inprimis Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 371., qui scribendum censet: *χιλίας μὲν καὶ ἑκατὸν δραχμὰς τὴν καταδίκην, ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν δραχμὰς καὶ τρεῖς καὶ δύο ὀβολὼ τὴν ἐπωβελίαν*. SCHAEF. Quod recepi.

καὶ τρεῖς] Scilicet drachmas. REISK.

1158, 23. *λαβὼν τοίνυν*] *Cum igitur (inquam) accepisset.* SCHAEF.

1158, 27. *εἰ μή τις αὐτὸν ἀφήσει*] *ἀντὶ τοῦ εἰ μὴ ἐγὼ ἀφήσω. ἐναλλαγὴ προσώπου.* WOLF. Citant Anecd. Bekk. p. 144, 12. SCHAEF.

1159, 3. *τὴν δὲ δίκην*] *τὴν γὰρ δίκην* Sauppius.

ὑπερήμερον—εἶναι] Vereor ne accusator hoc mentiatur. Nam si ad diem solvisset, malam caussam haberet Theophemus, quovis dignus supplicio ob vim publicam. WOLF. Male Reisk. in Ind. Graecitat. Verte: *nec putabam mihi committendum ut die praestituta non solverem.* Si vera actor hucusque narravit, hoc non est mendacium. SCHAEF.

1159, 6. *αὐτίκα—, καὶ ἄγγελος ἦλθε—*] *Simulac—, nuntius venit—*. SCHAEF.

1159, 7. τὰ τῇ προτεραίᾳ περιγενόμενα] *Quae die ante relicta mihi neque ablata fuissent* recte vertit Reisk. in Ind. Graecitat. Atqui vasa, de quibus actor hic loquitur, sunt illa ipsa, quae die ante ablata erant. Suspicor igitur haec verba inserenda esse post σκεύη v. 11. SCHAEF. Sed conf. §. 66. SAUPP.

1159, 13. Post h. v. vulgo sequitur: καὶ πάλιν αὐθημερὸν εἰσεληλύθεισαν εἰς τὴν οἰκίαν, ἔκτινον τὴν δίκην. Locum sic exhibet margo Lutetianae: γρ. τὴν οἰκίαν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἔκτινον (ἐξέτινον in indice Lambini) τὴν δίκην καὶ ἐκομίσαντο. Videtur et hic locus rursus transpositione laborare et verba sic esse ordinanda, ut a me transposita sunt. REISK. Alio tempore Reiskio placuit locum sic refingere:—εἰλήφεσάν μου τὰ ἐνέχυρα, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκομίσαντο τὸ ἀργύριον παρ' ἐμοῦ, καὶ πάλιν αὐθημερὸν εἰσεληλύθεισαν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐκτίνοντος τὴν δίκην, (καίτοι πῶς ἂν—;) τούτων—. Vere hic locus laborat transpositione: cui utra ratione mederi oporteat, utrum hac quam Reiskius in textu refingendo secutus est, an illa quam alio ei tempore placuisse dixi, sane quam ambiguum videtur. SCHAEF. Ego priorem secutus sum Reiskii rationem. ἐκτίνοντος codices.

1159, 16. ἐπηγγέλκειν αὐτοῖς] Scilicet κομίσασθαι aut ἀπολαβεῖν τὸ ἀργύριον παρ' ἐμοῦ. REISK.

1159, 17. αὐθημερὸν] τῇ ὑστεραίᾳ. SCHAEF.

1159, 26. ἀσθενοίη καὶ οὐδὲν ἔτι εἴη] ἀσθενεῖν τὴν ἄνθρωπον tam manifesto apparebat, ut a medico disci non opus esset. SCHAEF.

1160, 4. τοὺς ἐξηγητὰς] Citat h. l. Harpocration v. Ἐξηγητής. REISK. Ἐξηγηταὶ tres fuerunt, qui de religionibus et jure sacro, quo pertinent etiam funerum justa, consulentibus responsa dabant: v. Schoemann. ad Isaeum p. 398.

1160, 12. ἀμφότερα] Subaudi ποιεῖν, SCHAEF.

1160, 14. ἐπενεγκεῖν—ὀνόματι μὲν οὐδενὶ προαγορεύειν] Apparet ex h. l. si quis interfectorem non esset in judicio persecuturus, denuntiatione quidem ad sepulcrum interfecti usum esse, sed ita ut nomen interfectoris reticeret, dissimulans scilicet eum sibi notum esse. Quod additur de δόρατος ἐπιφορᾷ, pertinet ad eos tantum qui per vim occisi erant. V. Harpocr. s. v. ἐπενεγκεῖν. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 289.

ἐπενεγκεῖν δόρυ] Citat h. l. Harpocration v. Ἐπενεγκεῖν δόρυ. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 237, 30. SCHAEF.

1160, 15. προαγορεύειν] Quid sit dicit Pollux 8, 65. apud Valesium ad Harpocrationis l. c. Scilicet *interdicere caedis auctori, ne ad tumulum accedat: idque oportet eum facere, qui necessitudine quadam peremtum attingat.* REISK. V. Valckenarius ad Herodot. 3, 61. SCHAEF.

1160, 22. οὐδὲ γὰρ—ἔστι σοι] οὐκ ἔννομόν ἐστιν, οὐκ ἔχεις πρόφασιν δικαίαν. WOLF. Idem est ac si dixisset: αὕτη ἡ γυνὴ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀριθμῷ τούτων, ὧν σε κύριον ὁ νόμος πεποίηκεν, ὥστε ὑπὲρ αὐτῶν δικάζεσθαι. REISK. Hoc dicit, *non lege cogeris.*

Nam licuisse, si vellet, ex iis quae sequuntur manifestum est. Monuit Schoemann. Antiq. publ. p. 289.

1160, 23. *ἐξ ὧν σὺ λέγεις*] *Secundum ea quae narras.* SCHAEFER.

1160, 25. *τούτων*] Subaudi *ἕνεκα* vel *ὑπὲρ* vel *περί*. *horum caussa licere domino vel tutori contra quem litem capessere.* REISK. Ego assentior Wolfio *τούτων τὴν δίωξιν εἶναι* sic interpretanti: *τούτους ἐξουσίαν ἔχειν τοῦ διώκειν τοὺς φονέας.* Conf. p. 1161, 11. SCHAEF.

1161, 1. *ἀφοσιωσάμενος*] Ritus *τῆς ἀφοσιώσεως* indicatur p. 1160, 13. SCHAEF.

1161, 2. *ἄλλῃ—πῃ*] I. q. *ἄλλως—πως.* SCHAEF.

1161, 3. *Δράκοντος*] Ab hoc enim lex primum scripta, postmodum ab Solone nonnihil mutata: unde Soloni tribuitur in orat. c. Macart. p. 1070. 25. De quo dixit Schelling. de Solonis leg. p. 76. quanquam is in eo errat quod genuinam esse putat quae nunc illic legitur legis formula (p. 1068 sq.) ab falsario composita. Eodem modo aliae quoque leges modo Draconi modo Soloni tribuuntur.

τοὺς—ἐκ τῆς στήλης] *De stela exscriptas.* Post *Δράκοντος* fortasse excidit *τούς*. SCHAEF.

1161, 5. *ὑπὲρ τῆς οἰκίας*] V. v. 1. REISK.

1161, 7. *ἡσυχίαν εἶχον*] Subaudi *ἐπὶ τούτοις* vel *ἀπὸ τούτων*. REISK. Ne subaudias. *ἡσυχίαν ἔχειν τι* phrasis est bene Graeca. *τὰ δεινὰ—ἡσυχίαν ἑκτέον ἐστὶν* p. 1341, 2. SCHAEF.

1161, 9. *μέχρι ἀνεψιαδῶν*] V. ad p. 1068, 29 seqq. Male apud Pollucem 8, 118. *μέχρι ἀνεψιῶν.*

1161, 10. *καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ—*] Videtur eam jurisjurandi formulam designare, qua judices Areopagitici aliique de caedibus cognoscentes obstringebantur. REISK. Mihi videtur intelligi jusjurandum, quo obstringebatur *ὁ φόνον διώκων.* Conf. p. 1160, 25. et infra v. 16. SCHAEF.

1161, 11. *ὅ τι προσήκων ἐστι*] Disputationes virorum doctorum super hoc loco vide apud Petitum Leg. Att. p. 624. et interpretes Pollucis 8, 118. Sententia: Judex de caede cognoscere jussus in jurejurando, quod, antequam ad judicandum admittitur, praestat, conceptis verbis testatur, sese ad caussam testimoniumve dicendum admissurum esse, quicunque occiso sit *προσήκων*, etiamsi servus sit. REISK. Vellem codex daret *ὅστις προσήκων ἐστί.* SCHAEF. Fallitur. Sic ap. Poll. 8, 118. *τί προσήκων ἐστὶ τῷ τεθνεῶτι.* quod comparavit Schoemann. Antiq. publ. p. 292.

τούτων] *τῶν μέχρις ἀνεψιαδῶν.* WOLF.

τὰς ἐπισκήψεις] Caedis actiones in peremtorem a necessariis peremti gestae dicebantur *ἐπισκήψεις*, id est *mandata*, ideo, ni fallor, quia plerumque actores ejusmodi se aiebant interfuisse caedi et audivisse ex exspirante, cum is occisorem suum nominaret amicisque praesentibus mandaret atque injungeret ut sanguinem suum ulciscerentur. REISK.

1161, 15. χωρὶς ᾤκει] V. Boeckhius Oecon. Athen. vol. I. p. 281. De cive dicitur χωρὶς οἰκεῖν p. 1149, 22. Est omnino *eigne Haushaltung haben.* SCHAEF. Anglice *to have his own household.*

1161, 16. τὸν υἱὸν] Quod solum filium appellat, cum p. 1155, 26. μετὰ τῶν παίδων dixisset, videtur indicare, unum actori filium solummodo fuisse, reliquam prolem foemellam. REISK.

1161, 18. αἱρήσομαι] Medium hoc sensu non memini usurpari, sed activum αἱρήσω. Num ergo hoc praeferendum? REISK.

1161, 25. ἐμὲ—ἄσμενον ἀφήσειν με] ἐμὲ aut με delere voluit Reiskius. Si alterutrum delendum, ἐμὲ ejiciendum erit. Quanquam etiam utrumque conjunctum ferri potest, quod cum hoc ipse verbo ἀφιέναι admisit metri caussa Sophocles Oed. Col. 1278. ὡς μή μ' ἄτιμον, τοῦ θεοῦ γε προστάτην, οὕτως ἀφῇ με μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος.

1162, 5. ἀφεθῆναι τῶν ψευδομαρτυριῶν] I. e. ἀφεθῆναι τῆς τῶν ψευδομαρτυριῶν λήξεως. Eadem breviloquentia est p. 1159, 1. SCHAEF.

1162, 8. ὡς οὐ διὰ] *Ac si non tam cito numos ipsi essem expediturus*, aut *quasi nequirem intra breve tempus pecuniam conficere.* V. v. 18. et p. 1159, 15. REISK.

1162, 15. ἀντὶ τοῦ ἀπολαβεῖν] Ad ἀπολαβεῖν subaudi τὴν δίκην (v. v. 12.), quod h. l. idem est atque τὴν καταδίκην, *mulctam, cui damnatus eram.* REISK. Inter ἀπολαμβάνειν et λαμβάνειν idem est discrimen quod inter ἀποδιδόναι et διδόναι, de quo v. ad Longi Pastor. p. 409. SCHAEF.

1162, 16. πόρρω] *Longe, in longinquum.* SCHAEF.

μέγα τεκμήριον ὑμῖν ἔστω] Emendandum μέγα τεκμήριον ὑμῖν ἐρῶ. Sic Orat. in Timoth. p. 1197. μέγα ὑμῖν ἐρῶ τεκμήριον. et ibid. p. 1198. ὡς δ' οὐκ ἀληθῆ λέγει, μέγα ὑμῖν ἐρῶ τεκμήριον, SEAGER. l. c. p. 271. Ne audias. SCHAEF.

1162, 18. πεπορισμένος ἦν] S. ἐγώ. Sin πεπορισμένον, s. τὸ ἀργύριον. WOLF. Mihi πεπορισμένον placet. V. p. 1159, 15. Add. p. 1154, 11. 15. SCHAEF.

1162, 20. χιλίας—ὀβολῷ] V. p 1158, 25. SCHAEF.

1162, 23. ὃς] Nota relatum ad nomen remotius. Similem syntaxis Graecae anomaliam tetigi ad Hesiod. Op. 375. SCHAEFER.

κύρια—ὅ τι] ὅ τι cum multa complectatur, tametsi singulare est, ideo facile potest cum plurali componi. V. p. 1178, 26. 1183, 13. 24. REISK. Sic πάντα dicitur sequente ὅ τι, de quo dixi ad Aristoph. Nub. 348. ubi adde Machon. ap. Athen. 9. p. 385 C.

1163, 1. ἡ στρατηγὶς] F. ἡ ἐμὴ στρατηγίς. WOLF. Cur hoc de navi imperatoria afferatur haud cerno. Fortasse sic cohaeret ratiocinium: Alcimachi imperatoris navem, quod rimas egisset, inhabilem esse factam navigationi. Quae dum repararetur, Alcimachus mea navi usus est: quo factum ut ego in urbe esse et

ad diem praesto esse ad satisfaciendum Theophemo de multa non potuerim. REISK. V. p. 1154, 13. ἢ malim deletum. *navemque ita esse instructam ut imperatoria fieret Alcimacho.* De rimosa ipsius Alcimachi navi non cogitandum. SCHAEF. Schaeferi emendationem ἢ delentis ego per errorem Sauppio tribui in annotatione critica.

1163, 6. *εἰ μὲν—παραδώσουσιν*] Citant Anecd. Bekk. p. 144, 11. SCHAEF.

1164, 20. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ] Similiter orationes adversus Polyclem et Calliclem testimoniis recitandis finiuntur, et Isaei de Pyrrhi et Cironis hereditate, ubi lemmata in libris omissa addenda esse vidit Schoemannus.

XLVIII.

IN OLYMPIODORUM.

De tempore hujus orationis tantum constat quantum ex p. 1174, 13. colligi potest, habitam esse post Pythodoti archontis, qui eponymus fuit Olymp. 109, 2., magistratum.

In argumentum Libanii.

1166, 18. *καὶ συγκεχωρηκέναι—*] Vide ne te amphibolia decipiat. ὁ Καλλίστρατός φησι συγκεχωρηκέναι Ὀλυμπιοδώρῳ εἰπεῖν (ὅπως ἂν εἴποι ὁ Ὀλυμπιόδωρος) καὶ τοὺς λόγους, οὓς ἐβούλετο, καὶ προπαρασχέσθαι (ἵνα παράσχοιτο ὁ Ὀλυμπιόδωρος) μάρτυρας ψευδεῖς. Nam haec ad Olympiodori personam pertinere, non ad accusatoris, ipsa docet oratio. WOLF.

1166, 19. *καὶ μάρτυρας παρασχέσθαι ψευδεῖς*] Hujusmodi fallaciis etiam Theopompum Hagnianam haereditatem evicisse supra cognovimus. Sed o miram impudentiam hominis, qui suam improbitatem confiteri non erubescat, et dissolutionem judicum, si talia scelera ulti non sunt. WOLF. Improbitas haec fuit, quod Callistratus passus est Olympiodorum subornatis uti testibus, de fraude porro taciturus, si ille in pacto mansisset. Non laudandum facinus, sed cui prisci illi homines δόλους καὶ ἀπάτας alio quam nos modulo metientes veniam facile darent. Adde quod subornati illi testes testati sunt quae, si Olympiodorus fidem datam falleret, ipsi Callistrato nocerent. V. p. 1179, 13. 20. SCHAEF.

1167, 2. *δυναμένους*] Hoc *facundos*, *oratores*, non significare usus docet. Excidit λέγειν vel εἰπεῖν. SPENGEL. ad Anaxim. Rhet. p. 249.

1168, 1. *ἐκ τῶν ὑπολοίπων*] "*Id quod unum adhuc vobis superest faciundum*" Reisk. in Ind. Graecitat. Xenophon Hellen. 3, 4, 9. τάδε οὖν μοι ἐκ τοῦ λοιποῦ χάρισαι. SCHAEF.

1168, 12. *Ἁλαιεὺς*] Comma post h. v. delendum. SCHAEF.

1168, 18. *ἁπάντων*] Non cum ἡμῶν cohaeret, sed cum ὧν προσῆκε, scilicet ἐπιμελεῖσθαι. REISK.

1169, 6. ἡμῖν αὐτοῖς] ἀλλήλοις. Recurrit v. 11. 12. 25. p. 1170, 11. 17. 1172, 26. 1176, 17. V. ad Aesopum Heusingeri p. 96. SCHAEF.

1169, 8. καθ' ἡσυχίαν] Utrum per silentium, ut voluerint multos esse controversiae conscios? an tranquillis animis? an defuncti sepulturae munere? WOLF. Hoc verum. SCHAEF.

1169, 22. τῶν ἐμῶν παίδων] Constat e p. 1182, 22. actori non fuisse nisi filiam unicam. Mos nempe oratorum Atticorum est, ut caussam dicentibus plures liberos tribuant, tametsi modo singularis proles iis sit, exaggerandae rei ergo aut movendae tanto magis commiserationis, vel etiam futuram prolem, quae adhuc speraretur, cum praesente complectebantur. REISK.

1170, 4. ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς] Scilicet εἰ ἠβούλετ' ἀμφισβητεῖν ex insequentibus. REISK.

1170, 8. ὅπως ἂν—ἅπαντα πράττωμεν] Anecd. Bekk. p. 159. citant sic mutata et contracta: ὅπως ἂν μηδετέρῳ ἐξουσία γένηται ἰδίᾳ ζητεῖν, ἀλλὰ κοινῇ βουλευόμενοι ἅπαντα πράττωμεν. ubi quae antecedunt satis docent grammaticum suo in libro reperisse aut γένοιτο aut πράττοιμεν. SCHAEF.

τι] Valet haec formula i. q. μηδαμῶς, μηδ' ἐξ ἑνός γέ του τρόπου. SCHAEF.

1170, 27. σακχυφάνται] Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 302, 23. σ. οἱ πλέκοντες τοὺς γυργαθούς· ἢ τῶν λινοΰφων οἱ τοὺς σάκκους ὑφαίνοντες.

1170, 29. φαρμακοτρίβαι] Photius Lex. p. 640, 16. φ. οἱ βαφεῖς οἱ τὰ φάρμακα τρίβοντες· ἢ οἱ τὰ φάρμακα πωλοῦντες. Dicuntur etiam φαρμακοτρίπται. V. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 314, 16. SCHAEF.

1171, 1. φανερὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ] F. φανερὸν ἢ ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Nam quae trapezitis dabatur ἀφανὴς οὐσία fere dicitur. WOLF. Sed aliud est οὐσία φανερὰ, aliud ἀργύριον φανερόν. τῷ φανερῷ ἀργυρίῳ autem opponitur τὸ ἔνδον κείμενον, quod domi clausum servatur. V. infra v. 15. SCHAEF.

1171, 6. καὶ οὗτος εἵλετο—τοὺς σακχυφάντας καὶ τὴν οἰκίαν] Citat Pollux 9, 39. SCHAEF.

1171, 7. τὴν οἰκίαν] τὴν οἰκίσκην margo Lutetianae forsitan e Polluce, qui sic habet. V. Leopardi Emendat. 2, 3. vol. 3. Lamp. Crit. Gruter. p. 25. τὸν οἰκίσκον dat index Lambini. Subaudi ἐν ᾗ ᾤκουν vel διέτριβον οἱ φαρμακοτρίβαι. Possit alias legi καὶ τὴν τούτων οἰκίαν, aut καὶ τὴν μίαν οἰκίαν, quia sequitur καὶ τὴν οἰκίαν τὴν ἑτέραν. Sed videtur vulgata bene habere. REISK. Pollucis scriptura si genuina est, videtur Orator etiam p. 1170, 28. scripsisse οἰκίσκη ἑτέρα—. SCHAEF.

1171, 17. τὸ ἀργύριον] Malim τοῦ ἀργυρίου. Non enim omnem pecuniam Cononi Moschion surripuerat, sed partem solummodo. REISK. Imo homo furatus erat quidquid pecuniae domi esset: mortuo enim Conone Callistratus et Olympiodorus nihil numorum acceperunt nisi quod ille Heraclidae crediderat. SCHAEF.

1171, 18. χωρίς] Nota sejunctum a casu suo duobus vocabulis intersertis. SCHAEF.

1172, 23. τοῦτο] Olympiodorum ipsum sponte sua sensurum et sibi legem hanc aequam laturum, par esse ut mihi argentum hoc reddat. REISK.

1173, 10. ἕως ἂν—γένωνται] Citant Anecd. Bekk. p. 145, 7. SCHAEF.

1173, 20. αἱ ἀμφισβητήσεις] Caussae et tituli juris, quibus niteretur contendentium quisque. REISK. V. ad p. 1175, 28. et Ind. Graecitat. SCHAEF.

1173, 25. ἐκ—τῶν ὑπαρχόντων] Recurrit p. 1175, 8. *unter solchen Umständen*, (*under such circumstances.*) Compares ἐκ πονηρῶν πραγμάτων p. 1368, 18. Similis formula ἐκ τῶνδε. V. not. ad Sophocl. Trachin. 1111. quaeque expromsit Lobeckius ad Sophocl. Ajac. 537. SCHAEF.

1173, 29. εἰς Ἀκαρνανίαν] To counteract Philip who was in Acarnania before his Scythian expedition: Demosth. Phil. III. p. 120. ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλήλυθε καὶ Λευκάδα. p. 118. ἧκεν ἐπὶ Ἀμβρακίαν. Halonnes. p. 84. ἐπὶ Ἀμβρακίαν στρατεύεται. Philipp. IV. p. 133. τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδόν. Demosthenes is sent with other ambassadors, in the year of Pythodotus (πέρυσι, that is, the year before the archonship of Sosigenes Olymp. 109, 3., Philipp. III. p. 129.). and counteracts Philip in Ambracia and Peloponnesus. CLINTON. Fast. Hell. vol. 2. p. 142.

1174, 8. ὑπομοθέντος—τούτου] Dubium est, sitne masculinum an neutrum τούτου. Si prius, est haec sententia: *Cum Olympiodori nomine exhibita esset praetori haec excusatio jurejurando confirmata.* Sin posterius, est sententia: *Cum haec essent, interposito jurejurando, excusata.* REISK. Mihi neutrum videtur. SCHAEF.

ἀνθυπωμόσαντο] Citat h. l. Harpocration v. Ἀνθυπώμοσαν. REISK. Ex Harpocratione corrige Anecd. Bekk. p. 404, 17. Activum non videtur in usu fuisse. SCHAEF.

1174, 16. ἐπεδίκασεν—ἐπεδικάσαντο] Citat h. l. Harpocration v. Ἐπεδίκασε καὶ ἐπεδικάσαντο. REISK. Item Etymolog. M. p. 355, 9. et Zonaras p. 285. ubique προέκρινε mutandum in προσέκρινε. SCHAEF.

1175, 7. ἐπιδεδικασμένους] I. q. ἐπιδικασαμένους. V. p. 1176, 7. 1177, 7. SCHAEF.

1175, 8. κατὰ τὸν νόμον] Refer ad προσκαλεῖσθαι. SCHAEF.

1175, 10. ἐν τῷ αὐτῷ] ἅμα. SCHAEF.

1175, 27. τὰς ἀμφισβητήσεις ἀντεγραψάμεθα] Controversias rescripsimus, hoc est, in eos, qui haereditatem occuparunt, actiones instituimus. WOLF.

1176, 6. ἠβουλήθημεν] Malim ἠβουλήθη, Olympiodorus puta. REISK. Non opus: nam etiam alterius caussa ex pacto agebatur. SCHAEF.

1176, 17. πρώτιστον] V. ad p. 1076, 12. SCHAEF.

1176, 18. δικάσαντες] V. p. 1169, 15. SCHAEF.

1177, 18. οἱ μὲν] Cum οἱ δὲ non sequatur, aut ἀνανταπόδοτον est, aut aliquid a librario praetermissum. WOLF. Nihil excidit, sed inflexa est constructio: cumque exspectes bis secuturum οἱ δὲ, ejus loco bis sequitur ἐπειδὰν δὲ v. 20. et 23. SCHAEF.

1177, 21. ἀνθρώπου] Wesselingius ad Herodot. 9. 39.: "Quem Galenus Praecognit. p. 458. suum dixerat οἰκέτην, de eodem μηδὲ ὁρῶντες τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον ἐν Ῥώμῃ." Quo nihil similius huic Demosthenico. Valckenarius Adnotat. in N. F. p. 337.: "Quam paulo ante dixerat θεράπαιναν, dicit τὴν ἄνθρωπον Isocrates p. 381 B." SCHAEF.

1178, 5. ὅτι οὗτος ψεύδεται] Haec videntur supervacanea esse et e scholio irrepsisse. Satis est: ἃ δ' ἐγὼ ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα πάνθ' ὑπόνοια κ. τ. λ. WOLF. Non sunt scholiastae. Sensus: *sed quae ego vobis dicam, unde intelligatis hunc mentiri.* SCHAEF.

1178, 18. οὐδ' ἐκλιπεῖν—] Si forte requiras καὶ ἐκλιπεῖν—, cogitato haec ad superiora οὐκ ἀκόλουθόν ἐστιν—referri per σχῆμα τῆς βραχυλογίας. Resolve sic: οὐδ' ἀκόλουθόν ἐστιν ὑπεναντία μὲν πράττειν σοὶ ἐμὲ, ἐκλιπεῖν δὲ τὴν ἀμφισβήτησιν κ. τ. λ. SCHAEF.

1178, 26. ἅπαντα ὅ τι] V. ad p. 1162, 23.

1179, 8. κατεχρήσατο] S. ψιλῷ τῷ λόγῳ. ἀντὶ τοῦ κατεψεύσατο. WOLF. Subaudi τούτῳ τῷ λόγῳ. REISK. V. not. ad p. 1062. 13. SCHAEF.

1179, 23. οὖσαν] οὔσης Lambinus, quem constructionis τὸ σολοικοφανὲς offenderet. Sed attractio h. l. dominatur in solum relativum, non item in participium, ut quod cum particula ὡς faciat enuntiationem peculiarem. SCHAEF.

1180, 6. ἀναιρεῖσθαι] V. ad p. 916, 10.

1180, 12. Jungenda ταῦτ' ἐχρῆν αὐτὸν διαμαρτύρεσθαι. SCHAEF.

1181, 1. πεφιλοσόφηκεν] μᾶλλον δ' ἐσοφίστευσε καὶ πεπανούργηκε καὶ σεσυκοφάντηκεν. οὐχὶ γάρ τά γε τοιαῦτα τῶν φιλοσοφούντων. WOLF. Anecd. Bekk. p. 314, 21. Φιλοσόφημα: ἐπινόημα, τεχνίτευμα. Locutiones petitae a callidis strophis sophistarum, qui philosophorum pallio nihil non fraudium conderent. SCHAEF.

1181, 20. ἐν τῷ τούτου—ἐν τῷ ὑστέρῳ] F. a. ἐν τῷ τούτου λόγῳ, ἢ ἐν τῷ ἐμῷ, ἐν τῷ προστέρῳ—. WOLF. Non addendum ἢ ἐν τῷ ἐμῷ: solus enim ὁ τοῦ Ὀλυμπιοδώρου λόγος intelligi debet. *seu velit* ἐν τῇ πρωτολογίᾳ *aperiri, seu malit* ἐν τῇ ὑστερολογίᾳ. Sensus: Etiamsi bis orandi copiam nactus fuerit, tamen apertae pacti nostri tabulae ostendent hominem turpiter mentitum esse. SCHAEF.

1182, 3. διέφθαρται] S. τὴν διάνοιαν. Sed quomodo probat? Quia mavult amicae dare quam affini, cui si hereditatis semissem concessisset, et sensuum et mentis integritate floruisset. Haec sunt praeclara cupidorum hominum judicia. WOLF.

1182, 17. μὲν] Hoc μὲν refertur ad δὲ p. 1183, 1. Quanquam

relationem obscurarunt quae de mulieribus inserta sunt. SCHAEF.

1182, 21. ὁμοπατρίας καὶ ὁμομητρίας] Resolve ἥ αὐτῷ ἐστιν ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία: ne putes adjectiva substantivo postposita sine articulo. SCHAEF.

1182, 25. πῶς γὰρ οὐκ ἀδικοῦνται—] Hinc illae lacrimae. Quis enim dubitet matrem familias cum marito quotidie expostulantem de concubinae illius cultu vestituque, quem ipsa aequare non posset, magnas hac in lite partes habuisse? SCHAEF.

1182, 27, χρυσία—ἱμάτια καλὰ] Junxit haec etiam Athenaeus 13. p. 587 B. e certa emendatione Meinekii Commentat. Miscell. 1. p. 44. Conf. Alciphron 1, 36. in. SCHAEF.

ἐξόδους] V. Toupius Emendat. vol. 2. p. 59. SCHAEF.

1182, 28. ὑβρίζουσαν ἐκ τῶν ἡμετέρων] *De nostris bonis prodigiosum et flagitiosum in modum luxuriantem.* REISK. Suffecerat *luxuriantem:* ὑβρίζουσαν enim nihilo plus quam τρυφῶσαν. Xenophon Cyrop. 2, 4, 5. ἐν τῇ Περσικῇ στολῇ οὐδέν τι ὑβρισμένῃ. ad q. l. apte compararunt Aeliani V. H. 1, 31. οὐδὲν τῶν ὑβρισμένων οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προσφέρουσιν. Sic ὕβρις et τρυφὴ ut affinis voces significationis passim junguntur. Aristophanes Ran. 21. εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή—. Athenaeus 12. p. 522 C. οὐ τρυφῆς χάριν οὐδ' ὕβρεως. SCHAEF.

XLIX.

ADVERSUS TIMOTHEUM.

Fueruntne duae Demosthenicae in Timotheum? Fuisse necesse est, si bene habet locus Athenaei p. 486 C., ubi, postquam commemorasset orationem πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως, paulo post velut aliam laudat simpliciter πρὸς Τιμόθεον appellans, quae est hodie superstes. [Imo una tantum fuit estque illud ὕβρεως nihil aliud quam verae scripturae ὑπὲρ χρέως corruptela. G. DINDORF.] Item in oratione pro Corona ait dictionem φιάλαι Λυκιουργεῖς legi: quod secus est. Procul dubio conturbavit hic Athenaeus a memoria deceptus.—Titulum hujus orationis Harpocration v. Κακοτεχνιῶν ita refert: ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου τίσεως. Forte voluit ὑπὲρ χρέως (ut est in Augustano) pro χρέους, aut potius ἀπαιτήσεως, quae erat postulatio aeris mutuo dati sine syngrapha aut pacto literis consignato, aut ἀποτίσεως, *de postulata debiti luitione*, aut αἰτήσεως simpliciter, *super aliqua re mutuum rogata*. Nam αἴτησις est *res mutuo rogata et accepta*. V. p. 1191, 1., ubi αἰτήσασθαι, *mutuo sumere quod ipsum reddas sine foenore*, opponitur τῷ δανείσασθαι, *pecuniam foenebrem sumere*. (Alio loco Reiskius ἐκτίσεως, subaudito δίκη ὑπέρ.) Addit Lexicographus: εἰ γνήσιος. Nullam video caussam cur Demostheni abjudicetur haec oratio, nisi volumus ei omnes illas eripere orationes, quas numero multas pro Apollodoro Pasionis exaravit, in quarum haec numero et facile princeps est. REISK. Spuria videtur Boeckhio de Oecon. Athen. vol. 1. p. 246. et 317. In spuriis numerat etiam Bekker. Neque ego pro genuina habeo. Conf. ad p. 1187, 3. Ac nisi mea me opinio fallit, qui scripsit anonymus orationem contra Euergum et Mnesibulum, eidem debemus hanc contra Timotheum orationem. V. ad p. 1191, 3. 1193, 10. SCHAEF. Genuina videtur Clintono Fast. Hell. vol. 2. p. 358. quem Plutarchi potissimum testimonium movit V. Demosth. c. 15. Λέγεται δὲ καὶ τὸν κατὰ Τιμοθέου τοῦ στρατη-

γοῦ λόγον, ᾧ χρησάμενος Ἀπολλόδωρος εἷλε τὸν ἄνδρα τοῦ ὀφλήματος, Δημοσθένης γράψαι τῷ Ἀπολλοδώρῳ. Idem de tempore orationis recte statuit p. 359. "Apollodorus sued Timotheus son of Conon for a debt due to his father Pasio. The debt had been contracted in Olymp. 101, 4. (B. C. 374. 373.) Demosthenes on this occasion composed the oration πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους before Olymp. 106, 3. (B. C. 354.) when Timotheus died, and consequently some years before the cause ὑπὲρ Φορμίωνος. In this oration Phormio is produced as a witness for Apollodorus[a]. The son of Pasio was engaged in a suit with Callippus respecting a debt claimed by Callippus from Pasio, and Demosthenes composed for him the oration πρὸς Κάλλιππον. At this period Phormio and Apollodorus were still friends[b]; the cause may therefore be placed with that against Timotheus among the early pieces of the orator." Non post Olymp. 106, 1. scriptam esse addit Imman. Herrmannus in comment. de Dem. orationibus pro Apollodoro et Phormione (Erfordiae a. 1842.) p. 18. quod hoc anno Timotheus in exilium missus sit, ex quo post longum demum temporis spatium (Olymp. 108, 4.) videatur esse revocatus. Similiter Olympiadi 105. adscripsit Rehdantzius Vit. Iphicr. p. 196.

1185, 17. ὧν ἐδεήθη αὐτοῦ] ὧν ἐδεῖτο τοῦ πατρὸς p. 1192, 7. ὧν ἐδεήθη οὗτος ἐμοῦ p. 1247, 20. Herodotus 3, 157. ἐπιτράπεσθαι ἑτοῖμοι ἔσαν τῶν ἐδέετο σφέων. Vides δεῖσθαι eadem in notione jungi genitivo et personae et rei. Duabus in notionibus deinceps jungens idem Historicus 1, 8. extr. καί σεο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων, ad q. l. v. Wyttenbachius Select. p. 265. edit. Lips. SCHAEF.

1185, 22. κομιεῖσθαι] Ferri potest quod in F. S. Q. est κομίσασθαι, modo ne quis ut proximum πρᾶξαι ab ὑπάρξειν pendere credat cum Schaefero, quod si voluisset orator, ὑπάρξειν non post πρᾶξαι, sed post κομίσασθαι collocasset. Verum non voluit, recte sentiens aptius esse nude dici κομιεῖσθαι.

1185, 23. πρὸς Τιμόθεον] *Apud Timotheum.*

1186, 3. κατεχρήσατο] τὸ οὖν ἀργύριον—ἐνταῦθα κατεχρησάμην p. 1154, 15. SCHAEF.

1186, 7. καὶ εἰς ὅ τι] Hinc emendari potest locus Hyperidis apud Alexandrum de Figuris sententiae p. 52. edit. Norrm., ubi pro vulgato καὶ εἰ ἐχρήσω legendum est καὶ εἰς τί ἐχρήσω. *quo impenderis, insumseris illud aurum.* REISK.

1186, 9. τὰ ληφθέντα sunt illi numi, quos debitores auferunt a credentibus, et τὰ τεθέντα cum illo compositum significat pignora

[a] Conf. in Timoth. p. 1196. That Apollodorus prosecuted Timotheus is remarked in Olymp. 107, 3. (B. C. 350.) pro Phorm. p. 961. οὐ Τιμομάχου κατηγόρεις;—οὐ Τιμοθέου; but from the context it appears probable that a public prosecution, and not a private action, is there intended. If so, the allusion would not be to the present cause. In the same oration p. 950, 20. the present cause is distinctly alluded to. Apollodorus gained his cause, as it appears from Plutarch. V. Demosth. c. 15.

[b] Phormio appeared for Apollodorus: see p. 1237. 1238. 1141.

pro cautione opposita. Verum *τὰ ἀναλωθέντα* sunt numi e mensa argentaria erogati, expensi: tum autem *τὰ τεθέντα* sunt numi ab aliis mensae crediti foenoris exercendi ergo. *λαμβάνειν* est *tollere pecuniam* et usurpatur de eo, qui aes alienum mutuum accipit atque debet. V. v. 27. et p. 1196, 6. 22. REISK. Haec quomodo intelligi oporteat docent antecedentia *ὧν τε διδόασι—τις τιθῆται. τὰ ληφθέντα*, quae acceperunt mutua debitores mensae: *τὰ τεθέντα*, quae quis mensae tradidit a mensario dispensanda. *ἀναλωθέντα* habeo pro scholio allito genuinae scripturae *ληφθέντα*. Potuerat etiam *δοθέντα* allini. Scilicet *ἀναλωθέντα* s. *δοθέντα* dicuntur, si mensarium cogites: *ληφθέντα*, si debitorem. Vernacule vertas *Credit and Debet der Bank.* (*The credit and debit of the bank.*) SCHAEF.

1186, 10. *πρὸς τοὺς λογισμοὺς*] Rationum ergo, ut rationes bene habeant et inter se constent, usurarum puta et pecuniarum, cum a debitoribus redduntur. REISK.

ἐπὶ Σωκρατίδου] Olymp. 101, 2. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 110. Rehdantz. Vit. Timothei p. 85.

1186, 11. *γὰρ*] Abest ab A. r. Recte, ut opinor. Placeret additum, si haec statim v. 5. sequerentur. Nunc inserta illa, *θαυμάσῃ δὲ μηδεὶς—πρὸς τοὺς λογισμοὺς*, seriem orationis ita interruperunt, ut ipsius narrationis exordium particulam *γὰρ* aegre admittat. SCHAEF.

τὸν ὕστερον ἔκπλουν] Respicit hoc ad priorem ejus *ἔκπλουν*, qui incidit in annum Olymp. 101. 4., quo Timotheus Lacedaemonios ad Leucada proelio navali vicit. V. Simsonus ad A. M. 3629. REISK. V. Clinton. Fast. Hell. ad Olymp. 101, 4.

1186, 16. *δυ᾽ ὀβολὼ*] Duo hos obolos non minus miror quam mirarer, si nunc in summa pecuniae mutuaticiae majori duo asses numeratos viderem. Etiam p. 1158, 25. 1162, 20., ubi paulo minoris summae fit mentio, duo oboli connumerantur. Qui duo oboli quid sibi velint, libenter discam a peritioribus rei numariae fenebrisque Graecorum. SCHAEF.

1186, 25. *ἐγράψατο*] Pater meus Pasio curavit in commentarios suos inscribi nomen Timothei. REISK. V. v. 7. 26. p. 1193, 1. SCHAEF.

1186, 27. *συνέπεμψεν*] Cum servo, qui numos portaret. SCHAEF.

1186, 28. *δραχμὰς*] Non desiderarem, si abesset. SCHAEF.

1187, 3. *ἐπειδὴ δ᾽ ἀπεχειροτονήθη—*] Protasis hujus periodi pertinet usque ad p. 1188, 17., ubi apodosis incipit a verbis *μέλλων τοίνυν καταπλεῖν—*. Hoc enim esse *τὸ ἑξῆς* ostendunt proxime antecedentia, inprimis *ὃ ἐκπλέων ἔλαβε*. Periodos tam enormis longitudinis, quarumque tenorem tot *παρένθετα* interrumpant, texere non est moris Demosthenici. SCHAEF.

ἀπεχειροτονήθη] Suffecto ejus in locum Iphicrate. V. Xenoph. Hell. 6. 2, 13. ubi v. Schneid. et Sievers. Hist. Gr. p. 230. et 390. Factum autem hoc est archonte Astio Olymp. 101, 4.: v. p. 1190, 24.

1187, 15. Ἀλκέτου καὶ Ἰάσονος] Alcetam, octavum Macedoniae regem, non puto intelligi hic posse, sed alium quempiam, Epirotam fortassis, Tharrytae F., Arymbae patrem. Jason Thessalus satis notus est e Xenophonte. WOLF. De utroque v. Schneid. ad Xenoph. l. c. §. 10. et 13.

1187, 17. ἐν τοιαύταις δ' ὢν—ἡ μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Est ἀναντapόδοτον aut ὑπέρβατον. Sequitur enim longissimo intervallo p. 1189, 1. τότε οὖν ἀναγκαζόμενος δανείζεται τὰς χιλίας δραχμὰς κ. τ. λ. WOLF. ὢν cohaeret cum δανείζεται p. 1188, 18. Caetera omnia sunt interjecta REISK.

1187, 20. ἐν πεδίῳ] Videtur πεδίον appellata fuisse regio quaedam agri Attici. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 293. extr. SCHAEF.

1188, 23. διαπελθόντων] Rarius verbum. Recurrit p. 1199, 6. SCHAEF.

1189, 20. τῆς τραπέζης] τῇ τραπέζῃ A. r. Placet. V. p. 946, 14. ἐπικαθῆσθαι ἐπὶ τῆς τραπέζης est, opinor, *sedere in mensa:* quod huc non quadrat. καθημένους ἐπὶ τῇ τραπέζῃ p. 1196, 16., ubi eadem scripturae diversitas notata est. SCHAEF.

1190, 1. με ἐμβαλέσθαι] Correxi ex A. μὴ ἐμβαλέσθαι. Idem est ac si dixisset παρεκρούσατό με, ὥστε μὴ ἐμβαλέσθαι. *decepit me, quo factum est ut nil curarem inseri—*. REISK. Verum puto μὴ ἐμβαλέσθαι: nisi forte utrumque jungens malis με μὴ ἐμβαλέσθαι. Minus recte autem Reiskius τοῦ—διαιτητὴν interpretatur. Quippe haec infinitivi constructio significat consilium, non effectum. Verte: *Nam ut ejus testimonium apud arbitrum ne insererem in echinum, fraude perfecit, cum identidem dictitaret—*. SCHAEF. Non opus illo μή.

1190, 2. πρὸς τὸν διαιτητὴν] I. q. πρὸς τῷ διαιτητῇ v. 16. SCHAEF.

παρεκρούσατο] S. ὁ Ἀντιφάνης. WOLF.

1190, 5. προσκληθεὶς] *Cum arcesseretur* (scilicet ad arbitrum) *domo*, (*non enim prodibat in publicum neque sui in publico conveniendi dabat copiam,*)—. REISK.

1190, 6. ὑπὸ τουτουΐ] A Timotheo. SCHAEF.

1190, 8. τούτου] τοῦ Τιμοθέου. SCHAEF.

ἑσπέρας ἤδη οὔσης] Quousque Antiphanem testaturum praestolati erant. SCHAEF.

1190, 15. ἀργύριον] Videntur tituli ΜΑΡΤΥΡΙΑ Η ΕΞΩΜΟΣΙΑ addendi esse. SAUPPIUS.

1190, 17. δανεῖσαι] Scilicet patrem meum Pasionem. REISK.

1190, 18. αὐτὸν] Quisnam? Timotheus an nauarchus Boeotius? Putem equidem Timotheus. REISK. Ego non item: nec quisquam alius putet. Primum enim τὸ ὑποτιθέναι est τοῦ δανειζομένου: deinde, si Timotheus intelligendus esset, scribi oportuerat sine pronomine ὑποθεῖναί φησι. SCHAEF.

1190, 24. ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος] Olymp. 101, 4.

1191, 1. αἰτήσασθαι] Recurrit verbum v. 5. et 17. V. not. ad p. 1155, 7. SCHAEF.

1191, 3 τούτου] τοῦ ἀκολούθου (τοῦ addit Reisk., ut v. 1. et 16.) τούτου F. S. Q. Vere, ut arbitror. Quod si comparaveris cum v. 1. et 16. similesque hac in oratione repetitiones, quae numero sunt plurimae, expenderis, fortasse non improbabis quae de anonymo nostro scripsi ad Titul. Orat. p. 1184., coll. Wolfii nota ad Titul. Orat. c. Euerg. et Mnesibul. p. 1139. SCHAEF.

1191, 6. ἔχρησε] *Commodavit.* παρὰ τὸ κιχράναι. Opp. ἐδάνεισεν v. 7., *mutuo dedit.* Sed p. 1186, 25. χρῆσαι est i. q. δανεῖσαι, quemadmodum p. 1250, 1. χρήστης i. q. δανείστης. Sed quod ibid. v. 12. sequitur κίχρημι vertendum *commodo.* SCHAEF.

1191, 17. τὰ στρώματα] Scilicet ᾐτήσατο. REISK.

1191, 20. βασιλέα] Artaxerxem Mnemonem. REISK.

διαπραξάμενος ἐκπλεῦσαι] Idem est ac si dixisset διαπραξάμενος παρὰ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν τὸ ἐξεῖναι αὐτῷ ἐκπλεῦσαι. REISK.

1191, 25. Παράλιον] Est heroum Parali. V. Phot. p. 386, 22. et Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 294. SCHAEF.

1191, 26. ἐδεῖτο αὐτοῦ] Cohaeret hoc cum τὸ ναῦλον τῶν ξύλων παρασχεῖν p. 1192, 3. REISK.

1192, 4. καὶ ἐᾶσαι—τὴν ἑαυτοῦ] Et ut pateretur meus pater fieri ut Philondas aut servi Timothei illa tigna asportarent in suam (Timothei puta) domum. REISK.

1192, 8. ὥσπερ ἂν—ἀποτυχὼν] ὥσπερ ἂν ἄλλος τις, εἰ ἀποτύχοι, ὀργίζοιτο. SCHAEF.

1192, 16. ᾧ—τὸν ἐμὸν] ὃν συνέστησεν οὗτος τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ margo Lutetianae. ᾧ cohaeret non cum συνέστησεν proximo, sed cum παρασχεῖν v. 17. Cave aurem praebeas lectioni in margine Lutetianae annotatae. συνιστάνειν aliud nihil hic est quam *rogare, injungere, demandare alicui aliquid agendum.* Constructio itaque haec est: ᾧ παρασχεῖν τὸ ναῦλον τὸν ἐμὸν πατέρα οὗτος συνέστησεν, id est ἐκέλευσεν. *cui tradere et numerare mercedem vecturae meum patrem ipse Timotheus rogaverat.* REISK. Nec τὸ ἑξῆς Reiskius perspexit nec verbum συνέστησεν recte interpretatus est. Scilicet ᾧ cohaeret cum proximo συνέστησεν, quod suam sibi significationem hic, ut ubivis, obtinet. συνίστημί σοί τινα παρέχειν τι, *coram te sisto aliquem, ut aliquid praebeat,* h. e., si sensum pinguius reddere placet, *praesente te mando alicui ut aliquid praebeat.* V. ad p. 1029, 26. Verissimum autem est quod Reiskius negat aurem praebendam esse scripturae in Lutetianae margine annotatae. Quae si profecta esset a manu Oratoris, scriptum legeremus v. 17. παραλαβεῖν, non παρασχεῖν. In errorem induxit Lambinum (hujus enim conjecturam esse arbitror) quod legerat p. 1191, 27. συστήσας Φιλώνδαν, deinde supra v. 2. ὃν συνίστη οὗτος τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ, denique infra v. 26. συνέστησε τὸν Φιλώνδαν. Sed nihil quidquam interest, dicasne e. c. συνέστησά σοι τοῦτον an dicas συνέστησά σε τούτῳ. Quod pulcre monuit Reiskius Ind. Graecitat. Quanquam Lambino errorem facile condones, cum Leonclavius illo Graece doctior pariter lapsus sit in Xenophont. Oecon. 3, 14. SCHAEF.

1192, 19. ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος] V. ad p. 1190, 24.

1192, 22. καὶ προσελθόντος] καὶ ex A. addidi. Copula necessaria est. Nam si omitteretur, rediret oratio ad Timotheum, ad quem ἀποδημοῦντος τούτου redit. Verum hoc non patitur sententia, quae liquido demonstrat προσελθόντος ad Φιλώνδου redire. Sententia haec est: Philondas cum e Macedonia, unde ligna afferebat, redisset per Timothei absentiam ad patremque meum accessisset. REISK.

1192, 23. διαλύσῃ] V. ad p. 919, 10. SCHAEF.

1192, 26. τὸν] πρὸς August. primus. Et sic correxi. *erga Philondam*, h. e. *coram Philonda.* vel *constituit*, *condixit cum Philonda.* Vulgatam si qui tuentur, illis necesse est ut comma transferant a Φιλώνδαν ad συνέστησε, h. e. et sic interpungant: καὶ συνέστησε, τὸν Φιλώνδαν προσαγαγὼν—: ut accusativus hic non cum συνέστησε, sed cum προσαγαγὼν construendus sit. *quemadmodum Timotheus cum classe discedens patrem rogaverat, tum pater, Philondam a se ad mensam argentariam cum adduxisset, imperavit Phormioni.* REISK. Erravit, quod συνέστησε nihil aliud valere opinaretur quam ἐκέλευσε s. διωρίσατο. V. ad v. 16. τὸν probat etiam Meierus de Lite Att. p. 503. Ad προσαγαγὼν subaudi αὐτὸν et ad δοῦναι v. 27. αὐτῷ. Notabile hoc exemplum parsimoniae Graecorum in usu pronominum. SCHAEF.

1193, 3. τούτου ἦν,) ὑπόμνημα—χρείαν] *Et hujus quoque* (Timothei puta) *tigna erant: notitiae vero loco adscribi curavit tum cujus rei caussa* (seu *quem in usum*) *istud aes a mensa mutuum esset sumtum tum nomen ejus, qui sumsisset.* ὑπόμνημα est id, quod ad articulum principalem, ut in tabulis mensariorum, aut, ut in grammatica, ad regulam admonitionis vel exceptionis ergo minusculis literis adscribitur. Pro ἀπεγράψατο malim ὑπεγράψατο. REISK. Alii libri ὑπομνήματα. Malim ὑπόμνημα δ' ἐγράψατο. Conf. p. 1186, 25. Talia hic scriptor mutare non solet. SCHAEF.

1193, 8. ἀποδημῶν] Ambigo inter vulgatam et ἐπιδημῶν. REISK. Ego non item. *quo tempore peregre negotiabatur.* SCHAEF.

1193, 10. κοινωνὸς] κόνωνι A. Memorabilis lectio, quae nescio an vera sit. Fortassis Conon erat trapezita et idem ille, cujus crebra mentio fit in oratione proxima superiori in Olympiodorum. V. p. 1168, 12. Nisi duo diversi homines hic fuissent appellati, aut si solus Phormio fuisset appellatus, cur repetisset nomen Phormionis et non satis habuisset αὐτῷ dicere versu 11.? REISK. Repetivit propterea, quia talibus repetitionibus luxuriatur: quae ipsa luxuries prodit colorem orationis non Demosthenicum. Velut hoc ipso versu iteratur nomen Timosthenis, quod modo memoratum hîc omitti poterat. Nec memorabile dicam illud κόνωνι, ut in quod vulgata compendiose scripta depravari facile potuerit. SCHAEF.

1193, 11. ἀποθεῖναι] *Reponendas, servandas.* SCHAEF.

1193, 12. Λυκιουργεῖς] Celeber hic locus est in scriptis grammaticorum veterum et recentiorum. V. Athenaeum p. 486 c. Harpocrationem v. Λυκιουργεῖς, Leopardum Emendat. 2, 18. p. 228. vol. 3. Lamp. Crit. Gruter. et Valckenarium ad Herodot.

7, 76. REISK. Add. Photius s. h. v. Anecd. Bekk. p. 277, 5. vitiose dant Λυκουργείους. SCHAEF.

1193, 21. ὅσον] Scilicet ἀργύριον. REISK. Non est ellipsis. Verte: *quantum earum pondus erat.* SCHAEF.

1193, 25. ὃ ἀπέτισε—] ὃ redit ad ὀφείλοντα. curabat Timotheum inscribi in tabulis ut debentem id aeris, quod esset Timostheni pro phialis repensum. V. p. 1203, 6. REISK.

1194, 17. ἐᾶσαι] ἢ ἐᾶσαι F. S. Q. Male. Quod enim antecedit παρασχεῖν, cum ἂν sibi junctum non habeat, satis apparet pendere ab ἐδεήθη, non ab οἴεσθε. Conf. v. 25. SCHAEF.

1195, 27. κατελάμβανες] Malim κατέλαβεν ex A. r. et quod tempus hoc aptius est, et quod justo durior abruptiorque orationis conversio videtur, antecedente ἔπεμψεν eodem in verborum complexu. SCHAEF.

1196, 17. ἐπιθεῖναι S. Τιμοθέῳ ἐπιθεῖναι vulgo. Τιμοθέῳ si censeas delendum, non pervicaciter repugnem. Quanquam etiam p. 1216, 21. cum dativo legitur: ἔτι δὲ καὶ πίστιν αὐτῷ ἐπιτιθεὶς (l. ἐπιθεὶς) ἠθέλησα—, *etiam jurejurando rem confirmare volui.* Eadem phrasis recurrit mox p. 1197, 1. SCHAEF.

1197, 4. τῷδε] Correxi ἐγὼ δέ. Hoc δὲ non est quidem necessarium et facile poterat eo carere oratio, neque tamen est tollendum, sed redundat cum elegantia et est iteratio et quasi echo praemissi δέ v. 2. Sententiae series haec est:—*et quod, cum Timotheus mihi sponsionem apud arbitrum deferret—, ego Phrasicridae codices rationum prolatos in manus dederim quaerendi ergo—, harum rerum omnium tu, scriba, recita hoc testimonium.* REISK. Correctione non egebat τῷ: corrigendum erat δέ. τῷ τε Φρασικρίδῃ ἐξενέγκας—. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 271. τῷ τε A. r. Quod sic probandum, ut καὶ ὡς ὡμολόγει—, deleta distinctione post ὤφειλε, jungas antecedentibus. SCHAEF. Nihil mutandum putavi.

1197, 13. Verba καὶ εἰς ὅ τι ἔλαβε τὸ ἀργύριον om. A. r. Male, ut arbitror. Primum enim per homoeoarcton facile potuit fieri ut Augustani scriba haec verba omitteret. Deinde falsum est, quod Reiskio videbatur, insequentia idem dicere. Potest enim aliquis λαμβάνειν ἀργύριον εἴς τι, sed τῷ ληφθέντι καταχρῆσθαι εἰς ἄλλο τι. Illud notabatur in tabulis trapeziticis (v. p. 1186, 8.): hoc per se intelligitur pependisse ab arbitrio debitoris. SCHAEF.

1197, 23. μέγα—τεκμήριον] Sic mox p. 1198, 23. μέγα τεκμήριον ὑμῖν ἔστω p. 1162, 16. SCHAEF.

1197, 25. τοῦτο] Om. A. r. Sed perdite amat anonymus usum hujus pronominis. SCHAEF.

1197, 27. ἐνεπισκήψασθαι] Pollux 8, 61. ἐνεπισκήψασθαι ἦν, ὁπότε τις ἐν τοῖς δημευθεῖσιν ἑαυτῷ τι ὀφείλεσθαι ἢ προσήκειν λέγοι· καὶ τὸ πρᾶγμα ἐνεπίσκημμα ἐκαλεῖτο. WOLF. Citat Harpocration s. h. v. V. Anecd. Bekk. p. 250, 14. SCHAEF.

1198, 10. ἐπιτηδείου ὄντος] Orator cum orsus esset a verbo finito ἴστε, τὸ ἑξῆς ita inflexit, ut claudens periodum genitivis absolutis constructionem faceret σολοικοφανῆ. Elegantior stili-

que curiosior sic scripturus erat:—*ὑφ' ὑμῶν, εἰδότων γε πάντων τὸν πατέρα—προθύμως ἀναλίσκοντα, εἶτα καὶ ἐπιτηδείου ὄντος αὐτῷ Καλλιστράτου, ὅσπερ—*. Similis ratio structurae est p. 1207., ubi cum Orator v. 16. orsus esset a verbis *ὅτι Τῆνος μὲν—*, periodum per aliquot membra nexam ab illo *ὅτι* genitivis absolutis v. 23. clausit: *ἔτι δὲ τῶν ἐμπόρων—ὄντων κ. τ. λ.* SCHAEF.

1198, 15. *οὐκ*] *οὐκ* delet Lambinus. Ac videtur delendum, nisi volumus hunc Atticismum esse et accipimus dictionem *μᾶλλον ἢ οὐ* pro *καὶ οὐ μᾶλλον*. *qua de caussa voluisset pater Timotheum nobis debitorem incertum relinquere, et cur non potius voluisset aes debitum ex Antimachi substantia confiscata ferre?* Facit hanc suspicionem probabilem locus similis p. 1200, 12., ubi item *μᾶλλον ἢ οὐ* reddendum est *et non potius aes illud oppignerare Philippo.* Unde incipio suspicari, non spernendam esse lectionem codicis Bavarici initio orationis hujus in Timotheum p. 1185, 17. *μᾶλλον ἢ οὐ Τιμοθέῳ ὑπηρετῆσαι. quamvis magnas opes tanti non fecisset, ut non potius voluisset Timotheo inservire atque gratificari roganti.* Item p. 1226, 23. REISK. Negativam bene tuetur. Redundare hac in formula dicit Ind. Graecitat. s. v. *οὐ*, quae fuit doctrina etiam veterum grammaticorum, ut scholiastae ad Thucydid. 3, 36. et Gregorii Corinthii p. 102., ubi v. interpret. Neque ego refrager. Sic Galli *ne* ponunt post *plus que*, Itali *non* post *più che.* Ac videndum ne etiam p. 1195, 11. orator scripserit *ἢ οὐ Τιμοθέῳ χαρίσασθαι.* Add. p. 867, 12. 1225, 26. SCHAEF.

1198, 16. *ἐνεπισκηψάμενος*] Citat h. l. aut v. 5. similemve ex hac vicinia Harpocration v. *Ἐνεπίσκημμα.* REISK. De Harpocratione v. not. ad p. 1197, 27. SCHAEF.

περὶ δὲ τῶν χιλίων δραχμῶν] *Quod autem attinet ad mille drachmas.* Infra p. 1200, 20. *περὶ μὲν τοίνυν τῶν φιαλῶν καὶ τῆς μνᾶς—. Porro quod attinet aut phialas et minam—.* Add. p. 1202, 26. Conf. p. 14, 18. 1218, 8. SCHAEF.

1199, 3. *τῶν κοινῶν συντάξεων*] *τῶν κοινῶν φόρων.* Docet quod statim sequitur, *τὰ δὲ χρήματα κ. τ. λ.* SCHAEF.

1199, 4. *μισθοφορία*] *Opera mercenaria* Lobeckio Parerg. ad Phrynich. p. 491. hunc ipsum locum citanti: mihi *stipendium.* SCHAEF.

1199, 7. *οὐδεὶς κίνδυνος ὑπ' Ἀθηναίων ἦν*] Xenophon Hellen. 6, 5, 43. *εἴ ποτε πάλιν ἔλθοι τῇ Ἑλλάδι κίνδυνος ὑπὸ βαρβάρων.* Ne forte abutens Melet. Crit. p. 84. putes h. l. scribendum esse *ἀπ' Ἀθηναίων.* SCHAEF.

1199, 16. *ὁπόσον*] Scrib. *πόσον.* Conf. quae adscripsi ad Porsoni Phoeniss. p. 68. ed. tert. Lips. Vulgatam textui videtur affricuisse labes Graecitatis citerioris: idemque, opinor, tenendum aut de omnibus aut de plerisque classicorum scriptorum locis, ubi relativa vice funguntur interrogativorum. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 57. SCHAEF. Recepi.

ποδαπὸν] *Cujas.* Scilicet aes aliud alio pretiosius. SCHAEF.

1199, 21. *μισθωτοὶ*] Operarii, qui manu quaestum faciunt

mercede conducti: quales certis urbis locis congregari solebant conductorem expectantes. V. Theophr. Charact. c. 4. et Harpocrat. s. v. *Κολωνίτας*, et conf. Schoemann. ad Isaeum p. 310.

1199, 23. *παραδιδόναι—ἐξαιτεῖν*] *παραδιδόναι*, dedere. *ἐξαιτεῖν*, deposcere torquendos, quo veritas elucerct. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 271.

ἀποστησάμενον] Citat h. l. Harpocration v. *Ἀποστησάμενον*. REISK. V. Zonaras p. 271. et Anecd. Bekk. p. 435, 11. SCHAEF.

1199, 26. *ἔμελλεν—παραδώσειν*] Vulg. *ἔμελλεν οὔθ' ὁ ὑποτιθεὶς τὸν χαλκὸν παραδώσειν.* Post *ἔμελλεν* addunt codd. *οὔθ' ὁ ὑποτιθέμενος.* Apparet vulgatae alterum membrum deesse. quod ex parte dant codices. Sed quod illi dant, satis non est. Deest adhuc *παραλήψεσθαι*, quod de meo addidi. *Non enim est credibile commissurum unquam fuisse aut eum, qui pignus caperet, ut aes acciperet sibi non appensum libra, aut eum, qui pignus daret, ut sic traderet.* REISK.

1200, 7. *πότερον ὡς—ἢ ὡς—*] *Utrum quod—an quod—.* SCHAEF.

1200, 28. *ἐπέσχον*] Usitatius fuisset *ἀπεσχόμην*. Sed et Xenophon eadem syntaxi usus est Anab. 3, 4, 36. *χρόνον μέν τινα ἐπέσχον τῆς πορείας οἱ βάρβαροι.* SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 271. Comparavit quae non debebat. *ἀπέχεσθαί τινος, abstinere a re. ἐπέχειν τινός, cessare a re quam inceperis.* Quis non meminit frequentatum illud ab oratoribus *ἐπίσχες*? SCHAEF.

1201, 1. *ὁ δὲ οὔτε ὡς ἐλευθέρου ὄντος τοῦ Αἰσχρίωνος*] Sic S. Q. Vere, ut opinor. Tales enim repetitiones dici vix potest quantopere hic orator depereat. Adde quod huic scripturae favet contrapositum *οὔθ' ὡς δοῦλον—*. SCHAEF.

1201, 6. *ἐπὶ τόνδε—ἔλθοιμι*] Notanda locutio *ἔρχεσθαι ἐπί τινά τινος*, idem illa significans quod *ἐπεξιέναι τινά τινος. arcessere aliquem crimine—.* Sic dicitur *βαδίζειν ἐπί τινά τινος* p. 1251, 18., ubi Wolfius nostrum locum comparavit. SCHAEF.

τόνδε] *πότερον τὸν Αἰσχρίωνα ἢ τὸν Τιμόθεον*; Hunc opinor, quia servi delicta luere cogebatur dominus. WOLF. *τόνδε* redit ad Timotheum. REISK. Vere: nec tamen ob quam caussam Wolfius opinatur, siquidem hîc sermo est de homine ut liberto. Omnem tollit dubitationem p. 1139. 10. Tollunt etiam grammatici ad v. 7. citati. Ceterum adverte *τόνδε* rariori apud oratores usu positum pro vulgari *τοῦτον*. SCHAEF.

1201, 7. *τῶν κακοτεχνιῶν*] Citat h. l. Harpocration v. *Κακοτεχνιῶν*. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 268, 24. SCHAEF.

1201, 10. *εἰ—παρασχέσθαι*] Idem est ac si dixisset: *εἰ περὶ τῶν ἄλλων λημμάτων—μὴ εἶχε μάρτυρας παρασχέσθαι τοὺς μαρτυρήσοντας, ὅτι Τιμόθεος αὐτὰ οὐκ εἴληφε.* REISK.

1201, 28. *ὧν*] Restituendum puto *ἦν*. *καὶ τῷ μὲν Τιμοσθένει τὴν τιμὴν ἀπέδωκε τῶν φιαλῶν* p. 1193. l. 22. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 271.

1202, 4. *ἀπὸ*] *ἐπὶ* August. primus. Et hoc dedi. Scilicet

κείμενα vel *τετηρημένα*. Quamquam etiam vulgata probari queat sic, ut subaudiatur *λαμβανόμενα*, *repetita*, *profecta*. Saepe *ἀπὸ* in hujusmodi phrasibus redundat: et *τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης γράμματα* sunt idem atque *τὰ τῆς τραπέζης*, ut etiam in vulgari Latinitate *homo de curia* pro *homo curiae*. REISK. Revocavi *ἀπό*.

1203, 8. *ταύτῃ ἀπολογίᾳ*] Alii libri *ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ*. Utrumque bonum, sed vi diversa. *ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ*, *hac apologia*: *ταύτῃ ἀπολογίᾳ*, *hoc* (argumento) *tanquam apologia*. Orator p. 1233, 23. *ἱερωσύνην—ταύτην ἔχοντες*. Herodotus 4, 65. extr. *ταύτην ἀνδραγαθίην λέγοντες*. Xenophon Apolog. 3. *ἥνπερ νομίζω μελέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας*. Idem Memorab. 4, 6, 15. *νομίζων ταύτην τὴν ἀσφάλειαν εἶναι λόγου*. Malim *ταύτην ἀσφάλειαν* cum Coraë. Dionysius A. R. 11, 1. extr. *προσθήκη γὰρ αὕτη γε καὶ τελευταία τῆς ὀργῆς τῶν δημοτῶν αἰτία*. Nec tamen Graeci neutro pronominis genere, quod nos Germani usurpamus, non utuntur. Plato Phaedr. p. 249. HSt. *τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις*. Quocum cave componas quod legitur p. 245. *τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως*: quippe *τοῦτο* hîc refertur ad *τὸ αὐτὸ κινοῦν*, quod antecessit. Xenophon Anab. 7, 7, 31. *οὐκοῦν νῦν καὶ τοῦτο κίνδυνος, μὴ λάβωσι—*. Quod cum sensum satis expeditum habeat, vide mihi quas turbas concitaverit. SCHAEF.

1203, 27. *ὀμόσας ἀπηλλάχθαι*] Wolfius: *postulabat et ipse dato jurejurando se liberari*. Sensus, nisi fallor, hic est: *hic etiam ipse nihil cunctatus jurare se velle aiebat*. Plato Gorg. p. 491. HSt. *εἰπὼν ἀπαλλάγηθι*, *protinus dic*. Quod simillimum est Sophocleo Trachin. 1122. *εἰπὼν—λῆξον*. ad q. l. vide quae adscripsi. SCHAEF.

1204, 12. *καθιερώσαντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ*] Consecratae a morientibus pecuniae exempla alia quaedam indicavit Schoemann. ad Isaeum p. 273.

L.

ADVERSUS POLYCLEM.

In argumentum Libanii.

1205, 2. τὸν ὡρισμένον χρόνον] Trierarchiae, quemadmodum στρατηγίας, munus erat annuum, respondens anno civili Atheniensium: de quo v. Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 28. Boeckh. ad inscr. naval. p. 171 sqq. 462. 463. Quodsi exacto anno successor trierarchi non veniret, sumptus quidem necessarios prior trierarchus facere debebat, sed adversus successorem suum actionem habebat ἐπιτριηραρχήματος, i. e. sumptuum supererogatorum, quos ei restitui ab illo oportebat: cujusmodi caussam in hac oratione Apollodorus agit contra Polyclem.

Quod in inscriptione orationis pro ἐπιτριηραρχήματος in A. S. et apud Harpocrationem aliosque grammaticos legitur τριηραρχήματος, ab altero differt ut generale nomen a speciali. Harpocration τριηράρχημα· τὸ εἰς τὴν τριηραρχίαν ἀνάλωμα· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος (p. 1220. 13.). ἐπιτριηράρχημα δὲ τὸ ἀναλισκόμενον μετὰ τὸν τῆς τριηραρχίας χρόνον. Minus accurate gramm. in Bekk. Anecd. p. 193, 10. V. Boeckh. Proleg. ad inscr. nav. p. 208.

Apollodori trierarchia, de qua in hac oratione agitur, incidit in Olymp. 104, 3. et 4., de quo dictum ad p. 1221, 19. Post hoc igitur tempus habita est haec oratio, longiore tamen intervallo, ut ex verbis ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ (trierarchiae Apollodori) p. 1225, 12. colligi potest, quibus non proxime praecedens, sed remotior annus significari videtur, ut recte observavit Imman. Herrmannus in dissertatione de Demosth. orationibus pro Apollodoro (Erfordiae a. 1842.) p. 19.

1206, 17. ὡς] Non *nam*, ut Reiskius explicat, sed *quam*.

1206, 18. ἐδιακονήθησαν] διεκονήθησαν A. Vetus Lexicon apud Montfaucon. in Bibl. Coislin. p. 486. (Antiattic. in Bekk. Anecd. p. 88, 15.) citat ex hoc loco δεδιηκόνηκε. Voluit in prima

persona δεδιηκόνηκα. REISK. V. Buttmannus Grammat. Gr. maj. vol. I. p. 346. SCHAEF. Alia attuli ad Stephani Thes. s. v. Διακονέω.

1206, 21. ἀληθὲς] ἀληθῆ S. r. Conf. annot. crit. ad p. 87, 10.

1207, 6. αὐτοῦ] Hic, Athenis, in urbe. REISK. οὑτοσὶ δὲ αὐτοῦ κατέμενεν p. 1284, 28. αὐτοῦ—καθημένους p. 1339, 28. SCHAEF.

ἀκοῦσαι] ἀκούσατε Lambinus. Infinitivus discrepat a superioribus, ἀναμνήσθητε et φράζετε: quibus si convenienter dicere voluisset orator, dixisset ἀκούσατε. Sed bene habet vulgata. Placuit oratori constructionem variare. δέομαι ut potest cum imperativo copulari, sic item potest et solet etiam magis cum infinitivo copulari, δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαί μου. Vel si nolumus huc δέομαι revocare, licet infinitivum absolute positum pro imperativo habere: qui mos loquendi, ut scilicet infinitivus pro imperativo usurpetur, Graecis est perquam familiaris: et tum subauditur δεῖ, χρὴ, μέμνησθε, vel simile quid pro re nata. REISK. Verius illud, constructionem variatam esse. SCHAEF.

1207, 7. οἷς] Constructio haec est: καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστῳ παρεχομένου ἐμοῦ τούτοις, ἃ ἂν λέγω, τοὺς νόμους, *et in unoquoque harum rerum puncto* vel *articulo confirmante me, quaecunque aio, legibus afferendis.* REISK.

1207, 11. ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος] Olymp. 104, 3. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 118.

1207, 17. ὑπ' Ἀλεξάνδρου] Ab Alexandro Pheraeo Conf. p. 1230, 15.

1207, 18. Μιλτοκύθου] V. ad p. 654, 29.

ἐπεπόμφει] Scilicet πρὸς ὑμᾶς. REISK.

1207, 23. ἔτι δὲ τῶν ἐμπόρων—] V. ad p. 1198, 10 SCHAEF.

1207, 25. τῶν ἐμπόρων] Scilicet τῶν ὑμετέρων. REISK.

1207, 26. Χαλκηδονίων] Alii libri Καλχηδονίων. V. Anecd. Bekk. p. 1207. med. Dukerus ad Thucydid. 4, 75. extr. et interpret. ad Herod. 4, 144. SCHAEF.

1207, 28. αὐτῶν—συναγορευόντων] Quae cum audiretis vos tam e Proconnesiis et Miltocythis legatis ista in concione orantibus quam ex eorum advocatis, civibus vestris, istorum orationem suo testimonio confirmantibus. REISK.

1208, 5. τὸ χῶμα] ὕψωμα γῆς. Est hic loci proprium nomen ab ipsa re sumtum, et, ut Libanius ait (p. 1228, 2.), οἰκοδόμημα ἐν τῷ λιμένι προβεβλημένον προσορμίσεως ἕνεκα. ἐπὶ τῷ χώματι καθέζεσθαι solitos fuisse trierarchos, qui affici injuriis putarent, ex oratione Ctesiphontea cognovimus. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 316, 15. SCHAEF.

1208, 8. τὸ Ἀριστοφῶντος ψήφισμα] This expedition was unsuccessful, and was followed by prosecutions of the trierarchs. Demosth. p. 1230. ὅτε τῇ ναυμαχίᾳ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνικήθητε, τότε τῶν τριηράρχων τοὺς μεμισθωκότας τὰς τριηραρχίας—παρεδώκατε εἰς τὸ δικαστήριον—καὶ κατηγόρει μὲν Ἀριστοφῶν, ἐδικάζετε δ' ὑμεῖς. The prosecutions were carried on in the year of Nicophemus

Olymp. 104, 4. Dionys. Hal. vol. 5. p. 665. speaking of an oration πρὸς Μελήσανδρον ὑπὲρ τῆς τριηραρχίας, remarks,—ὁ μὲν λέγων ὡς ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος γεγενημένου τοῦ ἀδικήματος ποιεῖται τὸν λόγον, φησὶ δὲ τῷ ὑστέρῳ ἔτει εἰσιέναι τὸν ἀγῶνα, ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος. He seems to describe a cause connected with these proceedings. CLINTON. Fast. Hell. vol. 2. p. 120.

1208, 11. ὑπὸ] F. ἀπό. SCHAEF.

1208, 13. ὑποθεὶς δὲ—τὴν ἐμαυτοῦ] Citat Zonaras p. 1782. SCHAEF.

1208, 16. προδόσεις] δόσεις πρὸ τῆς προθεσμίας. Sic postea p. 1217, 22. διεφθαρμένον μὲν πλήρωμα καὶ εἰωθὸς ἀργύριον πολὺ προλαμβάνειν. Si προσδόσεις, προσθήκας τοῦ μισθοῦ. WOLF. Recurrit p. 1210, 10. Perperam tentavit Lennepius ad Phalar. p. 356. Xenophon Hellen. 1, 5, 7. καὶ τόν τε προοφειλόμενον (μισθὸν) ἀπέδωκε καὶ ἔτι μηνὸς προέδωκεν. Infra p. 1211, 5. ἀργύριον πολὺ προλαβόντες. Add. p. 1217, 23. Jam quis negabit ἀντιστρόφως recte dici προδιδόναι ἀργύριον? SCHAEF.

1208, 18. τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδὲν] Repetit hoc p. 1215, 3. et 18. Apparet igitur armamenta navium non semper a trierarchis praebita esse. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 312.

1208, 20. ὑπηρεσίαν] Sunt coqui, pistores, fabri, famuli trierarchorum aliique opifices navi necessarii in mari agenti, qui ei necessaria suppeditent, ut ἐπιβάται (v. p. 1209, 11.) sunt *milites classiarii*. In navibus mercatoriis sunt ἐπιβάται *agentes in rebus, commissarii mercatorum*. V. p. 1286, 6. REISK. Similia habet Ind. Graecitat. Sed v. ad p. 1209, 11. SCHAEF.

ὑπηρεσίαν—κρατίστην] Thucydides 6, 31. ὑπηρεσίας—τὰς κρατίστας. SCHAEF.

1208, 26. τοὺς βουλευτὰς] Ante τοὺς βουλευτὰς verba τοὺς δημάρχους καὶ excidisse suspicatur conferens v. 5. Meierus de Bon. Damnat. p. 206. SCHAEF.

1208, 28. τῶν ἐγκεκτημένων] τῶν κεκτημένων ἀγροὺς ἢ οἰκίας ἐν οἷς δήμοις οὐ δημοτεύονται: ut si Apollodorus Piraeensis (verbi caussa) non in suo tantum municipio Piraeeo praedia habeat, sed et in Paeaniensi et Cholargensi. WOLF. Recte Wolfius: secus Reiskius in Ind. Graecitat. Conf. Boeckhius Oecon. Athen. vol. 1. p. 319. SCHAEF.

τριττοῖς] "Id est τρισί." REISK. in Ind. Graecitat. V. H. Stephani Thes. Scilicet in uno demo ut δημότου, in duobus ut ἐγκεκτημένου. SCHAEF.

1208, 29. τούτων] H. e. τοῦ μὴ προεισφέρειν. SCHAEF.

1209, 6. τὰ μὲν εὔπορα—ἄπορα ὑπόλοιπα] H. e. τοὺς μὲν εὐπόρους ὑφ' ἑτέρων προεισπεπραγμένους, τοὺς δ' ἀπόρους ὑπολοίπους. SCHAEF.

προεξειλεγμένα—ὑπόλοιπα] Minus hoc concinnum. Concinnius foret: προεξειλεγμένα—ὑπόλοιπα ὄντα. Sana tamen est vulgata. V. p. 674, 15. 1297, 25. 1403, 29. SCHAEF.

1209, 10. καὶ τοὺς μισθοὺς] τοὺς μισθοὺς—καὶ τοὺς ναύτας—pendent a verbo ἀναγνώσεται. SCHAEF.

1209, 11. ταῖς ὑπηρεσίαις] τοῖς ἐρέταις ἢ κωπηλάταις. Sed quaerendum, cum ναύτας, ἐπιβάτας καὶ ὑπηρεσίας saepius conjungat, quid inter hos intersit. ἐπιβάται etiam a Livio sic appellantur, sive milites, sive vectores. ὑπηρεσίαι sunt remiges, ναῦται caeteri, qui in navi curant. Cicero Catone: *Qui in re gerenda versari senectutem negant, similes sunt, ut si quis gubernatorem in navigando nihil agere dicat, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant, ille autem clavum tenens quietus sedeat in puppi.* WOLF. Aliter Reiskius ad p. 1208, 20. Ego malim sequi Wolfium. V. Dukerus ad Thucydid. 6, 31. et Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 301. SCHAEF.

τοῖς ἐπιβάταις] Citat h. l. Harpocration v. Ἐπιβάτης. REISK.

1209, 12. σιτηρέσιον] Citat h. l. Harpocration v. Σιτηρέσιον. REISK.

1209, 26. μεταξὺ] Tenente adhuc trierarchatu, eo nondum finito, et expeditione classica adhuc durante. REISK.

1210, 3. ὀκτὼ μηνῶν] Intra mensem octavum, posteaquam classis e Piraeeo solvisset. REISK. De genitivo v. ad p. 529, 18. SCHAEF.

1210, 7. Αὐτοκλέους] V. ad. p. 655, 3.

1210, 20. τὸ κατ' ἐμὲ cohaeret cum ἐλλείποι. SCHAEF. Sine τὸ p. 1224, 24.

1210, 26. ἤλθομεν] Ego cum Menone stratego meisque militibus et nautis. REISK.

1210, 28. Τιμόμαχος] V. ad p. 658, 26.

1211, 25. ἐφ' Ἱερὸν] Harpocration. Ἐφ' Ἱερόν· Δ. ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐπιτρ. ἱερόν ἐστι τῶν ιβ' θεῶν ἐν Βοσπόρῳ, ὡς Τιμοσθένης ἐν τοῖς περὶ λιμένων. REISK. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 151. SCHAEF.

1211, 26. εἰσαγγελθέντων] Verte *nuntiis allatis* s. *comperto per nuntios.* Thucydides 1, 116. extr. ἐσαγγελθέντων ὅτι Φοίνισσαι νῆες ἐπ' αὐτοὺς πλέουσιν. SCHAEF.

1212, 1. ἐπίτοκον] Hoc addit, ne pecuniam amico sine usuris (ἄτοκον, ut p. 1250, 13.) mutuo dedisse videatur: modum autem usurae omittit quia memorari nec necesse erat et fortasse ingratum Archedemo. Monuit Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 149. qui verba infra posita ὃς—Σηστῷ recte in locum superiorem post Ἀναφλυστίου revocare videtur.

1212, 2. ἐπόγδοον] I. e. $12\frac{1}{2}\frac{0}{0}$. " Citat h. l. Harpocration v. Ἐπόγδοον. Est autem illud foenus, quum de mina quaque in mensem octoni oboli seu drachma cum una tertia drachmae parte dantur. V. p. 1250, 21." REISK. V. Anecd. Bekk. p. 252, 19. SCHAEF.

1212, 3. ἀνειλόμην] De hoc anacolutho (debebat enim esse ἀνελόμενος) v. Boeckhius l. c. p. 149. SCHAEF.

1212, 6. πεντηκόνταρχον] Harpocration, Πεντηκόνταρχος· ὁ τῆς πεντηκοντόρου ἄρχων, ὡς δηλοῖ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος (h. l. et p. 1212, 20. 1214, 12. 1215, 1.) Ὅτι δὲ πεντηκόντορος ἐκαλεῖτο ἡ ναῦς ἡ ὑπὸ ν' ἐρεσσομένη πρόδηλον.

Similiter Phot. p. 411, 7. et Suidas. Sed manifestus in his error est grammatici, notatus a Boeckhio ad inscr. nav. p. 120, 121. Nam quum apud Demosthenem non de navi πεντηκοντόρῳ agatur, sed de triremi, et trierarchus ipse p. 1212, 21. alium ab se adscitum esse dicat πεντηκόνταρχον, sequitur subcenturionem trierarchi esse intelligendum (ut recte interpretatur Reiskius in Indice), qui quinquaginta praefectus fuerit triremis remigibus, i. e. tertiae fere parti remigum. Eodem sensu Xenoph. de rep. Ath. 1, 2. οἱ κυβερνῆται καὶ οἱ κελευσταὶ καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι καὶ οἱ πρῳρᾶται etc., quemadmodum κυβερνητικὴ καὶ πεντηκονταρχία conjunctae sunt ap. Plat. Leg. 4. p. 507 A.

1212, 8. αὐτὸν] Malim αὐτοῦ, *ibi*, apud Lampsacenos. V. p. 1214, 25. REISK. αὐτὸν cave mutes. V. p. 1216, 8. SCHAEFER.

1212, 11. ἔδωκα ὁπόσον εἶχον, ἐπειδή μοι —] Quantum habebam, dabam: sed parum id erat, quia tempus mei trierarchatus exibat, ut copiolas quoque meas necesse esset minui. aut potius: quod mos esset decedentibus de trierarchatu suis classiariis congiarium aliquod dare, ut e p. 1214, 27. colligitur. REISK.

1213, 1. Μαρωνειτῶν] Miror qui potuerint Maronitae, inimici Atheniensium, a Timomacho tantum beneficium petere. REISK. Hoc tempore nondum erant hostes, sed paulo post facti sunt, affectante Atheniensium duce quod Maronitae sibi vindicarent. Conf. infra v. 15. SCHAEF.

1213, 6. αὐτὸς] Id est ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, *meo ipsius nomine.* REISK.

1213, 11. τῶν εἰς Μαρώνειαν] τὴν εἰς Μαρώνειαν Reiskius. Compares τῶν πλοίων τῶν μετὰ ἀρκτοῦρον p. 1212, 23., quod et ipsum Wolfio displicuit. Simillima congessi ad p. 671, 19. SCHAEF. Harpocration, Μαρώνεια· Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ. τόπος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς· ἔστι μέντοι καὶ πόλις ἐν Θρᾴκῃ Μαρώνεια, ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὁμήρου Ἴσμαρον καλουμένην. μνημονεύουσι δὲ αὐτῆς Δημοσθένης τε ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ.

1213, 13. τὴν ἄφιξιν] Subaudiendum τῶν τριηράρχων. SCHAEFER.

Στρύμην] Citat Harpocration v. Στρύμη. REISK. Fuit Stryme Thasiorum colonia, in ora Thraciae sita (v. Herodot. 7. 108. Steph. Byz. s. v. Στρύμη), confinis Maronitarum agro. Ejus incolas Maroneam urbem appetivisse ex hoc Demosthenis loco colligi potest circa Olymp. 105. scripto. Maronitarum et Thasiorum contentionem de Stryme memorat Philippus in Epistola p. 163. 17. (Olymp. 109. 4.) καὶ λογίζεσθ' ὡς ἄλογόν ἐστιν Ἀθηναίους καὶ Θασίους μὲν καὶ Μαρωνείτας ἀναγκάσαι περὶ Στρύμης διακριθῆναι λόγοις, αὐτοὺς δὲ πρὸς ἐμὲ μὴ διαλύσασθαι περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν. In qua caussa versatam esse Hyperidis ad Thasios orationem memoratam a Polluce 7, 149. Boehneckii Quaest. vol. 1. p. 168. et conjectura est eademque Kiesslingii ad Hyperid. p. 217.

1213. 27. ὥρᾳ ἔτους] Non hic, quod alias, significat *aestate*, sed *anno jam provecto et vergente ad exitum, autumno jam adulto.* REISK. Mihi videtur vertendum *pro anni tempestate, ut anni tempestas ferebat.* Etiam Wolfius: *propter anni tempus.* Moeris p. 424. Ὥρα ἔτους, Ἀττικοί. καιρὸς ἔτους, Ἕλληνες. SCHAEFER.

ὕδωρ καὶ βροντὰς — γενέσθαι] Herodotus, 8, 12. ἐγένετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς καὶ σκληραὶ βρονταὶ —. Mox: ὄμβρος τε λάβρος — βρονταί τε σκληραί. SCHAEFER.

1214, 6. τὸ ἐφ' ἡμέραν referendum ad ἐδίδου, non cum Reiskio ad τροφήν. *cibus in diem* est ἡ ἐφ' ἡμέραν τροφή. τὴν ἐφ' ἡμέραν βορὰν dicit Euripides Electr. 429. SCHAEF.

1214, 10. μόνῳ τοίνυν τούτῳ —] *Porro huic uni* —. SCHAEF.

1214, 17. Δεινίαν, τὸν κηδεστὴν τὸν ἐμὸν] Socerum hunc fuisse opinor Apollodori, cujus filius, Theomnestus, Apollodori filiam uxorem duxit, ut est in oratione contra Neaeram. κηδεστής, inquit Suidas, ὁ κατ' ἐπιγαμβρίαν οἰκεῖος ἢ πενθερός· οὐ μόνον δὲ ὁ διδούς, ἀλλὰ καὶ ὁ λαμβάνων. WOLF.

1214, 18. ἐν τῷ δείγματι] Citat h. l. Harpocration v. Δεῖγμα. REISK. Lutetianae margo hoc scholium adscriptum habet: Δεῖγμα τόπος τὶς ἐστὶν ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζοντο, καλούμενος οὕτως. Ἀττικὸν δὲ ἔθος τὸ καλεῖν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ καὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους. ἔστι δὲ κυρίως δείγματα τὰ ἐφ' (scrib. ἀφ') ἑκάστου τῶν πωλουμένων δεικνύμενα. V. interpret. ad Hesych. vol. 1. p. 900. et not. ad p. 932, 21. SCHAEF.

1214, 26. ἔτι δὲ] Si quem offendat δὲ sic relatum ad τε v. 23., consulat quae scripsi ad Dionys. Halic. de C. V. p. 192. SCHAEF.

1251, 1. πεντηκονταρχοῦντος] V. ad p. 1212, 6.

1215, 3. Ὡς — πείσων ἐκεῖνον διανοοῦ] V. Wyttenbachii Julianea p. 187. edit. Lips. SCHAEF.

1215, 10. Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται] Comparavit hunc locum Boisson. cum Theocriteo 14, 51. V. Hesychius vol. 2. p. 639. Photius p. 282, 8. et Anecd. Bekk. p. 208, 6. SCHAEF.

1215, 11. ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι] Sententia est: Voluit Apollodorus et contendit omni studio jus Atticae civitatis adipisci. Adeptus est: habet. Jam intelligit quantis cum taediis et molestiis conjunctum sit hoc tantum bonum. Mansissit inquilinus, liber a tot acerbitatibus et jacturis atque damnis rei familiaris. Hoc ipse sibi suo jumento malum arcessivit. REISK. Apollodorus scilicet. Verba Polyclis. Apollodorus, Pasionis filius nummularii, inquilinus fuerat, sed κατὰ ψήφισμα πολίτης erat, ut ipse loquitur Orat. in Nicostrat. p. 1252. 21. ἐγώ, Πασίωνος ὢν καὶ κατὰ ψήφισμα πολίτης. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 272. Bekkero sunt verba Apollodori. Mihi magis placet altera ratio. SCHAEF.

1215, 20. Junge ἔφασαν, ἵνα μοι λύσωνται —. SCHAEF.

1215, 30. αὐτόθεν] "Cum adhuc hic, Athenis, in urbe esset"

Reisk. in Ind. Graecitat. Wolfius vertit *tunc*. Malim vertere *confestim*. Opponitur ἐπειδὴ—ἠναγκάσθη—. Epictetus c. 22. παρασκευάζου αὐτόθεν. ubi glossema : ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος. Compares simile παραυτά. SCHAEF.

1216, 2. μοι] "Pro παρ' ἐμοῦ" Reisk. in Ind. Graecitat. Non male, si sensum spectes. Sed simul advertenda vis verbi διαδέξασθαι, cujus est propria cum dativo constructio. Recurrit eadem structura p. 1218, 24. 1223, 22. 1227, 11. 15. SCHAEF.

1216, 16. τὰ ἀναλώματα—ἀνηλώθη] V. Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 31.

1216, 17. ποδαπὸν] ὁποδαπὸν, vocabulum multo rarius quam ποδαπός, praebent A. r. Herodotus 9, 16. εἴρεσθαι αὐτὸν ὁποδαπός ἐστι. Idem 7, 218. εἴρετο τὸν Ἐπιάλτεα, ὁποδαπὸς εἴη ὁ στρατός. ut e codd. scribendum videtur. Commemorat etiam Thomas M. e Libanio citatum p. 725. Utitur hoc loco Lobeckius ad Phrynich. p. 57. SCHAEF. Herodoto Ionicum ὁκοδαπὸν restituit Bekkerus.

1216, 18. ὁπόσου] In annotatione crit. b. typotheta literam A. posuit pro S.

ἐκ πόσου ἡ καταλλαγὴ—] Vernacule : *wie viel das Agio betrug.* Sic recte Ind. Graecitat. καταλλάττειν dicitur de numis permutandis, inprimis si pro majoribus accipias minores. Anecd. Bekk. p. 271, 9. Καταλλάττειν : κερματίσαι. SCHAEF. Restitui ὁπόσου ex S. sensu eodem, Anglice *at what rate of exchange*, ut interpretatur Dobraeus.

1216, 27. προϊόντος τοῦ λόγου] V. p. 1220, 8. SCHAEF.

1216, 28. ἐκέλευεν] ἐκέλευον A. Scilicet Timomachus. Quod Augustanus dat possit ferri. imperabant illi duo. Timomachus puta et Polycles. Sed praestat vulgata. REISK. Ita praestat. ut pluralis ferri non possit. V. v. 25. et p. 1217, 1. SCHAEF.

1217, 1. Στρύμην] V. ad p. 1213, 13. SCHAEF.

1217, 6. πλήρη] Quid significet docent antecedentia v. 2. Scilicet ναῦς πλήρης est i. q. ναῦς σὺν τῷ πληρώματι, *ein bemanntes Schiff*, (*an equipped ship*) πλήρους οὔσης τῆς τριήρους p. 1218, 27. Add. p. 1221, 6. SCHAEF.

1217, 10. μοι] "Pro παρ' ἐμοῦ" Reisk. in Ind. Graecitat. Non male, si sensum spectes. Conf. p. 1215, 30. 1216, 8. Sed proprie μοι est dativus qui dicitur commodi. SCHAEF.

1217, 17. ὥστε αὐτὴ μὴ παρέχειν] *Qui possent naves instruere, quo ipsa hoc onere levaretur.* SCHAEF.

1217, 18. ὑπερπέπαικας] Photius. ὑπερπαίειν· ὑπερβαίνειν, πλεονάζειν.

1217, 22. διεφθαρμένον] Repete ex antecedentibus τίς δύναιτο ὑπομεῖναι. SCHAEF.

1217, 23. ἀτελείας—λειτουργιῶν] Nota hunc locutionis usum maxime generalem de *immunitate laborum publicorum*. SCHAEF.

1218, 5. ὅτι σὺ—] Satis abrupta conversio orationis. Similis est infra v. 16. SCHAEF.

1218, 27. ἃ δίκαια—πλεονεκτήματα τούτου] *Quae ut dicerem, non jus poscebat, sed hujus cupiditas.* SCHAEF.

1218, 28. ἐκ τῶν παρόντων] *In tali rerum statu.* V. Lobeckius ad Sophocl. Ajac. 537. SCHAEF.

1219, 23. τὸ ἐπιτριηράρχημα ἀπέδωκε i. q. τἀναλώματα τῆς ἐπιτριηραρχίας ἀπέδωκε. Recurrit phrasis p. 1223, 13. Idem sensus simplicis nominis τριηράρχημα p. 1220, 13. V. Harpocration s. h. v. SCHAEF.

1220, 8. περὶ—τούτων—τὸ αἴτιον] τούτου—τὸ αἴτιον p. 1216, 26. Rarior constructio cum praepositione περί. V. not. ad schol. Apoll. Rhod. p. 287. SCHAEF.

1220, 15. παραμενοῖ] De hoc usu optativi v. ad p. 15, 22.

1220, 28. ἐκ Μεθώνης τῆς Μακεδονίας] Distinguit eam ab Methone Thraciae. V. ad p. 11, 17.

1221, 5. ὁ ὑπηρέτης] τῷ ὑπηρέτῃ p. 1222, 18. Est qui a Latinis dicitur *apparitor*. SCHAEF.

1221, 11. ὅτι—πρᾶγμα] *Velle se mecum colloqui de negotio quod mea interesset.* Notabilis constructio διαλέγεσθαί τί τινι. SCHAEF.

1221, 16. ποῖ] ὅποι cum A. r. Reiskius, quod ὅποι magis congruere antecedenti ὅ τι videretur. Sed de usu τῶν ἀναφορικῶν et τῶν ἐρωτηματικῶν eadem in enuntiatione promiscuo v. Lobeckius ad Phrynich. p. 57. Infra v. 26. versa vice: ὅποι τε τὸν πλοῦν ποιεῖται καὶ ἐπὶ τίνα. SCHAEF.

1221, 19. ἄγειν—Καλλίστρατον ἐκ Μεθώνης εἰς Θάσον] Quum Apollodorus per menses septemdecim (v. p. 1209. 13.) trierarchus fuerit, a Metagitnione Molonis archontis Olymp. 104, 3. computandis (v. p. 1207, 11.), sequitur Callistratum Methonae esse versatum mense Maemacterione Olymp. 104, 4., ut computavit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 121. Ab hoc Callistrato derivatur proverbium Θάσος ἀγαθῶν, de quo v. Zenob. Proverb. 4, 34.

1222, 23. τὴν—τριήρη] Est accusativus qui vulgo dicitur absolutus, h. e. initio periodi ita positus, ut, cum sequi debeat verbum ex quo aptus sit, post παρένθετον aliquod mutata constructione expers regiminis pendere videatur. V. not. ad p. 1229, 16. 1253, 7. 1326, 6. SCHAEF.

1222, 27. περιάγοι] *Circumduceret* per oppida Graecae illius orae. Sed videtur potius e superioribus legendum esse παράγοι, *adduceret* e Macedonia ad se in Thasum. REISK. Non displicet παράγοι. SCHAEF.

1223, 3. ἄρχοντα] Opinor, τῶν τριήρων τῶν οἴκαδε καταπλεουσῶν. SCHAEF.

1223, 8. οἱ—στρατιῶται] αὐτερέται illi. SCHAEF.

ὅτου] γενικὴ τιμῆς σημαντική. WOLF.

1223, 16. ναῦν,] Delenda subdistinctio. Quod sequitur ἵνα referendum ad διὰ τοῦτο v. 15. SCHAEF.

1223, 17. καὶ ἐνδειξαίμην ὑμῖν τὰ ἀναλώματα] *Vobisque ostentarem sumtus a me factos.* SCHAEF.

1223, 25. *ὑποθέμενον*] *ὑποθήκην λαβόντα.* WOLF.

1223, 26. *κατακομίσαι*] *οἴκαδε κομίσαι.* SCHAEF.

1225, 2. *ἂν*] Mallem abesset. SCHAEF.

1225, 3. *ἑκταῖος—ἀφῆκεν*] *Sexto enim die, postquam domum redieram,—animam efflavit.* SCHAEF.

1225, 4. *προσείπασα*] V. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 436. SCHAEF.

1225, 8. *ἣν—ποιοῦμαι*] Quomodo, si vere dicit Phormio, te pellicem aluisse? Nisi forte prae amore uxoris id feceris, ut illi parceres. WOLF.

1225, 15. *ἐπὶ τοὺς τόκους*] *Feneratores autem poscebant usuras, postquam annus praeterierat, nisi quis* (meo nomine) *illis solveret secundum syngraphas.* SCHAEF.

1225, 27. *κρείττων*] *Animo ferre obfirmato facultatum profusionem, rei familiaris neglectum, uxoris matrisque morbum.* SCHAEF.

1226, 12. *τὸν νόμον*] Eandem legem, de qua jam p. 1224, 11. commemoraverat. REISK.

1226, 25. *τῶν παρεληλυθότων τριηράρχων—τῶν μελλόντων*] *οἱ παρεληλυθότες τριήραρχοι, qui trierarchi fuerunt: οἱ μέλλοντες, qui futuri sunt.* Oppositio rarior: nam fere opponuntur inter se *τὰ παρεληλυθότα* et *τὰ μέλλοντα.* SCHAEF.

1226, 28. *ἀπιέναι*] *Sed abeant ad naves, cum primum—.* SCHAEF.

1227, 7. *εἰ τοίνυν ἂν—ὠργίζεσθε*] V. ad p. 395, 7.

LI.

DE CORONA TRIERARCHICA.

De caussa in hac oratione tractata v. Parreidtii Proleg. ad orationem de symmoriis p. 28. "De tempore orationis nihil constat, quum oratio ipsa prorsus careat temporis indiciis. Etsi enim Libanius, qui argumentum scripsit, eum qui coronam navalem sibi vindicaverit Apollodorum esse affirmat, primum non constat quae fuerit illa trierarchia, propter quam senatus eum coronandum esse censuerit: nam in Thracica trierarchia, de qua in oratione adversus Polyclem agitur, non coronatus, sed collaudatus est et in curiam ad coenam invitatus: v. p. 1210. *καὶ ὁ δῆμος ἀκούσας ταῦτα ἐπῄνεσέ τ' ἐμὲ καὶ ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐκάλεσεν.* Deinde in oratione ipsa nullum exstat vestigium ex quo indagari possit utrum Apollodorus an Demosthenes[a] an alius quispiam hanc caussam oraverit. Fefellit scilicet Libanium vel reliquarum Apollodori orationum suo in libro vicinitas, vel illud quod ex oratione adv. Polyclem excitavimus indicium, vel nomen Cephisodoti §. 1. qui Olymp. 105, 2—3. demum Atheniensium classi adversus Cersobleptem praefuit (v. Sievers. Hist. Gr. p. 302, 2.). Quod neminem fugiet qui oratione accurate perpensa multis modis hoc in argumento conscribendo eum erravisse deprehenderit." IMM. HERRMANN. in dissert. de Dem. orat. pro Apollodoro et Phormione (Erford. 1842.) p. 20. Orationem ut spuriam notarunt Baiterus et Saupplus.

1228, 3. *Κηφισοδότου*] Recte Reiskius in Indice histor. intelligit Cephisodotum Cerameensem, de quo v. ad p. 670, 23.

τούτοις] V. ad p. 1229, 6. SCHAEF.

1228, 6. *δοῦναι*] *τὸν στέφανον.* WOLF.

1228, 8. *παρεσκεύασαν*] Subaudi *ἑαυτοῖς*. Alias praestaret in medio *παρεσκευάσαντο.* REISK.

[a] Cf. Aeschin. p. 61. (440 R.) *ἢ τὰ περὶ τὴν Κηφισοδότου στρατηγίαν, καὶ τὸν τῶν νεῶν ἔκπλουν τὸν εἰς Ἑλλήσποντον, ὅτε εἷς ὢν τῶν τριηράρχων Δημοσθένης, καὶ περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεὼς, καὶ συσσιτῶν καὶ συνθύων καὶ συσπένδων, καὶ τούτων ἀξιωθεὶς, διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι, οὐκ ὤκνησεν* etc.

1229, 2. τοῦτο—ἐκεῖνο] τοῦτο, τὸ ἐπιδεικνύναι αὐτοὺς ἀξίους τοῦ στεφάνου. ἐκεῖνο, τὸ ἐμὲ κακῶς λέγειν. Redit igitur contra morem consuetum τοῦτο ad remotius, ἐκεῖνο ad propius. V. p. 1233, 17. REISK. Plutarchus V. Alex. M. c. 8. Ἀριστοτέλη δὲ θαυμάζων ἐν ἀρχῇ καὶ ἀγαπῶν οὐχ ἧττον—τοῦ πατρὸς, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν, κ. τ. λ. Reiskius ad h. l.: "ἐκεῖνον redit ad posterius, patrem, τοῦτον ad prius, Aristotelem." Recte Reiskius: modo memineris proximitatem hanc esse mere syntacticam. Nam si talia expendas trutina logica, οὗτος ubique est propioris subjecti, ἐκεῖνος remotioris: neque aliter per pronominum naturam fieri potest. SCHAEF.

1229, 6. ἑκατέροις] Tanquam de duobus loquitur. Scilicet altera pars est qui orat Apollodorus: altera adversarii aemulique ejus, syntrierarchi alîus triremis. SCHAEF.

1229, 7. χῶμα] Cum articulo p. 1208, 5.: item Libanius p. 1228, 1. Sed articulo haec vox, cum instar sit nominis proprii, facile caret. SCHAEF.

1229, 8. περιορμίσῃ] παρορμίσῃ maluit Reiskius, opinor, quia legerat p. 1208, 3. παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα. Sed περιορμίζειν videtur proprium hac de re verbum fuisse. SCHAEF.

δῆσαι] V. p. 262, 18. et Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 2. p. 81. SCHAEF.

1229, 11. οὐδὲ] *Ne de tabulato quidem, ubi fabricata est, detraxerunt, nedum ut ad stationem in portu condictam adduxerint.* REISK.

δεσμῷ] Alii libri δεσμῶν vel δεσμοῦ. Recte legitur δεσμῷ, quod ipsum latet in illo δεσμῶν. Anecd. Bekk. p. 139. extr. Ἔνοχος: δοτικῇ. Scilicet ἔνοχος jungitur genitivo criminis, dativo poenae aut rei poenam injungentis. Lysias p. 521. ed. Reisk. ὅλῳ τῷ νόμῳ—ἔνοχον εἶναι. Demosthenes p. 404, 5. ταῖς ἀραῖς ἔνοχος. SCHAEF.

1229, 16. ἀνήλωσα] Subaudi εἰς ταῦτα τὰ σκεύη. REISK. Immo mutata est constructio. Periodus enim sic orditur, ut post interserta ὅσα—τοῖς τριηράρχοις exspectes tale quid secuturum esse: ἐγὼ μὲν οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλώσας παρεσκεύασα. V. ad p. 1222, 23. 1253, 7. 1326, 6. SCHAEF.

1229, 25. περὶ τοῦ πλείονος ἀντιλέγοντες] φάσκοντες, ὅτι πλέον ἀργυρίου ἀνήλωσαν. WOLF. Idem vertit: *qui de impensarum magnitudine contendunt.* Sensus: *omnem detrectantes conditionem, quod plus poscitur quam pendere volunt.* SCHAEF.

1230, 5. σκεψάμενοι—βουλόμενον] *Cum enim circumspectassent qui minimo susciperet pro ipsis munus trierarchicum.* V. not. ad p. 1216, 18. SCHAEF.

1230, 11. καλῶς] Post h. v. videtur ἐμοὶ aut ὑπ' ἐμοῦ deesse. *quae autem ego vobis decenter praeclareque inservii atque ministravi, eorum gratiam postulare sibi a vobis haberi.* REISK. Fallitur. Duas coronas populus proposuerat, alteram τοῦ τάχους τῆς περιορμίσεως, alteram τοῦ κάλλους τῆς παρασκευῆς (διακονίας). Priorem acceperat Apollodorus neminem nactus aemulum (v.

p. 1229, 10.): de posteriori nunc lis est. Itaque *τῶν καλῶς δεδιηκονημένων* generatim intelligendum. SCHAEF.

1230, 15. *Ἀλέξανδρον*] Pheraeum.

τῇ ναυμαχίᾳ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνικήθητε] De hoc proelio v. Diodor. 15, 95. et Polyaen. 6, 2.

1230, 18. *παρεδώκατε εἰς τὸ δικαστήριον*] Dionys. Halic. vol. 5. p. 665. ubi orationem *πρὸς Μελήσανδρον ὑπὲρ τῆς τριηραρχίας* memorat male tributam Dinarcho, *ἀλλ' ὁ μὲν λέγων ὡς ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος* (Olymp. 104, 3.) *γεγενημένου τοῦ ἀδικήματος ποιεῖται τὸν λόγον· φησὶ δὲ τῷ ὑστέρῳ ἔτει εἰσιέναι τὸν ἀγῶνα ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος* (Olymp. 104, 4.), *καθ' ὃν εὑρίσκεται γεγενημένος ὁ Δείναρχος.* Quem locum comparavit Clinton. Fast. Hell. ad Olymp. 104, 3. V. ad p. 1208, 8.

δικαστήριον] *δεσμωτήριον* codicis Aug. exemplum posterius et margo Lutetianae. Vere, opinor. Cum enim *οἱ παραδόντες* fuerint iidem *οἱ δικασταὶ* (v. v. 21.), recte dicuntur *παραδοῦναι εἰς τὸ δεσμωτήριον*: non item *παραδοῦναι εἰς τὸ δικαστήριον.* Adde quod orator, si dedisset vulgatam, sic videtur scripturus fuisse: *παραδόντες εἰς τὸ δικαστήριον κατεχειροτονήσατε*—. SCHAEF.

1230, 20.—1232, 24. *Ἀριστοφῶν*] Est Aristophon Azeniensis, de quo dictum ad p. 434, 21.

1230, 22. *ἂν οὐδὲν* error typothetae pro *οὐδὲν ἄν. ἂν* autem om. S. r. et recte quidem. V. ad p. 663, 17. Habet particulum Augustani codicis exemplar utrumque.

1230, 25. *φρίττουσιν—ὑπὲρ ὧν—*] Notanda constructio verbi *φρίττειν.* Genitivo jungi in Aeschyleo loco (S. c. Th. 492.) cum opinaretur Wunderlichius Observat. Crit. p. 121., multum erravit: nam *δινήσαντος* non regitur a verbo *ἔφριξα*, sed est genitivus quem absolutum dicunt significatque, non *τὸ ὅτι*, sed *τὸ ὅτε.* SCHAEF.

1231, 7. *καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπιτιμήσῃ κ. τ. λ.*] Poterat enim insolens, acerbum et arrogans videri hominem privatum, qui coronam a populo peteret, cum vehementia orationis ludimagistrum decente populum in ipsum invehi ejusque mores reprehendere. REISK.

1231, 11. *ἔχει*] Scilicet *πρόδοσιν*, manupretium militi, cum conscribitur, in manus datum, quo non modo fiat alacrior partiumque suarum studiosior, sed etiam necessaria quaedam ad cultum victumque et ad commoditates militiae sibi comparet. REISK.

1231, 12. *οὗτοι*] Adversarii Apollodori, dum trierarchorum munere funguntur. Licitum enim hoc trierarchis fuit. SCHAEF.

1231, 13. *εἰς ἐπίπλουν*] Malim *εἰς ἔκπλουν, ad enavigandum a portu.* REISK. Repetitur conjectura in Ind. Graecitat. F. *ἐπὶ πλοῦν*: ut *εἰς* ortum sit e duabus litteris antecedentibus. SCHAEF.

1231, 22. *τὸ τρίτον—τοῦ σώματος*] *τὸ καθάπαξ ἠτιμῶσθαι* in Midiana p. 542, 23, et alibi habuimus: ut videantur et Athenienses diminutionem capitis habuisse magnam, majorem et maximam, ut nostri jurisconsulti. WOLF. V. Petitus LL.

AA. p. 469. Tertia pars corporis infamia notabatur tum, cum lingua, h. e. facultas in foro et in concione dicendi, interdicebatur. REISK. Meierus de Bon. Damnat. p. 130.: "Legendum videtur: *ἐὰν ἁλῷ τὸ τρίτον, μέρος* (sc. *τὶ*) *ἀτιμοῦσθαι τοῦ σώματος*, i. e. *si quis quid contra leges rogasset et tertio jam hujus criminis convictus esset, aliquo modo infamem esse*." Hoc si orator voluisset, sic erat scripturus: *ἐὰν τρὶς ἁλῷ, ἠτιμῶσθαι*. Adde quod et membrorum oppositio talis est, ut simpliciter *ἁλούς*, non *τρὶς ἁλούς*, dici debeat, nec legem, quod sciam, novimus, quae *τὸν εἰπόντα τι μὴ κατὰ τοὺς νόμους* tum demum, *ὅταν τρὶς ἁλῷ*, infamia notari jusserit. SCHAEF.

1231, 23. *πεποιηκότας*] Quadrat ad solum *ἔργον*, non item ad *λόγον*, ad quod subaudiendum *εἰπόντας*. SCHAEF.

1231, 27. *ἐπειδήπερ—παρῆλθον*] Post *ἐπειδήπερ* addit exemplum posterius August. primi *εἰς τούτους τοὺς λόγους*. *quandoquidem in hanc disputationem incidi*. REISK. Hoc recte recepit Reiskius: nam *ἐπειδήπερ παρῆλθον* non videtur aliud significare quam *quandoquidem ad vos prodii*. SCHAEF.

1232, 5. *σύλας*] Citat h. l. Harpocration h. v. literas commentitias ab ipsis subjectas, quibus illi muniti tanquam a rep. sibi additis piraticam, in quoscunque volunt, exercent. *falsche Freybriefe*. vel potius: propterea quod hi facinoribus suis efficiunt, ut ubique locorum in Athenienses exerceantur *ἀνδροληψίαι* et *σῦλαι*. *Arreste auf Menschen und Waaren*. REISK. Posterior interpretatio sola probanda. *κατασκευάζειν ἀνδροληψίας καὶ σύλας*, *esse in caussa cur alii faciant ἀ. κ. σ.*—Ex Harpocrationis l. c. corrige Etymolog. M. p. 734. in. et Photium. SCHAEF.

1232, 22. *τῶν συνειρηκότων*] Subaudi *τοῖς ἡμετέροις ἀνταγωνισταῖς*. V. p. 1228, 3. REISK.

1232, 24. *Ἀριστοφῶντος*] V. ad p. 1230, 20.

1232, 25. *ποτὲ*] Correxi *τότε* ex Augustani exemplo priore, *nuper in caussa simili*. V. v. 28. REISK. Praestat *ποτέ*. Narratio enim illa de Aristophonte (p. 1230, 20.) ab hoc loco remotior est quam ut *τότε* apte dici possit. Sed v. 28. recte sequitur *τότ'*, ut quod referatur ad hoc ipsum *ποτέ*. SCHAEF.

1232, 27. *δυοῖν θάτερον*] Vellem codex poneret post *αὐτούς*. SCHAEF.

1232, 28. *συκοφαντοῦντες—συνηγοροῦντες*] Malis *συκοφαντοῦντας—συνηγοροῦντας*. Sed haud deterior est vulgata: videturque orator praetulisse nominativum, ne concursus duorum accusativorum, *ἐκείνους* et *συκοφαντοῦντας*, sensum obscuraret. Simili variatione constructionis dicitur et *σύνοιδα ἐμαυτῷ δρῶν* et *σύνοιδα ἐμαυτῷ δρῶντι*. V. Valckenarii Phalaridea p. 11. SCHAEF.

1232, 29. *ὥσπερ—προσῆκον*] Verte: *quasi de dono nec de victoriae praemio agatur, aut eos per tales caussarum patronos socordibus gratiam faciatis nec per meliores deceat obsecundantibus quae oportet gratificari*. SCHAEF.

1233, 10. *οἰκείους εἶναι*] Pertinere nautas ad eam navem, ejus esse, non alius, vel in ea mansisse, non illinc discessisse. REISK.

1233, 15. *τοῦτο*] *τοῦ τοῦτο* F. Non opus articulum praeponi. V. Heindorfius ad Platonis Theaetet. p. 364. SCHAEF.

1230, 17. *τοῦθ'—ἐκεῖν'*] Rursus *τοῦτο* redit ad remotius, *ἐκεῖνο* ad propius, ut p. 1229, 2. neque enim *istud* unquam a me impetrabo, ut fieri patiar quod illi postulant, [ut scilicet mecum in coronae communionem veniant,] neque *hoc* feci, ut scilicet meum trierarchatum alii elocaverim. REISK.

1233, 20. *ἢ προῖκ'—πράττων*] S. *σπουδάσειε*. WOLF. Bene Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *προῖκα*: *contendunt hac in re acrius quam vestrum quisquam facturus sit, gratuito qui faciat.* SCHAEF.

ὥσπερ οὐκ—ἀποφήνασθαι] Sensus: *contendunt autem acrius,—ut qui digna mercede, qua conducti sunt, facere sui officii esse arbitrentur nec satis habeant, prout decet, sententiam suam edere.* SCHAEF.

1233, 23. *ἱερωσύνην—ἔχοντες*] Quasi partes has in concione dicendi et auctores sententiae populo se ferendi velut aliquod sacerdotium tenerent jure hereditario. REISK. Videlicet ut Ἐτεοβουτάδαι, Εὐμολπίδαι, Κήρυκες. SCHAEF.

1233, 25. *δεινὰ πάσχουσι*] *ἀγανακτοῦσιν ἀδικεῖσθαι προσποιούμενοι*. WOLF. Id est *δεινοπαθοῦσι*, vociferantur, miserantur, lamentantur, velut insignem et enormem passi injuriam. REISK.

1234, 8. *παρὰ γὰρ τῶν λεγόντων—*] Locum hunc communem jam supra paene iisdem verbis tractavit. REISK.

1234, 18. *μὴ ποιεῖν—πλεονεξίᾳ*] *Ne committatis ut in oratorum cupiditate sita sit laus civium ad sumtus pro republica faciendos paratorum:* quemadmodum hi nunc volunt penes se esse *τὴν ἐμὴν φιλοτιμίαν*, h. e. coronam trierarchicam. SCHAEF.

LII.

ADVERSUS CALLIPPUM.

ORATIO adversus Callippum omnium quas Demosthenes Apollodoro composuit tempore prima et ad Olymp. 104. 1.[a] referenda esse putatur. Quippe Lyco Heracleota in Africam abiturus (ante Olymp. 101, 1.) Pasioni nummos reliquerat, Cephisiadae, socio suo, reddendos. Mortuo Lycone, quum pecunia Cephisiadae soluta esset, Callippus Lamptrensis, vir auctoritate potens et eloquentia (p. 1235 extr. 1241.), sibi, utpote amico illius et Heracleotarum procuratori, donatam esse pecuniam asserens a Pasione postulat et quarto fere post Lyconis mortem anno (p. 1238. 1239.) dati damni actione instituta rem arbitro Lysithidi permittit. Is quum, donec Pasio vixit, nihil pronuntiavisset, eo mortuo Callippus Apollodorum eadem de re in jus vocat rursusque res eidem arbitro permissa est, et quamquam Apollodorus ad magistratum de arbitro refert, ut ex praescripto legum juratus pronuntiet, tamen Lysithides injuratus arbitratur atque reum damnat. Qua re Apollodorus anno insequente ab arbitro ad judicium appellat.—Quodsi igitur haec caussa Apollodoro ex patris debito est conflata, non ante Olymp. 104, 1. orari potuit: nam quum in eo omnes consentiant, hanc orationem proprias confessasque Demosthenis virtutes referre, ei demum anno attribuenda videtur, quo bona paterna a tutoribus repetens primam litem oravit, vel si eo anno per caussas adversus Aphobum, Onetorem, Thrasylochum atque Midiam ceterosque illius cohortis homines agendas alienis rebus operam navare non licuerit, Olymp. 104, 2 vel 3 anno. At hoc anno quum Apollodorus in Thraciam sit profectus ibique moratus usque ad Posideonem exeuntem Olymp. 104, 4., id est ad finem Decembris mensis 361, litem Callippeam prius orare non potuit quam exeunte fere Olymp. 105, 1. anno, quia anno demum post actionem a Callippo institutam oratio est habita: p. 1244. οὐ γὰρ οὕτω μοι δοκεῖ δύνασθαι, ὥστ' εὐκαταφρόνητος εἶναι, ὃς οὕτως ἐρρωμένος ἐστὶν ὥστε

[a Ante Olymp. 104, 4. habitam esse intellexerat Clintonus Fast. Hell. vol. 2. p. 360. Cf. Proleg. ad orat. XLIX. G. DINDORF.]

πέρυσί μοι λαχὼν τὴν δίκην ταυτηνὶ καὶ προκαλεσάμενος τῷ Λυσιθείδῃ ἐπιτρέψαι, ἐγὼ μὲν καίπερ καταπεφρονημένος ὑπ' αὐτοῦ τοῦτό γε ὀρθῶς ἐβουλευσάμην· κ. τ. ἑ. Jam vero quum hic sit terminus ultra quem transgredi non liceat, videamus nunc de altero, post quem oratio habita esse nequeat. Qui aliquantum certius quam prior ille ex ea potest cognosci. Nam quum Phormio testificetur pro Apollodoro p. 1241. rationem semet ipsum cum Lycone subduxisse et in mandatis accepisse ut Cephisiadae pecuniam redderet, manifestum est concordiam eorum nondum fuisse turbatam, quod factum est Olymp. 107, 2. Sed ulterius etiam removendus videtur hic terminus. Quae enim leguntur p. 1240. *ἐπιτρέψαντος δὲ τοῦ πατρὸς, ὃν μὲν χρόνον ἔζη ὁ πατὴρ, ὅμως, καίπερ οἰκείως ἔχων τούτοις, ὁ Λυσιθείδης οὐκ ἐτόλμα οὐδὲν εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνειν.* et p. 1245. *τούτῳ δὲ ἐπιδείκνυμι ὅτι ἐξὸν, εἴπερ τι αὐτῷ προσῆκε τοῦ ἀργυρίου, ἐπὶ τὸν Κηφισιάδην βαδίζειν καὶ ταῦτα μηδὲν ἧττον τὰ πιστὰ παρ' ἡμῶν λαβόντα, οὐκ ἔρχεται, εἰδὼς ὅτι οὐκ ἔστι παρ' ἡμῖν τὸ ἀργύριον*, ea congruunt bonorum communitati, quae erat Apollodoro cum fratre, donec Pasicle sui juris facto mensam quoque et scutorum officinam dividunt. Quod quum evenerit Olymp. 106, 1—2., circumscriptum est tempus hisce fere terminis: Olymp. 105, 1. et Olymp. 106, 2. IMM. HERRMANN. in comment. de Dem. orationibus pro Apollodoro et Phormione (Erford. 1842.) p. 15—17.

ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΠΠΟΝ] Videtur hic Callippus idem esse Callippus Paeaniensis orator, cujus meminit [scriptor orationis de Halonneso] p. 87, 10., a quo se victum fatetur in caussa *παρανόμων*. Actor rursus est idem Apollodorus. REISK. De Callippo conf. quae in initio annotationum ad orat. XLIX. dicta sunt: quem quod eundem esse conjicit Reiskius cum Callippo Paeaniensi, de quo diximus ad p. 87, 10., aliud agenti excidit. Nam Callippus, contra quem scripta haec oratio est, fuit *δημότης* Archebiadis: v. p. 1243, 21. Archebiadem autem Lamptrensem fuisse constat ex p. 1236, 15. 1237, 25.

1235, 1. *ἄνθρωπος*] Significatur Callippus. REISK. Accuratius sic: Generatim loquitur Apollodorus cogitans de Callippo. SCHAEF.

1236, 12. *οὗτος ὃν καὶ αὐτός*] Transposui meo periculo primum vocabulum sic: *ὃν καὶ οὗτος αὐτός.* Non tamen video, quae vis insit in eo, ut Callippus eodem de Lycone agat, de quo actor. REISK. F. *ὃν καὶ οὗτος.* ut *αὐτὸς* accesserit e *διττογραφίᾳ.* SCHAEF.

1236, 13. *οἱ*] Fortasse delendum ut natum e litera prima vocabuli sequentis. Vix enim credas Pasionem cum omnibus mercatoribus negotiatum esse. SCHAEF.

1236, 23. *ἐφ' ἑτέρᾳ—ἐμπορίᾳ*] "In negotiatione nescio qua" Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *ἕτερος.* De quo interpretatione v. not. ad p. 908, 21. Verte: *alius caussa negotiationis.* Opponitur Lyconis socii negotiatio Libyca. SCHAEF.

1236, 28. *ἰδιώτης* h. l. qui non est mensarius. Sic apud nos

Germanos mercatori, e. c. librario, opponitur *der Particulier*. SCHAEF.

1237, 8. *ἐκπλέοντα αὐτὸν*] Anacoluthon. Recta oratio postulabat *ἐκπλέοντος αὐτοῦ*. REISK. Ab accusativo coeperat orator, tanquam si post scripturus esset *τά τε χρήματα ἀφαιρεθῆναι*. Quales structurae verborum mutationes tot anacolutha pepererunt. SCHAEF.

1237, 15. *τουτουῒ*] Erat enim Phormio praesto Apollodoro in judicio. REISK.

ἆρα καὶ ἐχρῆτο ὑμῖν;—] Distinguo personas sic: Phormio respondet Callippo se caeterosque mensae socios Lyconem bene nosse. Interrogat ad haec Callippus: *Ἆρα καὶ ἐχρῆτο ὑμῖν;* An mensa vestra utebatur Lyco? h. e. an pecunias suas per vos exercebat? *ἔφη*, aiebat, h. e. affirmabat, Phormio. Sed, addebat idem, cur tu, Callippe, hoc interrogas? Quare ego interrogem? inquit Callippus. Si scire vis, tibi dicam. REISK.

1237, 21. *εὐθέως παραχρῆμα*] Solent haec duo saepissime inter se conjungi, cum summa celeritas indicanda est. *statim in illo ipso negotio*, h. e. inter illam ipsam sermocinationem. REISK. V. ad p. 849, 5. 1178, 13. SCHAEF.

1237, 24. *τετταράκοντα*] Subauditur *ἔθηκεν*. V. p. 1236. extr. SCHAEF.

1238. 12. *ἐπιγεγραμμένον*] Malim *γεγραμμένον* simplex. REISK. Compositum facile tuearis. Est i. q. *παραγεγραμμένον*. V. p. 1237, 1. *cui adscriptum esset ut traderetur*—. Sed p. 1241, 17. simplex legitur. Add. p. 1243, 2. SCHAEF.

1238, 23. *ἐμὲ*] *ἄνδρα μέγα δυνάμενον*. SCHAEF.

1238, 28. *τὰ χρήματα δέδωκεν, ἃ κατήχθη*] Sed si *λῃστρίδες ναῦς* fuerunt, cur Argos redierunt? cur pecuniam non eripuerunt? An a republica missae fuerunt contra alios et miser hic Lycon obiter periit? WOLF. Videntur Argivae naves fuisse, cumque Lyco Argos vulneratus venisset, ne praedones tenerent praedam, moriens proxeno Heracleotarum Argivo sua donavisse. SCHAEF.

1239, 1. *οἷος—εἰμὶ—ἀξιοῦν λαμβάνειν*] *ἀντὶ τοῦ λαμβάνειν ἀξιῶ, ἤ, νομίζω δίκαιος εἶναι λαμβάνειν*. WOLF. *Jam ego quoque talis sum, qui petere possim quae Lyco hîc reliquit*. SCHAEF.

1239, 3. *εἰ ἄρα*] Statim sequitur *ἂν ἄρα* iterumque *εἰ δ' ἄρα*. SCHAEF.

1239. 7. *πράξενον ὄντα ἀφαιρεθῆναι*] Videtur horum verborum haec sententia esse: Si quid Cephisiades mihi velit eripere, sciat me proxenum esse Heracleotarum, cui difficile sit aliquid vi extorqueri. REISK.

1239. 10. *εἰ μή*] Scilicet *βουλοίμην σοι χαρίζεσθαι*. REISK.

1239, 12. *τὸν Ἀριστόνουν*] Supra *Φρασίαν* dixit. WOLF. Verum Aristonous quoque fuit appellatus. REISK. V. p. 1236, 15. SCHAEF.

1239. 17. *οὗτος—ἐκεῖνος*] *οὗτος* est Callippus. *ἐκεῖνος* est Pasio, pater actoris. REISK.

1239, 27. ἐπειδὴ τὸ πρῶτον—referendum ad διαλιπών: ἐπειδὴ ᾔσθετο—ad λαγχάνει. SCHAEF.

1239, 29. τὸν ὀφθαλμὸν αὐτὸν προδιδόντα] Quum oculi eum destituerent, hebetata eorum acie.

1240, 4. παρ' αὐτῷ] Apud eum, Pasionem. REISK.

ἄνευ αὐτοῦ] Sine se, Callippo. REISK.

1240, 5. λαχὼν δὲ παρὰ μὲν τοῦ διαιτητοῦ—] Sententia est: Cum Callippus jam exhibuisset arbitro libellum accusationis contra patrem actoris, Pasionem, poenituisse ipsum, Callippum, facti ideoque repetiisse illum libellum ab arbitro et totam litem sustulisse, contra conditionem Pasioni proposuisse, si vellet, ut negotium amico communi permitteretur. REISK.

1240, 7. Λυσιθείδῃ] V. ad p. 565, 13.

1240, 10. ὅμως, καίπερ] Praestat haec continuari: ὅμως καίπερ, *tametsi*. Compares Sophocleum ἔμπα κεὶ Ajac. 563., quod non rectius divellitur. SCHAEF.

1240, 18. θέλοντος] Libri θέλων. Correxi θέλοντος cum Wolfio, ut sit sententia: sperant se vobis persuasuros ut credatis Lysithidem non fuisse commissurum, ut damnaret patrem, cum (vel si) pater nollet ipse sibi judex fieri, h. e. ultro desistere ab injusta lite et satis Callippo facere. REISK. Sensum loci Reiskius bene vidit. δικαστὴν γίγνεσθαι ἑαυτῷ est i. q. δικάζειν ἑαυτῷ, quae phrasis alibi legitur. Sic p. 1051, 23. οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβάλλειν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ ἐδίκασεν, ὅτι—. SCHAEF.

1240, 22. ἐξούλης] Propter detentam et denegatam Callippo pecuniam, quae ipsi judicio arbitri esset adjudicata. REISK.

1240, 23. ἀλλ' οὐκ ἀργυρίου] Non autem aeris debiti, de quo nondum cognovit arbiter aut judex, debeaturne nec ne. REISK.

1240, 27. Addidi οὐ. *Quod itaque Callippus nunc, patre vivis exemto, in dedecus ejus mentiatur, a se delatum ipsi jusjurandum fuisse, quod non fuit.* REISK.

1241, 3. ὅτι δὲ ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς—] V. p. 1239, 21. SCHAEF.

1241, 8. Φορμίων] Redit hic nominativus, Φορμίων, ad id, quod e superioribus tacite repetendum est: καὶ ὅτι Φορμίων ἠθέλησε τούτῳ πίστιν δοῦναι. *item quod Phormio sese obtulerit ad jusjurandum in hanc formulam*, ἦ μὴν—. REISK.

1241, 10. αὐτῷ—αὐτῷ] Utrumque αὐτῷ (v. 10. et 11.) redit ad Phormionem. REISK.

1241, 11. τὸν δὲ Κηφισιάδην—τὸν Ἀρχεβιάδην] ὁ δείξας est Archebiades: ὁ δειχθεὶς Cephisiades. SCHAEF.

1241, 18. ἀπειπόντ' αὐτὸν] F. ἀπειπόνθ' αὐτῷ. SCHAEF.

1241, 20. ἀμφοτέρας] Tam eorum, qui mihi, actori, testantur, quam Phormionis. REISK.

τὸν νόμον] Significat legem illam, quae v. 5. fuit commemorata. REISK.

1241, 23. εἶναι] S. τεκμήριον. WOLF. προὔργου subaudit Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. εἶναι. Sed nihil subaudiendum. τοῦτό ἐστί μοί τι πρὸς—, *hoc me juvat adversus*—. SCHAEF.

1241, 27. *μεταδόξαν—κινδυνεύειν*] Si *τοὺς δανεισαμένους* subintelligas, verte: *cum mutata sententia non committendum esse putasset ut illi cum periculo illuc navigarent.* Sed durum hoc est et parum consentaneum. Quare legere malim *μεταδόξαν αὐτοῖς.* WOLF. *αὐτῷ* de Megaclide intelligam. SCHAEF.

1242, 3. *περὶ τοσαῦτα χρήματα*] *περὶ ταῦτα τὰ χρήματα* mavult Wolfius. Frustra. Vis argumenti in hoc ipso est, quod Lyco in negotio tanti momenti opera Callippi uti noluerit. SCHAEF.

1242, 20. *οἰκείως*] Subaudi *αὐτῷ* vel *πρὸς αὐτόν*. REISK.

1243, 5. *καὶ μέτοικος*] *καὶ* si quis deletum malit, facile assentiar. SCHAEF.

1243, 13. *δωρεὰς τῇ πόλει*] Plato Apolog. Socrat. c. 18. *μὴ ἐξαμάρτητε περὶ τὴν τοῦ θεοῦ δόσιν ὑμῖν.* Idem Euthyphr. c. 17. *Ἐπιστήμη—δόσεως θεοῖς.* Ibid. c. 18. *τὰ παρ' ἡμῶν δῶρα τοῖς θεοῖς.* SCHAEF.

1243, 16. *ἀπαλείφοντος*] Usurpantur *ἀπαλείφειν* et *ἀπαρύτειν* (scilicet *ἀπὸ χρημάτων τινῶν*) de lucellis furtivis, cum de magno acervo clam parum quid avertunt veluti detergentes aut deradentes, aut ut si quis jusculum carnis adipe aut lac cremore denudet. REISK. Cum et hîc et infra v. 29. de mensario usurpetur, de tabulis trapeziticis, in quibus quid per fraudem expungitur, quam de acervo aut carnis jusculo aut lacte cogitare malim. SCHAEF.

1243, 18. *ὠφλήκει*] Scilicet *δίκην.* non debuisset statim mulctam Callippo? non condemnatus statim fuisset ab judicibus mulctae Callippo luendae? REISK.

1244, 10. *ὃς οὕτως ἐρρωμένος ἐστὶν ὥστε—*] Sarcasmus. Sensus: qui adeo potens est ut ipsas leges flocci aestimet. SCHAEF. Jungenda *ὥστε—ἔπεισεν.* Huic notioni, quae primaria est, orator, rupto *τοῦ ἑξῆς* filo, interseruit secundariam *ἐγὼ—ἐβουλευσάμην* pro more Graecorum, quos satis notum est primarias secundariasque sic nectere, ut hae cum particula *μὲν* antecedant, illae cum particula *δὲ* sequantur. V. not. ad p. 667, 13. et 709, 28. SCHAEF.

1244, 15. *ἀπήνεγκα πρὸς τὴν ἀρχήν*] V. Ind. Graecitat. s. v. *ἀποφέρειν* et Hudtwalckerus de Diaetet. p. 182. SCHAEF.

1244, 17. *κατὰ τοὺς νόμους ὀμόσαντα διαιτᾶν*] Conf. de hoc jurejurando p. 913, 26. 1032, 18.

αὐτῷ] Callippo.

1244, 24. *ἴδιον*] Subaudi *συμφέρον.* REISK.

1245, 1. *δέομαι*] Illud *δέομαι* hoc versu demum v. 10. repetitur post multa interjecta et oratio interpellata restauratur atque absolvitur. REISK.

αὐτός τε—τοῦ πατρὸς] Poterat brevius sic scribi: *ὑπέρ τε ἐμαυτοῦ καὶ τοῦ πατρός.* SCHAEF.

1245, 4. *καὶ πίστεις*] *καὶ* delet Spengel. ad Anaxim. Rhet. p. 153. conjectura non improbabili.

1245, 5. *ὧν*] Satis remotum a genitivo *πάντων*, cui attractio jungit. SCHAEF.

1245. 7. μηδὲν—λαβόντα] *Cum nos nihilominus ei fidem firmaremus.* WOLF. λαβόντα redit ad Cephisiadem. *et qui a nobis abstulerit certa documenta hujus rei fidem facientia.* μηδὲν ἧττον hoc sibi vult: Quanquam pecuniam a nobis abstulit, tamen nihilominus ei fidem literis consignatam et testibus confirmatam ipsi dedimus, ipsi legatam eam fuisse a Lycone pecuniam et nos hoc contra litigatorem quemcunque testari paratos esse. REISK.

LIII.

ADVERSUS NICOSTRATUM.

Actor est rursus Apollodorus, Pasionis filius. REISK. Harpocration s. v. *Ἀπογραφή, ἐν τῷ Δημοσθένους πρὸς Νικόστρατον περὶ τῶν Ἀρεθουσίου ἀνδραπόδων, εἰ γνήσιος.*—. qui quattuor aliis in locis eam citat sine nota illa (s. v. *ἐμβεβλημένα, Παμβωτάδης, περίστοιχοι, ῥοδωνιά.*) Pro spuria habet Boeckhius Oecon. Athen. vol. 1. p. 379. 403. vol. 2. p. 417. Genuina est Plutarcho Moral. p. 351 A. ubi Demosthenem oratorem cum cognomine suo, qui dux fuit exercitus Atheniensium, comparat. *ἀλλὰ δὴ—τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῦ ἔργοις παραβάλλειν τὸν κατὰ Κόνωνος αἰκίας τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου, πρὸς Ἀρεθούσιον* (libri *Ἀμαθούσιον*) *περὶ ἀνδραπόδων τοῖς ἐξανδραποδισθεῖσιν ὑπ' ἐκείνου Σπαρτιάταις·* ubi *πρὸς Ἀρεθούσιον περὶ ἀ.* negligenter dictum pro *πρὸς Νικόστρατον περὶ τῶν Ἀρεθουσίου ἀνδραπόδων·* quod fugit editores, non fugit Taylorum ap. Reisk. vol. 8. p. 733. Orationem non multo post Olymp. 107, 1. habitam esse conjecit Droysenius. V. ad p. 1247, 26. Post Olymp. 108, 1. posuit Imman. Herrmann. in dissert. de Dem. orationibus pro Apollodoro et Phormione (Erford. 1842.) p. 20. 21. "Adversus Nicostratum Apollodorus caussam publicam instituit: Arethusii, cujus bona publicata erant, servos, qui rei publicae essent, ab ejus fratre Nicostrato praeter jus et fas detineri. Quia vero caussa maxime odiosa est, orator commemorat quanta perpessus sit ab Arethusio, ut non per malignitatem, sed propter ultionem injuriarum haec agere videatur. Quare multa enarrat, quibus in tempore orationis, cujus nullus dum terminus est statutus, indagando utamur. Refert igitur Nicostrato, vicino et aequali suo, se adolescentem (p. 1250.) post patris mortem pecuniam partim dono dedisse, partim commodavisse, accepta autem pecunia Nicostratum statim, ut ea se fraudaret, sibi insidiatum esse. Ac primo quidem eum cum adversariis se conjunxisse iisque rationes suas prodidisse (p. 1251.), deinde actionem instituisse, ut si caussas, quarum judicia ipse fuisset adeptus, agere instituerent contra domesticos, se deferrent et in carcerem conjicerent (ibid.), et Arethusium indignis injuriis se vexavisse (p. 1251—1252.). Tandem se hominem falsae citationis reum

peregisse et effecisse ut, quum capitis damnaturi essent judices, pecuniariam muletam infligerent et sponsione facta eum dimitterent. Qua nondum soluta Arethusium aerarium esse factum ejusque servos, quos Nicostratus ut suos sibi vindicaret, publicos esse.—Eum autem, qui se viginti septem annos natum adolescentem (νέος ὢν) nuncupet, aetate esse provectiorem sponte apparet, et ex p. 1249. διὰ τὸ διαφόρως ἔχειν τῷ Φορμίωνι καὶ ἀποστερεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ἥν μοι ὁ πατὴρ κατέλιπε. intelligitur Apollodorum, quum hanc caussam oraret, simultates cum Phormione exercuisse, immo litem Phormioni intendisse: p. 1251. ἐπιβουλεύει μοι μετὰ τῶν ἀντιδίκων καὶ πίστιν αὐτοῖς δίδωσιν· ἔπειτ᾽ ἀγώνων μοι συνεστηκότων πρὸς αὐτοὺς τούς τε λόγους ἐκφέρει μου εἰδὼς κ.τ.ἑ.—καὶ παρεσκευάζοντο, εἰ ἀνακρινοίμην κατὰ τῶν οἰκείων τῶν ἀδικούντων με τὰς δίκας ἃς εἰλήχειν αὐτοῖς, ἐνδεικνύναι με καὶ ἐμβάλλειν εἰς τὸ δεσμωτήριον. Quodsi autem caussa Phormionia orata est Olymp. 107, 3., biennium certe adjiciendum videtur, quo caussae ab Arethusio adversus Apollodorum p. 1251. et ab Apollodoro in Arethusium p. 1252. sint actae. Unde probabile fit habitam esse orationem post Olymp. 108, 1."

In argumentum Libanii.

1245, 2. γὰρ] Legendum οὖν. Debitum enim talenti sequela, non caussa, erat judicii, quo damnatus est Arethusius accusatore Apollodoro, id quod docet orator ipse p. 1252. ἐξελέγξας αὐτὸν τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἴρηκα, ἠδικηκότα εἷλον. καὶ ἐν τῇ τιμήσει βουλομένων τῶν δικαστῶν θανάτου τιμῆσαι αὐτῷ, ἐδεήθην ἐγὼ τῶν δικαστῶν, μηδὲν δι᾽ ἐμὲ τοιοῦτον πρᾶξαι, ἀλλὰ συγχωρῆσαι, ὅσονπερ αὐτοὶ ἐτιμῶντο, ταλάντου. SEAGER. Diar. Classic. 60. p. 273. Malim δέ. SCHAEF. Hoc recepi.

1245, 3. εἰς τὰ δημόσια—τῆς οὐσίας] δημευθείσης αὐτοῦ τῆς οὐσίας. WOLF.

1245, 6. ὡς ὄντας Ἀρεθουσίου. ὁ δὲ Νικόστρατος μεταποιεῖται ὡς ἰδίων] Vulg. ὡς οὐκ ὄντας Ἀρεθουσίου, μεταποιεῖται ὡς ἰδίων. οὐκ deletum vult Wolfius. Post margo Lutet. dat καὶ μεταποιεῖται. μεταποιοῦνται Bavaricus, scilicet ambo fratres, Nicostratus et Arethusius. Secutus sum Wolfium. REISK. Ex illis p. 1255. (πρὶν μὲν ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ ὁ Ἀρεθούσιος ὡμολογεῖτο τῶν ἀδελφῶν εὐπορώτατος εἶναι. ἐπειδὴ δ᾽ οἱ νόμοι κελεύουσι τἀκείνου ὑμέτερα εἶναι, τηνικαῦτα πένης ὢν φαίνεται ὁ Ἀρεθούσιος, καὶ τῶν μὲν ἡ μήτηρ ἀμφισβητεῖ, τῶν δ᾽ ἡ ἀδελφή.) liquet rescribendum esse:—ἀπογράφει ὁ Ἀπολλόδωρος οἰκέτας, ὧν, ὄντων Ἀρεθουσίου, μεταποιεῖται ἡ μήτηρ τοῦ Ἀρεθουσίου καὶ ἡ ἀδελφὴ ὡς ἰδίων. SEAGER. l. c. Violenta interpolatio, cui nemo non praeferat Wolfii rationem. Ecquis autem neget in Argumento Orationis Nicostrati quoque mentionem fieri debere? SCHAEF.

1246, 2. τὴν ἀπογραφὴν ἐποιησάμην] Actionem institui titulo injustae detentionis earum rerum, quae reip. essent, non ejus,

qui eas praeter jus et fas detineret. Citat h. l. Harpocration v. Ἀπογραφή. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 198. et 426, 5. SCHAEF.

1246, 3. *τὸ—μέγεθος τῆς ἀπογραφῆς*] Magnitudo muletae mihi luendae, si caussa cadam. Certabat enim actor periculo decem minarum ipsi, si vinceretur, luendarum, cum ipsa res, de qua certabat, quartam solummodo muletae partem valeret, duas scilicet minas cum dimidia. REISK. Vere: neque assentior Boeckhio aliter judicanti de Oecon. Athen. vol. 1. p. 500. Vellem tamen Reiskius haec explicasset paulo disertius. *τὸ μέγεθος τῆς ἀπογραφῆς* quid sit docent sequentia: *πέντ' ἡμιμναίων—τετίμηται αὐτά*. Hujus aestimationis jure dicitur esse *μέγεθος*: quippe quadruplicata effecit summam, quae ab actore, si caussa cecidisset, pendenda non leve ei damnum illatura erat. SCHAEF.

1246, 6. *πέντ' ἡμιμναίων*] Sunt duae minae cum dimidia. De duobus autem mancipiis simul sumtis hoc pretium intelligendum esse miror potuisse dubitari. SCHAEF.

1246, 7. ὡς] Quid si ὅπου; WOLF. Non opus. V. not. ad Sophocl. Oed. C. 1124. SCHAEF.

ὡς—αὐτὰ] Videntur malitiose tanti aestimata, quo graviorem muletam Apollodorus lueret, si caussa cecidisset. SCHAEF.

1246, 10. *ἐκινδύνευον—δραχμῶν*] V. Meierus de Bon. Damnat. p. 209. SCHAEF.

1246, 11. *μηδένα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γράψασθαι*] *μηδένα κατηγορῆται ἑτέρου ἐμοὶ χαριζόμενον.* Sed fortassis rectius est: *in eo discrimine verser, ne quem unquam pro defensione mei ipsius accusare mihi liceat.* Fortassis enim falsa descriptio cum ea ignominia conjuncta fuit, ut ne quem alium posthac in simili crimine accusare liceret. WOLF. Recte vertit: *ne quem—mihi liceat.* Falsam enim descriptionem sequebatur *ἀτιμία* cum muleta quadrupli. De simili autem crimine quod ait Wolfius, errasse eum arbitror. V. not. seq. SCHAEF.

γράψασθαι] Meierus l. c.: "L. *ἀπογράψασθαι*. Hoc analogia postulat; in qua quis enim actione adhibenda calumniator et sycophanta inventus est, eadem ei interdici solebat." Hoc si orator voluisset, scripturus erat *ἀπογράψαι*. Deinde, quod gravius est, *ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπογράψασθαι* dici non potuit. Omnis enim hujusmodi *ἀπογραφὴ* fiebat *ὑπὲρ τῆς πόλεως*. SCHAEF.

1246, 17. *πρὸς ὑμᾶς*] Cohaeret non cum *τὴν ἔχθραν*, sed cum *λέγοιμι*. *si ego ad vos commemorarem de mea cum his hominibus simultate.* REISK. Accuratius: *de simultate quam hi homines mecum exercent.* SCHAEF.

1247, 1. *τὰ—τρία μέρη*] Subaudi *ἐκ τῶν τεττάρων*. *tres partes e quatuor partibus seu novem de duodecim.* Nam quarta muletae pars semper in ejusmodi caussis reip. fisco adjudicabatur. V. dicenda ad p. 1379, 19. REISK. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 425. coll. Meiero de Bon. Damnat. p. 206. SCHAEF.

1247, 6. *εἰς Σικελίαν ἔδει τοὺς πρέσβεις ἄγειν*] Ad legationem

Euripidis, de qua v. schol. Aristotelis Rhet. 2, 6. (ad p. 1384. 16.) Olymp. 107, 1, factam refert Droysenius in Zimmermanni Ephemerid. a. 1839. p. 931., unde ipse et Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 675. colligunt orationem hanc brevi tempore post esse habitam, et, ut Boehneckio videtur, ante Olymp. 107. 3. quo Apollodorus senator factus rogationem de theoricis tulerit, de qua v. ad or. c. Neaer. p. 1346, 17. et Boehneck. p. 175. 183.

1247, 10. τούτου] Id est τοῦ ἐγχεομένου. REISK.

1247, 21. ἐπιμεληθῆναι καὶ διοικῆσαι] Junguntur etiam mox p. 1248, 2. SCHAEF.

1248, 23. ὅτι ἐξ—λελυμένος εἴη] Robustum hinc nebulonem fuisse apparet Nicostratum istum. WOLF. Hoc non apparet. Qui ceperant tantum redemtionis pretium exegerunt, quod civis esset satis opulentus. SCHAEF.

1248, 28. ἐὰν—ἐθελήσῃ] Scomma est, quo ei servitutem objicit tanquam mancipio. WOLF.

1249, 10. Θεοκλέα] Mireris non scriptum ex Atticorum more Θουκλέα. SCHAEF.

1249, 12. ὄντα] Malim περιόντα. *reliqua facta*, reliquis, quae a patre relicta habuissem, in remp. insumtis. REISK. Reiskius si vim simplicis satis perspectam habuisset, non maluisset compositum. τὰ ἐκ τῶν πατρῴων ὄντα pius filius e manibus non facile emittit: ut etiam hoc sit signum summae erga Nicostratum benevolentiae, quod tam cara memoriae patris pignora illius saluti condonare non dubitaverit. SCHAEF.

1249, 13. δεδωκέναι] Scilicet δωρεάν. SCHAEF.

1249, 23. ἐνοφειλόμενον] I.e. ὀφειλόμενον ἐν τῷ χωρίῳ. SCHAEFER.

1249, 26. τὰς χιλίας δραχμὰς] De hoc attractionis genere v. ad p. 462, 18. 572, 6. 794, 11. SCHAEF.

1250, 10. δύνασαι] δύναμαι correctus r. Videndum ne orator scripserit: ἐπειδὴ δ'—οὐ δύναμαι πορίσαι ἅπαντα τὰ χρήματα, ἀργύριον γὰρ—οὐδ' αὐτὸς, τῶν κτημάτων κ. τ. λ. Ante (p. 1249, 25.) dixerat Nicostratus: πόρισον τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ἀργυρίου. Jam vide mihi quam apte illi loco respondeat ἐπειδὴ—οὐ δύναμαι πορίσαι —. SCHAEF.

1250, 12. τῶν δὲ κτημάτων σοι τῶν ἐμῶν—] Emendandum videtur: τῶν δὲ κτημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχρημι ὅ τι βούλει· ὥστε θέντα τοῦ ἐπιλοίπου ἀργυρίου, ὅσον ἐνδεῖ σοι, ἐνιαυτὸν —. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 62. Non opus addi ὥστε. κίχρημι θέντα χρῆσθαι — est i. q. κίχρημι θεῖναι καὶ χρῆσθαι —. De v. κίχρημι v. not. ad p. 1191, 6. SCHAEF.

κτημάτων] Male alii libri χρημάτων. Opponebat enim Apollodorus pignori pro Nicostrato non τῶν χρημάτων aliquid, sed τῶν κτημάτων, domum, quod est κτῆμα. Supellectilia autem domestica sunt χρήματα. REISK.

θέντα—ἀργυρίου] τιθέναι τι ἀργυρίου, *pignerare aliquid, ut pecuniam mutuam accipias.* Mox v. 17. τίθημι—τὴν συνοικίαν ἐκκαί-

δεκα μνῶν. et v. 27. *τἀργύριον, οὗ ἡ συνοικία ἐτέθη.* Ad genitivum *ὑπὲρ* vel *ἀντὶ* perperam subauditur ab Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *τιθέναι.* SCHAEF.

1250, 13. *ὅσον ἐνδεῖ σοι*] Deerant sedecim minae. Nam viginti sex minis redemtus e servitute fuerat Nicostratus, ejusque pecuniae conficiendae ergo decem minas ei Apollodorus jam donaverat. REISK. *Quantum adhuc desit tibi.* SCHAEF.

1250, 15. *φῂς*] Scilicet *σε ποιήσειν.* REISK. *σε* poterat facere compendii. SCHAEF.

λῦσαί μοι] *τὰ κτήματα* addunt A. r. male: unum enim *κτῆμα* fuit pigneratum. Subaudi *τὸ τεθέν.* *ἵνα μοι λύσωνται τὸ χωρίον* p. 1215, 21. SCHAEF.

1250, 20. *Παμβωτάδῃ*] Citat h. l. Harpocration v. *Παμβωτάδης.* REISK.

1250, 26. *τοῖς πράγμασιν*] Cohaeret cum *ὅ τι χρησαίμην.* *quo ego quid agerem in hac re tam ardua dubius et perplexus, utpote qui essem juvenis.* Malim tamen verba *νέος ὢν* pone *ἄπειρος πραγμάτων* v. 27. collocari. Vel potius pone *ἐγὼ* collocavi de meo sensu. REISK.

1250, 27. *ὅπως*] Uncis inclusi: sufficit enim *ἵνα* v. 25. REISK. Ego totum hoc, *καὶ ἄπειρος πραγμάτων ὅπως*, vellem abesset. SCHAEF.

1250, 29. *τῶν ἀντιδίκων*] Significat Phormionem ejusque advocatos. REISK.

πίστιν αὐτοῖς δίδωσιν] *πίστιν αὐτοῖς δίδωσιν*, navat ipsis operam hanc, ut pro ipsis, ad juvandam eorum caussam meamque premendam. jusjurandum diceret aut reciperet dicturum p. 1250. ult. REISK.

1251, 3. *ἐπιβολὴν*] Sententia loci videtur haec esse: Nicostratus inscribit me debitorem aerario, h. e. perficit atque impetrat, ut aerarius scriberer a quaestore vel scriba publico, nomine mulctae (*ἐπιβολὴν*) sex minarum et decem drachmarum, cui mulctae essem condemnatus in lite *ἀπροσκλήτῳ*, ad quam obeundam ab actore ejusque subscriptoribus non fuissem citatus, agentibus contra me *ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως*, ex eo titulo, quod celarem res alienas, aut reip. aut etiam pupillis debitas, quas deberem coram sistere atque exhibere. REISK. Similiter Ind. Graecitat. s. v. *ἀπρόσκλητος.* V. Schoemannus de Lite Att. p. 758. [et ad Isaeum p. 338.] et de *δίκῃ εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν* (actione ad exhibendum) Harpocrat. s. v. *Εἰς ἐ. κ.* SCHAEF.

1251, 5. *τὴν δίκην*] Id est *τὴν καταδίκην.* cum per Lycidam, cognomine Molitorem dictum, effecisset ut illa mihi mulcta irrogaretur. Videtur hic Lycidas arbiter seu judex pedaneus illius caussae fuisse. REISK. V. p. 1018, 14. SCHAEF.

1251, 8. *τῶν οἰκείων*] Sunt iidem atque paulo ante commemorati, Phormio, Pasicles et eorum consortes. REISK.

1251, 10. *ἐνδεικνύναι με —*] *ἔνδειξις* enim erat in eos, qui caussas agerent, cum nondum aerario satisfecissent: qui si convincerentur hujus criminis rei, custodiae dabantur. REISK.

1251, 12. In annot. crit. n. post ἑξακοσίων excidit καί.

1251, 13. κλητῆρας] Post h. v. deesse videtur ψευδεῖς. REISK. Non deest. Sic supra v. 5. simpliciter κλητῆρα—ἐπιγράφεται: quod item intelligendum de ψευδοκλητείᾳ. SCHAEF.

1251, 18. ἐβάδιζον ἐπὶ τὸν κλητῆρα—τῆς ψευδοκλητείας] Sic p. 1201, 5. μὴ—ἐπὶ τόνδε τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι. WOLF.

τὸν ὁμολογοῦντα] Videtur enim alter subscriptorum τὴν κλῆσιν infitiatus esse seu negasse adfuisse, cum Arethusius Apollodorum in jus vocaret, id quod factum esse Apollodorus negabat. REISK.

1251, 20. τὸν Ἀρεθούσιον] Additum ἐξηγητικῶς ad τὸν κλητῆρα, qui fuit Arethusius, ut v. 5. dictum est. SCHAEF.

τῆς ψευδοκλητείας] Subaudi ἕνεκα. *accusans eum falsae subscriptionis eique propterea litem denuncians.* Erat autem ψευδοκλητεία, cum quis libello accusationis suum nomen subscripsisset professusque esset, reum, qui in jus vocatus non esset, a se una cum actore vocatum fuisse. Quo fiebat ut reus, cum in judicio non compareret ad diem dictam, quippe qui nesciret diem sibi dictam fuisse, contumaciae damnaretur. REISK. Cave subaudias ἕνεκα. SCHAEF.

ψευδοκλητείας] ψευδοκλητίας A. r. hic et p. 1252, 6. Eandem formam dant Anecd. Bekk. p. 194, 21. Quae quod habent p. 317. in ψευδοκλησία, etsi in Harpocratione quoque repertum, minus etiam probari potest. V. Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 507. SCHAEF.

1251, 21. ἐλθὼν] Scilicet Arethusius. REISK.

εἰς τὸ χωρίον] *In praedium*, meum puta. V. p. 1247, 16. REISK.

ἀκροδρύων] ἀκρόδρυα et fructus et arbores frugiferas interpretantur, sive nuces, sive pomiferas. Vox ipsa significat vel cacumina quercuum vel excellentiam: ut ἀκρόδρυα sint arbores, quae quercubus, unde olim victitabant, antecellunt. WOLF. V. Niclasius ad Geopon. p. 752. SCHAEF.

1251, 22. γενναίων] γενναίων A. r. Genitivus magis placet. V. not. sequ. SCHAEF.

ἐμβεβλημένα] Utrum ἐμπεφυτευμένα τῷ ἀγρῷ ἢ τοῖς δένδροις; ut non sit consitio, sed insitio, qua, ut Cato Ciceronianus ait, nihil invenit ars agricolarum solertius. WOLF. Citat h. l. Harpocration v. Ἐμβεβλημένα et Eustathius ad Homeri Odyss. α. p. 1405. REISK. De Eustathio fallitur. Wolfius autem ut dubitaret, videntur talia fecisse, quale legas Geopon. 10, 1, 2. p. 635. Nicl. κατὰ γένος κεχωρισμένως ἕκαστα τῶν φυτῶν ἐμβαλλέσθω, h. e. φυτευέσθω, quod modo antecessit. Qua significatione etiam classici scriptores usurparunt verbum ἐμβάλλειν. V. Xenophon Oeconom. 19, 2. Tu vero ne dubites sequi Harpocrationis interpretationem. *inoculirte Bäume von edeln Obstsorten.* SCHAEF. Anglice *grafted trees of fine fruit.*

1251, 23. περιστοίχων] Citat h. l. Harpocration v. Περίστοιχοι. Oleae περίστοιχοι, circa quas esset ductus στοῖχος, vel murus, vel

sepes. Hic videntur ideo sic dictae fuisse, quod essent aut in orbem horti aut ad oram arearum consitae, quibus in areis olera floresve aliaeve arbores frugiferae exstarent, ita ut extremus earum arearum ambitus esset oleis consitus. REISK.

1251, 27. *τὴν ῥοδωνιὰν*] Citat Harpocration v. Ῥοδωνιά. REISK. Item Hermogenes. V. not. ad p. 1308, 6. SCHAEF.

1252, 12. *ἡμέραν διαμεμετρημένην*] Citat h. l. Harpocration v. *Διαμεμετρημένη ἡμέρα.* Significat, ni fallor, hoc Apollodorus, sibi non licuisse multis verbis caussam suam agere, quia dies illa judicialis, qua ista acta fuisset caussa, per multas alias caussas etiam eadem die disceptandas fuisset divisa et descripta. Brevi igitur illa oratione sua cum tamen Arethusium reum peregisset, tacite insinuat, ita perspicuam fuisse caussae suae bonitatem, ut judices sine cunctatione secundum se, adversus Arethusium litem dedissent. REISK. *αἱρεῖν πρὸς διαμεμετρημένην τὴν ἡμέραν* oratoris esse *πανδεινοῦ* dicitur p. 378, 6. SCHAEF.

1252, 17. *αὐτοὶ*] Nicostratus et Arethusius. REISK.

1252, 28. *τὸν μὲν—Κέρδωνα*] Respondet *τὸν δὲ Μάνην* p. 1253, 7. SCHAEF.

ἐκ μικροῦ παιδαρίου] Rarior locutio. Frequentiores hae: *ἐκ νέου, ἐκ μειρακίου, ἐκ παιδός.* V. Thomas M. p. 284. et Boissonadius ad Philostrat. p. 348. SCHAEF.

1253, 3. *ἐκομίζετο*] Scilicet *παρ᾽ ἐκείνων.* SCHAEF.

1253, 4. *ἐργάσαιτο*] *εἰργάσαιντο* S. Verum videtur *ἐργάσαιντο*, scilicet tam mancipium quam qui ejus opera utebantur. Si illud, Arethusius *δίκας ἐδίδου*: si hi, *δίκας ἐλάμβανεν.* V. not. seq. SCHAEF.

ὡς δεσπότης ὢν] Huic enim caussa agenda erat, quum servi ab judiciis exclusi essent. V. ad p. 1280, 21.

1253, 5. *εἰδότας*] Abest ab A. Recte arbitror abesse. Quo admisso, *τοὺς* mutandum erit in *τούτους*. *hos ipsos producam ad vos testes, penes quos opera corpore danda aera meruit Cerdo et quibus satis dedit Arethusius aut quos jure persecutus est pro Cerdone.* REISK.

1253, 7. *Τὸν δὲ Μάνην*] Sunt absoluti accusativi, cujusmodi accusativos usurpare Demosthenem exemplis aliquot jam supra constitit. *Quod autem ad Manem attinet.* Alias deesset *ὅπως ἐκτήσατο, ἐρῶ.* *Manem autem quomodo nactus sit, nunc dicam.* REISK. Eodem jure Reiskius proximum *δανείσας* dicere poterat nominativum absolutum: nam quod sequitur verbum *ἐναπετίμησεν* referri oportet, non ad *τὸν δανείσαντα*, sed ad *τὸν δανεισάμενον*. Sed ita nihil quidquam proficias ad rationem constructionis perspiciendam: nisi forte putes oratorem, omni ratione susque deque habita, verba ut arenam sine calce projecisse. Scilicet periodum ita inceperat, ut qui sic esset finiturus: *εἰς ἀποτίμησιν ἅπαντος ἔλαβεν.* V. p. 878, 28. Jam interserta illa, *ἐπειδὴ—τὸ ἀρχαῖον*, effecerunt ut exordii oblitus in fine ad alterum subjectum, utpote propius, deerraret. V. ad p. 1222, 23. 1229, 16. 1326, 6. SCHAEF.

1253, 9. ἐναπετίμησεν αὐτῷ] *Pignori accepit* vel *in aestimationem accepit*, hoc est, *servum pro pecuniae parte dedit*. WOLF. Prius falsum: posterius verum. Nec tamen pro pecuniae parte, sed pro tota pecunia. Scilicet Wolfius non interpungens cum ceteris post ἀρχαῖον junxit ἅπαν antecedentibus. SCHAEF.

1253, 15. ἢ θέρος μισθοῖντο ἐκθερίσαι] Idem est ac si dixisset: ἢ εἰ μισθοῖντο τὸ ἐκθερίσαι θέρος τι. *aut si veniam metendae alicujus segetis certa pacta mercede redemissent*. Solebant nempe hi rustici servi a fundorum dominis notas segetes aut fructus hortorum, vinearum olivetorumve certa mercede redimere ea lege, ut fructus demessi ipsorum essent ipsisque liceret pro arbitrio suo vendere. REISK.

1253, 16. ἀναιροῖντο] *Aut aliud aliquod operum rusticorum susciperent, cujus fructus in ipsos redundaret*. SCHAEF.

1253, 26. ἐμοὶ αὐτῷ] αὐτῷ ἐμοὶ r. Vicissim p. 1246, 5. idem liber dat ἐγὼ αὐτός. Eadem ordinis verborum diversitas p. 1207, 16. et 1245, 12. SCHAEF.

1254, 2. εἰ—εἰ] Sic iteratur εἰ p. 1261, 26. V. not. ad p. 791, 4. SCHAEF.

1254, 7. οὔτε καλῶς ἔχειν] Subaudi a communi ἡγούμην. REISK.

1254, 10. γράφεσθαι] *Literis a scriba publico consignari et in acta publica referri curare debere*. REISK.

1254, 12. ἐψηφίσασθε] ψηφίσησθε lego pro ἐψηφίσασθε. WOLF. Reiskius: "ψηφίσαισθε mavult Wolfius." Vulgata bene habet. Quippe soluto constructionis vinculo hoc dicitur: ἐψηφίσασθε ἄν, εἰ ἠκούσατε. SCHAEF.

1254, 15. εἰ δὲ δημοσίᾳ] Subaudi ἐβασανίζοντο. Nec minus bene haberet δημοσίᾳ δὲ, scilicet βασανιζομένων. SCHAEF.

1254, 18. παραδοῦναι] τἀνδράποδα. SCHAEF.

1254, 23. αὐτοὺς ἐπιδείξω] ὄντας ἀναισχύντους. SCHAEF.

1254, 28. τῶν ὑμετέρων] Mancipia enim Arethusii erant confiscata. Sed judices populi personam gerebant. REISK.

1255, 1. ὃς ἂν —] V. L. Bosii Ellips. p. 364. SCHAEF.

1255, 12. τὰ τούτων αὐτῶν] *Ea bona, quae ipsorum propria* (non Arethusii) *essent*. Videntur ex hoc loco fratres Arethusii, Nicostratus et Dinon, advocati Arethusii fuisse: contra quos hic Apollodorus pugnat. REISK.

1255, 14. τῶν ἀμφισβητησόντων—περὶ τῶν ὑμετέρων] Ne dicas hoc plenum, neve elliptica quae supra leguntur p. 1254, 23. 28. p. 1255, 8. SCHAEF.

LIV.

IN CONONEM.

Honorificum Plutarchi de hac oratione judicium apposuimus in initio annotationum ad orationem praecedentem. De tempore ejus probabilis est sententia Clintoni Fast. Hell. vol. 2. p. 361. "The cause *κατὰ Κόνωνος* was in the third year after an expedition, or march, to Panactus: p. 1257, 4. *ἐξήλθομεν ἔτος τουτὶ τρίτον εἰς Πάνακτον φρουρᾶς ἡμῖν προγραφείσης·* probably the same expedition as that which is noticed in Demosth. de f. leg. p. 446, 3. *ἀντὶ τοῦ τὸν Ὠρωπὸν ἡμῖν ἀποδοθῆναι περὶ Δρυμοῦ καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ᾽ ὅπλων ἐξερχόμεθα.* This occurred after the peace with Philip Olymp. 108, 2 (B. C. 346.), and before the cause *παραπρεσβείας*, Olymp. 109, 2. (B. C. 343.) The oration therefore *against Conon* may be placed at about the year 343., or soon after."

1256, 1. *Ὑβρισθεὶς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ παθὼν*—] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 226. REISK.

1256, 2. *πολὺν χρόνον πάνυ*] *πάνυ* ad *πολὺν* referendum. *ἂν ὑμεῖς βραχύ τί μοι πεισθῆτε πάνυ* p. 1430, 3. Plato Hipp. Maj. p. 282. HSt. *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ πλέον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην.* SCHAEF.

1256, 5. *τὴν δίκην τῆς αἰκίας* cum articulis, non *δίκην αἰκίας*, dixit, quia crimen definitum et ante commemoratum est: v. Schoemann. ad Isaeum p. 231.

1256, 10. *γραφαῖς*] Citat h. l. Harpocration v. *Γραφή*. Necesse quoque est ut idem h. l. in mente habuerit in v. *Ἄπαγε*, nisi memoria eum fefellerit, ut hanc orationem pro alia citaret. REISK. In mente habuisse nemo dubitabit, qui Lexicographi glossam legerit. SCHAEF.

1256, 13. *δίκην*] Citat h. l. Harpocration v. *Δίκη*. REISK.

1256, 16. *ἡ μετὰ τοῦτ᾽ ἀσέλγεια*] V. p. 1265, 2. REISK.

1257, 5.—1259, 23. Citat Dionysius vol. 6. p. 986—992. REISK.

1257, 5. ἔτος τουτὶ τρίτον] Subaudi ἐστίν. δεύτερον ἔτος τουτὶ p. 1283, 26. 1293, 10. Pronomine omisso, δεύτερον ἔτος p. 1296, 13. Compares χρόνος οὐ πολὺς eodem modo intersertum reliquae orationi, de quo v. not. ad p. 40, 21. SCHAEF.

Πάνακτον] Citat h. l. Harpocration hac voce. REISK. V. quae a Clintono dicta supra apposuimus.

1257, 7. προσκρούσματ'] Sic codices: vulgo προσκρούματα. Solennis haec fluctuatio. V. Wyttenbachii Animadvers. in Plutarchi Moral. p. 137 B. Thomas M. p. 752. Πρόσκρουμα, ἡ μέμψις, οὐ πρόσκρουσμα. Quod si verum esset, σ hîc deleri oporteret. Plutarchus Moral. p. 141 B. προσκρούματα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς —. Wyttenbachius Magistrum, ut videtur, secutus: "προσκρούσματα E. Stob. Frequens permutatio: potestate tamen differunt hae voces." Non potestate, opinor, sed forma: nisi forte putes aliud significare προσκέκρουμαι, aliud προσκέκρουσμαι. SCHAEF.

1257, 13. ταύτην ἂν ἤδη ἐπαροίνουν οὗτοι] Wolfius: *ea isti jam bacchabantur.* Addere debebat *forte*, quod vim particulae ἂν talibus in locutionibus aliquanto melius exprimit quam quo vulgo utuntur verbum *solere*. Subaudi enuntiationem conditionalem, qualis est εἰ οὕτως ἔτυχεν. SCHAEF.

1257, 17. ὅ τι τύχοιεν] F. ὅτε τύχοιεν, referendum illud ad sequentia: ut sit i. q. ἔτυπτον ἂν καὶ —. SCHAEF.

1257, 18. προσεούρουν] Male Eustathius ἐνεούρουν. Dicitur e. c. ἐνουρεῖν ἀμίδι, sed προσουρεῖν ἀνθρώπῳ. Addit Eustathius cum margine cod. F. ἡμῖν. Non recte, ut arbitror: hanc enim contumeliam videntur intulisse solis servis. SCHAEF.

1257, 21. ἀπεπεμψάμεθα] ἀπεδιώξαμεν, ἀπηλαύνομεν, ἀφροντίστως εἴχομεν, λόγον οὐκ ἐποιησάμεθα. WOLF. Malim ἐπεμεμψάμεθα, ab ἐπιμέμφομαι. *leniter eos reprehendebamus, amice cum iis querebamur.* Wolfius vulgatam interpretatur *transmisimus, dissimulavimus.* Verum primum quidem hoc non est ἀποπέμπεσθαι, sed παραπέμπειν: deinde non transmisisse silentio atque dissimulatione actorem ejusque amicos istas injurias, sed vel maxime questos esse, constat ex addito ὡς δ' ἐχλεύαζον ἡμᾶς —. *ut vero nos subsannabant et ne sic quidem finem faciebant injuriarum.* Subsannabat nempe Conon cum filiis. (Non Conon cum filiis, sed Cononis filii. SCHAEF.) Aristonem cum amicis modeste querentes, et quamvis clementer objurgati tamen ne sic quidem abstinebant. REISK. Vulgata satis placet. Sensus: *primum quidem satis habuimus talia aversari, detestari.* Quis cum talibus hominibus amice queratur? Conf. p. 1258, 11. SCHAEF.

1257, 23. οὐκ] οὐδὲν Dionysius. REISK.

1257, 26. ὅλως ἐποίουν] ἐποίουν ὅλως Dionysius. REISK.

1257, 28. συνεσκότασεν] συνεσκόταζεν Dionysius. REISK.

ταύτῃ τῇ ἑσπέρᾳ] Qua scilicet imperator eos increpaverat. REISK.

1258, 1. καὶ τὸ μὲν πρῶτον—] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 226, et 228. REISK.

τελευτῶντες] ἔπειτα Dionysius. REISK.

1258, 3. *καὶ τὸν στρατηγὸν*] *καὶ τὸν στρατὸν καὶ τὸν στρατηγὸν* Dionysius. SCHAEF.

1258, 5. *στρατιωτῶν τινὰς*] *τινὰς στρατιωτῶν* Dionysius.

οἵπερ ἐκώλυσαν] *οἱ διεκώλυσαν* Dionysius. REISK.

1258, 7. *προελθόντος*] *παρελθόντος* Dionysius. REISK.

1258, 8. *δεῦρ' ἐπανήλθομεν*] *δεῦρο ἀνήλθομεν* Dionysius. SCHAEFER.

1258, 10. *ᾠόμην*] *ᾤμην* Dionysius. REISK.

1258, 12. *ἐκεῖνο*] *ἐκεῖνα* Dionysius. REISK. Technicus hoc ordine: *ἐκεῖνα ἁπλῶς ἐγνώκειν*. SCHAEF.

εὐλαβεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι] V. Piersonus ad Moer. p. 145 a. SCHAEF.

1258, 13. *τοῖς τοιούτοις*] *ὡς τοὺς τοιούτους* Dionysius. REISK.

τούτων ὧν εἴρηκα] *ὧν εἴρηκα τούτων* Dionysius. SCHAEF.

1258, 16. *οἷα*] *ὅσα* Dionysius. REISK.

ὑπ' αὐτοῦ τούτου] *ὑπὸ τούτου* Dionysius. REISK. Praestat nostrum. *ab hoc ipso*. Sic mox sequitur *οὗτος αὐτός*. Conon opponitur filiis. SCHAEF.

1258, 17. *τοῖς τὸ πρῶτον ἁμαρτηθεῖσιν*] A filiis. SCHAEF.

1258, 18. *πρότερος*] *πρὸς τούτοις* Dionysius. Quod dubitavi utrum in locum v. *πρότερος* sufficerem. *praeter illa priora*. Sed potest vulgata locum tueri. *primus et princeps, auctor exempli*. REISK. F. *τῶν πρότερον*. SCHAEF.

εἴργασται] *διαπέπρακται* Dionysius. REISK.

1258, 25. *τὸ Λεωκόριον*] Citat h. l. Harpocration v. *Λεωκόριον*. REISK.

τῶν] *ἰὼν* Dionysius. REISK.

τῶν Πυθοδώρου] S. *οἰκιῶν ἢ ἐργαστηρίων*. WOLF. V. L. Bosii Ellips. p. 155. et 345. SCHAEF.

1258, 26. *αὐτὸν*] *αὑτὸν* Dionysius. SCHAEF.

1258, 27. *ὡς ἂν μεθύων*] Subaudi *διαλεχθείη*. SCHAEF.

ὥστε μὴ μαθεῖν] Subaudi *δύνασθαι ἡμᾶς* aut *τινά*. REISK.

λέγοι] *λέγει* Dionysius. REISK.

Μελίτην] *μελέτην* Dionysius. Citat h. l. Harpocration v. *Μελίτη*. REISK.

1258, 28. *ἔπινον γὰρ*] Vulg. *ἔπινον δ' ἄρ'*. *ἔπινον γὰρ* Bavaricus. Pro *δ' ἄρ'* dedi *γάρ*. Nam si dubie locutus esset, ut probabilitatem solam secutus, non addidisset *ταῦτα γὰρ ὕστερον ἐπυθόμεθα*. REISK. Non dubitanter loquitur qui dicit *ἔπινον δ' ἄρα*. *ἔπινον δ' ἄρα ἐνταῦθα παρὰ Παμφίλῳ* — Dionysius. ceteris omissis. Ut, si quis malit *ἔπινον δ' ἄρ'*, vix refrager. SCHAEF. In ed. Bekkeri et nostra litera f. per errorem proximo *γὰρ* est apposita, quum huic apponi deberet.

ταῦτα γὰρ ὕστερον ἐπυθόμεθα] Absunt ab A. REISK.

1259, 1. *κναφεῖ*] *γναφεῖ* Dionysius. REISK. Videtur scripsisse *γναφεῖ*. SCHAEF.

Θεότιμος] *Θεόδωρος* Dionysius. REISK.

1259, 5. *τὴν ἀγοράν*] *τὴν* om. A. k. r. Ego quidem articulum non requiro. *ἐν ἀγορᾷ* p. 1258, 22. 1266, 22. SCHAEF.

1259, 5. ἀπὸ] ἐκ Dionysius. SCHAEF.

1259, 6. Φερρεφαττίου] Φερεφαττίου A. k. r. et Dionysius. Anecd. Bekk. p. 314, 22. Φερεφαττεῖον: τὸ ἱερὸν τῆς Περσεφόνης. SCHAEF. Idem esse quod Δήμητρος ἱερὸν Χλόης apud Pausan. 1, 22, 3. conjicit Zestermannus in libro de Basilicis (Lipsiae edito a. 1847.) p. 53.

1259, 7. τούτοις] τούτῳ Dionysius. REISK.

1259, 11. ἐξέδυσαν] ἐξέδυον A. k. r. et Dionysius.

1259, 12. ῥάξαντες] Photius Ῥάξαι. ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖν. Achillem Tat. p. 126. ed. Jacobs. scripsisse arbitror ῥάσσει πρὸς τοὔδαφος. ad q. l. editor Demosthenico loco utitur. SCHAEF.

εἰς τὸν βόρβορον] εἰς τὸν βίον εἰς τὸν βόρβορον Dionysius. Rursus est διττογραφία, qualem vidimus ad p. 1258, 3. SCHAEF.

οὕτω—διακόψαι] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 228. REISK.

1259, 13. ὑβρίζοντες] παίοντες Aristides. SCHAEF.

1259, 14. τοὺς δ᾽ ὀφθαλμοὺς συγκλεῖσαι] Tantum enim coeni ejus oculis ingesserunt et pugnis os ita contuderunt, ut tumor vultus non pateretur oculos aperiri. REISK.

1259, 15. μήτε] Loco prioris μήτε dat Dionysius simplex μή. REISK.

1259, 16. Dionysius locum sic scriptum dat: καὶ τὰ μὲν ἄλλα βλασφημίας ἔχει τινὰς, ἃς καὶ ὀνομάζειν ὀκνήσαιμι· ὃ δὲ—. SCHAEFER.

1259, 20. τοῦ] ὡς Dionysius. REISK.

γεγενῆσθαι] γενόμενον Dionysius. REISK.

1259, 21. τοὺς ἀλεκτρυόνας] Articulum non habet Dionysius. SCHAEF.

1259, 22. τοῖς ἀγκῶσιν αὐτὸν ἠξίουν] αὐτὸν ἠξίουν τοῖς ἀγκῶσιν Dionysius. SCHAEF.

1259, 25. γυμνὸς] Pallio enim spoliatus fuerat. V. v. 11. REISK. *sola tunica indutus.* V. H. Stephani Thes. SCHAEF.

1259, 27. βαλανεῖον] Non domesticum, sed publicum. REISK. Docet quod dictum est βαλανεῖον, non τὸ βαλανεῖον. SCHAEF.

1260, 3. τούτου] Redit ad Euxitheum. Sed si hoc μετὰ τούτου servatur, necesse est ἀπιόντας cum ἀπιόντα mutari, pluralem cum singulari: alias omittendum esset μετὰ τούτου. Vel potius ordo verborum optandus est, qui est in August. primo. Et sic feci. REISK. Scilicet ante Reiskium dederant ἀπὸ δείπνου ποθὲν μετὰ τούτου. SCHAEF.

1260, 4. τῆς οἰκίας] Subaudi τῆς τοῦ Μειδίου, ut colligitur ex insequentibus. V. v. 8. REISK. Fallitur. Intelligenda domus ipsius Aristonis. SCHAEF.

1260, 6. καὶ ἰατρὸν ἄγουσι παραγενέσθαι] ἄγουσι dativus est h. l. pluralis participii praesentis. *adfuisse* vel *interfuisse, cum adducerent ii medicum, qui arcessivissent.* REISK.

1260, 23. κάθαρσις] *Evacuatio, dejectio* recte Ind. Graecitat. V. v. 27. SCHAEF.

1260, 27. καὶ ταῦτ᾽] καὶ refertur ad p. 1259, 28. REISK. Non solum ad illa remotiora, sed etiam ad propiora. SCHAEF.

1261, 2. τούτων] A Conone, Ctesia, ejus filio, et Theogene, Andromenis filio. V. p. 1259, 10. REISK.

1261, 5. μετρίας τινὰς] Vulg. μετρίας. Addunt τινὰς Bavaricus et hunc locum citantes Aristides T. p. 238. et 240. et Suidas v. Φαῦλον: nam τινὰς ibi legendum est pro vitioso τιμὰς vulgato. Addidi. REISK.

1261, 6. εἰς πᾶν ἐλθὼν] εἰς πᾶν κακὸν ἐλθὼν margo Lutetianae. ἐπανελθὼν Aristides. Idem tamen paulo post veram lectionem vulgatam, omisso κακὸν, exhibet. κακὸν illud non male quidem additur, sed potest etiam sine eo integra esse oratio. Vide, si placet, quae ad Dionem Cassium scripsimus p. 90, 32. Quibus addi possunt hi loci Aristidis: vol. 1. p. 246, 4. vol. 2. p. 155, 12., ubi ad τῶν subauditur φόβου καὶ ἀπονοίας. item p. 297, 9. item p. 64, 8., ubi subauditur ἄχαρι aut βλαβερόν. Ut autem τὰ κακόφημα omittuntur, ita rursus quoque τὰ εὔφημα. Sic ab Aristide vol. 2. p. 196. ult. omissum est ἀγαθὸν vel ὄφελος. Sed haec non sunt hujus loci. REISK. V. Valckenarius ad Herodot. 7, 118. SCHAEF.

1261, 7. πολὺ] πολλῷ τε Aristides. REISK. πολλῷ idem locum repetens. SCHAEF.

δίκην] δι' ἧς Aristides. REISK. Verum habet locum repetens. SCHAEF.

πολλαχόθεν νομίζω] Vulg. νομίζω. πολλαχόθεν νομίζω Aristides. sed idem πολλαχόθεν omittens in repetitione ejusdem loci REISK.

1261, 17. ἰθυφάλλους—αὐτοληκύθους] ἰθυφάλλους illi sese appellitabant de impudentia et audacia aetatem, sexum, ordinem violante: αὐτοληκύθους autem de simplicitate vitae et frugalitate, quae pedissequos nullos desideraret oleariam gestantes ampullam neque splendorem in victu et cultu affectaret, sed ipsamet sibi serviret necessariaque administraret, cujusmodi est gestatio ampullae oleariae ad balneum aut in itinere, seu quia servo quisquis caret, seu quia molestias et fastidia vitae pompaticae abhorret. Citat h. l. Harpocration v. Ἰθύφαλλοι et Αὐτολήκυθοι. REISK. V. Hesychius vol. 1. p. 626. 1103. vol. 2. p. 34. et Anecd. Bekk. p. 204, 27. 465, 17. SCHAEF.

1261, 22. ἡμᾶς δὲ—] Sensus, *Conon etiam nos tales esse contendet, sed simul eos, quorum ἀγνωμοσύνη et πικρία ludicra pro seriis habeat quaeque oporteat negligi, cum jocularia sint, ut contumeliosum facinus ulciscatur.* Conf. p. 1262, 3., ubi ἡ τοῦ Κόνωνος κατασκεύασις in antecessum refellitur. SCHAEF.

1261, 26. εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν] *Si talia de vobis dici possunt.* SCHAEF.

1261, 28. ἐστὶν] Non damno. Videri tamen possit praemissum ὀφείλει potius ἔσται postulare. REISK. Non postulat. Futuro illi respondent quae post sequuntur futura. νομισθήσεται et ἔσται. SCHAEF.

αὐτὸν] Subaudi εἶναι. SCHAEF.

1262, 13. παρ' ὑμῖν] Cohaeret cum δίκην οὐ δώσει v. 16. REISK.

Quis tale ferat hyperbaton? Rectam in viam Reiskium ducere poterat quod legitur p. 1263, 17. SCHAEF.

1262, 17. τὰς ἀναγκαίας προφάσεις] Sunt caussae, ob quas necesse est jure experiri. SCHAEF.

ὅπως μὴ μείζους γίγνωνται] Ut, si forte e. c. convicio laesus sis, statim postules conviciatorem, ne gravior injuria consequatur. SCHAEF.

1262, 23. ὅταν ἥττων ᾖ] *Quando adversario cedere cogitur.* SCHAEF.

1262, 26. τοῦ] τῷ A. r. Perperam. Genitivus enim articuli infinitivo junctus valet τὸ ἵνα, dativus τὸ ὅτι. SCHAEF.

1263, 10. εἱλκόμην καὶ ἐξεδυόμην—] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 270. REISK.

ὑγιὴς] Bene habet. *cum domo exissem sanus et bene valens, eo reportarer sublimis inter manus gestantium.* Nugatur ad h. l. Palmerius Exercitat. p. 647. REISK.

1264, 3. προῆκται] Reisk. in Ind. Graecitat.: προάγεσθαι, educare liberos, instituere genere quodam morum. Quod non explet vim verbi Graeci. Est quod nos dicimus *verziehen.* [Anglice *to spoil a child.*] Photius Προαγωγὸς. διδάσκαλος κακῶν. Quomodo corrigenda glossa Hesychii vol. 2. p. 1022. Προαγωγός. διδάσκαλος κακός. SCHAEF.

1264, 4. ἐφ' ὧν ἐνίοις] Sicut ἐπὶ τούτων ἐνίοις. WOLF.

1264, 10. τούτους] Idem est ac si dixisset: καὶ αὐτὸς ἠξίουν ἂν τούτους τιμᾶν καὶ δεδιέναι ἑαυτόν. *postulasset ut hi quoque se,* patrem, *in honore et reverentia haberent.* REISK.

1264, 28. ἀπείπωσιν] *Deliquerint animis sub verberibus* Reisk. in Ind. Graecitat. Immo referendum ad τοὺς ἀσελγαίνοντας. *donec contumeliis exsatiati sint.* V. p. 1265, 12. SCHAEF.

1265, 3. ἐποίησαν—τὴν ὥραν] S. τῆς διαίτης. ἔξω μέσων νυκτῶν, *extra medias noctes,* utrum post an ante mediam noctem? et quomodo fieri hoc potuit, cum hujusmodi negotia tantum interdiu tractentur? Fortassis cum sero ad arbitrum venissent, rem de industria in multam noctem protraxerunt. Nam sequitur v. 21. τῆς διαίτης ἀποφαινομένης νυκτός. WOLF. Sententia est: eos rixando, jocando, praestigiis et nugis a caussa alienis rem usque ultra mediam noctem extraxisse. REISK.

1265, 6. λίθον] V. ad p. 1119, 7.

1265, 8. εἶναι—πεπονθέναι] F. εἶναι παιδίον αὐτῷ, τοῦτο δὲ πεπονθέναι—. *esse Cononi puerum, hunc autem passum esse—:* ab Aristone, opinor. Ut hanc homines caussam illius rixae coram arbitro dixisse videantur. SCHAEF.

1265, 12. ἑαυτούς] Scilicet πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες καὶ ἐξορκίζοντες. SCHAEF.

1265, 15. ἐθέλειν] Distinxi commate figendo post ἐχίνους, quod comma post ἐθέλειν expunxi. *sponsionem offerebant, sese velle tradere servos ad tormenta.* Cohaeret enim ἐθέλειν cum προκαλοῦνται. REISK. Recte. Sed non propterea opus distingui post ἐχίνους. SCHAEF.

1265, 29. *παρ' ἐκείνοις ἂν ἦν ἡ δίκη*] Fuissent mei necessarii eos apud Areopagitas de caede accusaturi. REISK.

1266, 1. *εἰ δ' ἄρ' ἠγνόησε—*] *Sin autem ignoravit auctorem vulnerum se a me dictitari, et hac ignoratione sese purgare atque excusare contendet caussabiturque, ut statim faciet, se propterea, quod ignorasset, culpam mali a me in se conferri, defensionem haud praeparasse,—.* REISK. *τὸ δίκαιον* non est caussatio ignorantiae, sed *ἡ πρόκλησις τοῦ γενέσθαι τὴν βάσανον ἕνεκα.* V. p. 1265, 20. et infra v. 12. SCHAEF.

1266, 3. *ἀνεστηκὼς ἤδη*] *Cum jam lecto resurrexissem morbo liberatus et pristinae bonae valetudini redditus.* REISK.

προσεκαλεσάμην] Male alii libri *προεκαλεσάμην*. Subauditur *πρὸς τὸν ἄρχοντα.* Non enim actor in hac quidem caussa sponsione (*προκλήσει*) certabat, sed reus: actor autem reum *προσεκαλεῖτο*, ad judicem adesse jubebat. REISK.

1266, 5. *παραδιδοὺς*] *τοὺς οἰκέτας.* SCHAEF.

1266, 11. *ὧν*] Vulg. *καὶ ὧν.* *καὶ* omittit Bavaricus: item post *ἐποίει* distinguit. Expunxi *καὶ.* quod si servetur, tum etiam sit *καὶ τοὺς χρόνους* legendum. Tria commendat actor judicibus puncta, quae illos vult memori mente habere: 1. tempus oblatae sponsionis, mediam puta noctem; 2. caussam oblatae sponsionis, scilicet ludificandi ergo et rem extrahendi; 3. temporis praeteriti acta, quod Conon multa omiserit, quae dudum illi fuissent agenda, si caussam suam voluisset in tuto collocare. Sunt haec tria *ἀσύνδετα*: aut si *καὶ* in capite secundi puncti ferimus, non poterimus facere quin *καὶ* etiam tertio puncto, quod a verbis *τοὺς χρόνους* incipit, praefigatur. REISK.

1266, 13. *αὐτῷ*] *Tempora superiora, quibus nunquam ita se gessit ut constare possit eum voluisse justo hoc excusationis et defensionis titulo* (*τῇ προκλήσει*) *potiri.* Magnum enim alias dabat pondus caussae rei, si posset probare se sponsionem actori obtulisse de servis suis quaestioni per tormenta dedendis. Quem titulum excusationis, quo utebatur Cono, modis omnibus laborat actor infringere atque debilitare. REISK.

ἀξιώσας] Scilicet *αὐτῷ γενέσθαι*, quod praecessit. REISK. Immo subaudiendum *προκαλέσασθαι*. V. ad p. 372, 26. SCHAEF.

1266, 15. *ἅπερ παρ' ὑμῖν*] Scilicet *ἐλέγχεται ὑπ' ἐμοῦ.* REISK.

1267, 7. *εἰσιέναι*] Subaudi *εἰς τὸ δικαστήριον.* REISK.

1267, 10. *οὕτως—φαίνεται*] F. *ὄντως ἐστὶν ἀληθῆ καὶ φαίνεται.* Nam *τὸ ὄντως* et *φαίνεται* belle inter se opponuntur. WOLF. *οὕτως* bene habet. Nec vim verbi *φαίνεται* Wolfius recte intellexit. Subaudiendum enim *ἀληθῆ ὄντα.* *ac nemo non videt vera esse.* SCHAEF.

1267, 11. *μὴ παρασχομένῳ*] *εἰ μὴ παρέσχετο.* SCHAEF.

1267, 18. *ὄφελος*] Scilicet *ἔσται.* Mallem sic enunciatum fuisse:—*τοιοῦτοι ὥστ', ἐὰν ἅπαξ—μαρτυρεῖν. μηδὲν εἶναι τῆς ἀληθείας ὄφελος.* REISK.

ἀλλὰ—τοιοῦτοι] Est *ὑποφορά.* quam continuo sequitur *ἀνθυποφορά.* SCHAEF.

1267, 21. Non sine vi additum est τὸν ἐπιπόλιον τουτονί. Turpissimum talia patrare hominem, cujus capilli jam canescunt. SCHAEF.

1267, 22. λακωνίζειν] *Severos Spartiatarum mores se imitari.* SCHAEF.

1267, 23. ἁπλᾶς] Citat h. l. Harpocration v. Ἁπλᾶς. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 205, 30. 425, 12. SCHAEF.

1267, 28. τυπτόμενον] Scilicet τινὰ ὑπὸ σοῦ. REISK. Non τινὰ, sed αὐτόν. SCHAEF.

1268, 2. τὴν κεφαλὴν—φήσομεν] *Capitis aliusve partis fracturam te passum dicemus.* SCHAEF.

1268, 6. ὅσα γὰρ μὴ δι' αὐτῶν] Subaudi γέγονε. *nulla enim in re poterunt testes exhibere, quae non per ipsos solos, sed etiam per alios gesta fuit et in qua gerenda praeter ipsos alii quoque intervenient.* REISK. Probabiliora statim addit: "οὐδενὸς] Id est τούτων οὐδενός. Sententia haec est: ὅσα μὴ δύνανται βεβαιοῦν δι' ἑαυτῶν μόνων, φάσκοντες ἢ ὀφθῆναι, ἢ ἀκουσθῆναι, ἢ γεγονέναι, ἀλλ' ἃ καὶ προσδεῖ τῆς ἔξωθεν πίστεως, τούτων οὐδενὸς μάρτυρα παρέξουσι καθ' ἡμῶν." Quanquam ne haec quidem satisfaciunt. Verto: *nam nisi quod sibi ipsi testabantur, nullum adversus nos testem habebunt.* Plutarchus V. Timol. c. 3. πρᾶος διαφερόντως, ὅσα μὴ σφόδρα μισοτύραννος εἶναι καὶ μισοπόνηρος. SCHAEF.

1268, 10. ἵνα δ' εἰδῆτε, —, λέγε αὐτοῖς] Adverte repentinam conversionem orationis. SCHAEF.

1269, 3. πέπυσμαι γὰρ ἐξ ἀνάγκης] *Coactus enim in hominis mores inquisivi.* V. p. 1262, 18. SCHAEF.

1269, 5. ὑμῖν] *Auctoritate vestra, jussu vestro, judicio a vobis morte damnatus.* REISK. Conf. p. 1262, 13. 1263, 17. SCHAEF.

1269, 8. Τριβαλλοὺς] V. Etymolog. M. p. 765, 55. Hesychius vol. 2. p. 1413. Photius p. 600, 9. (ubi οἰκίας mutandum in αἰκίας) et Anecd. Bekk. p. 307, 3. Accentus sedes variat: nam alii scribunt Τρίβαλλοι. SCHAEF.

τά—Ἑκαταῖα] V. Anecd. Bekk. p. 247, 27. SCHAEF.

1269, 10. κατεσθίειν] Vulg. κατακαίειν, quod vitiosum esse liquet: non item, quomodo emendandum sit. Codices aliqui dant κατεσθίειν, ad sententiam bene. Quod recepi. Videtur tamen Demosthenes potius καταπίνειν dedisse, aut, quod praefero, κατ' ἀγυιὰς, *per semitas* aut *per compita.* Locum hunc egregie exposuit Hemsterhusius ad Luciani vol. 1. p. 330. Lectionem, quae mihi inprimis probatur, κατ' ἀγυιὰς, si sequimur, cohaerebit ea cum συλλέγοντας συνδειπνεῖν. eos solitos fuisse, cum per compita collegissent Hecataea et testiculos porcellorum, —, ex ejusmodi dapibus collectitiis epulas parare. REISK. Vide ne in illo κατακαίειν lateat glossematis κατεσθίειν glossa κατακάπτειν. Hoc verbum, probae illud notae, etsi nondum relatum in Lexica, vel maxime docet talem gulam, quae ne sacris quidem dapibus abstineret. SCHAEF. κατακαίειν delet Baiterus.

1269, 10. *τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοίρων, οἷς καθαίρουσιν* (scilicet *οἱ πρυτάνεις*)] *Testiculos porcellorum, quibus prytanes concionem purgant* vel *februant, in publicum projectos.* Nemo honestus et paulo religiosior ejusmodi dapes attingebat, quippe quae piaculares essent, sed solummodo aut pauperes eas tollebant, aut Cynici, aut nemo. REISK.

1269, 11. *εἰσιέναι*] Et ad eos, qui magistratus inituri sunt, et ad ludiones theatrum ingressuros referri potest. WOLF. Hinc talia februa dicuntur *εἰσιτήρια*. V. p. 400, 25. SCHAEF.

1269, 12. *ἢ ὁτιοῦν*] Scilicet *τούτων ποιεῖν, ἃ ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ῥᾷστα καὶ εὐχερέστατα*. REISK. *οὐδέν γε μᾶλλον ἢ ὁτιοῦν* p. 1287, 20. SCHAEF.

1269, 15. *ἀλλ' ὁ μηδ' εὔορκον μηδὲν—*] Sed ille vir est fide dignus, qui ne sanctum quidem et legitimum quoddam jusjurandum unquam dixerit, per capita liberorum autem ut dejeraret ne per somnium quidem in animum induxerit, quod jurisjurandi genus moribus et institutis vestris interdictum est, sed omnia prius tolerarit quam id fecerit, aut, si prorsus facere nequeat quin, cogente necessitate, juret, ita juret ut jus et fas est : (quibus verbis ipse semet designat :) ille semper dignior est cui fides habeatur a vobis quam is, qui —. REISK. Ad *ὁ μηδ'—ὀμόσας* subaudi *εἰκῇ* s. *μὴ ἀναγκασθείς*. SCHAEF.

1269, 16. *πρότερον*] Scilicet, quam ut eo modo juret. REISK.

1269, 18. *διὰ τοῦ πυρός*] Forsitan qui apud aram stans jurat tenens manum extentam super ardente foco. REISK. Vertam, *vel dum ara ardet*. SCHAEF. Recte intellexit Dobraeus, qui comparavit Aristoph. Lys. 133. *κἄν με χρῇ, διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω βαδίζειν*. et 136. *κἀγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός*. Soph. Antig. 265. *ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν καὶ πῦρ διέρπειν*.

1269, 28. *ἕνεκα*] Hoc dicitur : Juro per deos deasque omnes, quandoquidem vestra ipsorum magis etiam quam mea refert talem rem jurejurando sanctissimo confirmari. *τῶν γὰρ τοιούτων οὐδὲν νομιστέον ἴδιον*. V. p. 1270, 12. SCHAEF.

1270, 8. *πάνθ' ὅσα ἐστὶ δίκαια*] *τὸ ἑξῆς* est : *δίκαια πάνθ' ὅσα ἐστί*. *quotquot suppeditant tituli juris.* SCHAEF.

1271, 1. *οὔθ' οὗτος οὔτε τῶν τούτου οὐδείς*] Scilicet *χρήσιμοι ὑμῖν γεγόνασιν*. REISK.

1271, 6. *οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν*] Eadem verba in fine Isaei orationum de Apollodori et de Cironis hereditate.

LV.

ADVERSUS CALLICLEM.

ΠΕΡΙ ΧΩΡΙΟΥ] βλάβης addit Harpocratio s. v. χλῆδος. Brevius Δ. ἐν τῷ πρὸς Κ. idem s. v. ἀποικοδομεῖς.

1272, 1. Οὐκ ἦν ἄρ'—] Wolfius: *Nihil profecto molestius est.* Bene ad sensum: nec cuiquam placeat verti *erat.* De idiomatico hoc usu imperfecti ἦν sic positi, ut vice praesentis fungi videatur, (fallitur enim, si quis de vera temporum ἐναλλαγῇ, futili commento prioris aetatis, cogitat,) egi ad Theocrit. 19. 8. ad Sophocl. Oed. C. 1697. Ind. ad Odyss. p. 155. et ad schol. Apollon. Rhod. p. 162. SCHAEF.

1272, 17. ὁ πατὴρ] Tisias, ut patet e p. 1273, 8. REISK.

1272, 20. ᾔδει] Scilicet τὸ ἀληθὲς τῶν πάλαι γεγονότων καὶ δεόντων περὶ τὸ χωρίον. REISK.

1273, 8. ἀποικοδομεῖς] Citat h. l. Harpocration v. Ἀποικοδομεῖς. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 428, 7., quam glossam immemor hujus loci ad p. 1277, 12. retulit Bekker. SCHAEF.

1273, 11. εἶχες] Malim εἴχετε. *tu et pater tuus.* REISK. Fallitur. Intelligendum de Callicle, qui, si tale quid olim factum esset, testibus nunc uti posset. SCHAEF.

1273, 20. ἐκεῖνος] Scilicet ὁ διαιτητής. REISK. Immo testis. SCHAEF.

1273, 22. τηλικούτου] *Tantulae aetatis.* SCHAEF.

1274, 7. ἡμέτερον ἴδιον] Junguntur etiam p. 1275, 7. Lucianus vol. 1. p. 664. τοὐμὸν ἴδιον. SCHAEF.

1274, 11. τοῖς ἴσοις] ἴσοις καὶ κοινοῖς p. 1281, 25. SCHAEF.

ἀλλ' οὐχ οὗτοι] Scilicet voluerunt arbitris aequis rem permittere, quamquam nunc quidem dicent se voluisse. REISK.

1274, 15. ὄρους—κύκλῳ] Xenophon Hellen. 4, 6, 8. διὰ τὰ κύκλῳ περιέχοντα ὄρη. SCHAEF.

1274, 16. τοῖς χωρίοις] F. τὰ χωρία. WOLF. τοῖς χωρίοις non cum περιέχοντος cohaeret, nam id accusativum sibi jungi postu

lat. sed cum συμβαίνει. Aut cohaerebit hic dativus cum καταρρέον, ut ὕδωρ τοῖς χωρίοις καταρρέον idem sit atque ὕδωρ εἰς τὰ χωρία καταρρέον. REISK. Malim τοῖς χωρίοις dicere dativum incommodi. SCHAEF.

1276, 7. νὴ Δί'] Abest ab A. r. Parum apto hîc loco positum aptius legetur post vocem proxime sequentem: εἴτ' ἐν ἀγρῷ εἴτε νὴ Δί' ἐν ἄστει—. V. Ind. ad Meletem. Crit. p. 152 b. SCHAEF.

1276, 26. οὐ γὰρ—προσαναγκάσει] Aristides T. p. 198. sic recitat: οὐ γὰρ δὴ ἐκπιεῖν με αὐτὸ Καλλικλῆς ἀναγκάσει. REISK.

1277, 5. τοὺς—χειμάρρους] Canales egerendae aquae pluviae etc. SCHAEF.

1277, 10. ὃ] Id est διὸ, *quapropter*. Ego tamen sic malim legi: ὃ δὲ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον· Καλλικλῆς μὲν (sine εἰ)—. REISK. Nec vulgatam mutabis nec cogitabis de ellipsi praepositionis διά. ὃ καὶ θαυμαστόν ἐστιν. εἴ τις ὑμῶν ἀγνοεῖ p. 779, 13. Mutata constructione p. 802, 20. ὃ καὶ δεινότατον ἂν εἴη συμβαῖνον. τοὺς μὲν—μὴ τυχεῖν—. pro quo item scribi poterat: εἰ οἱ μὲν—μὴ ἔτυχον—. Erravi autem ad p. 779, 13., et cum ὃ l. c. dicerem accusativi esse casus pendentis a verbo ἀγνοεῖ, et cum talia ut ἐπεξηγητικῶς dicta interpretarer. Nulla enim hîc ἐπεξήγησις est. sed eadem obtinet constructionis ratio. quae in Isocrateo p. 169. ed. Bekk. Oxon. Ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον, εἰ φιλοπονώτατοι δοκοῦντες εἶναι τῶν Ἑλλήνων ῥαθυμότερον τῶν ἄλλων βουλευσόμεθα περὶ τούτων. Scilicet ὃ καὶ— ponitur, quando arctus est enuntiationis nexus cum antecedentibus: sed ὃ δὲ—, quando transitus fit ad novum argumentum. Idem constructionis idioma, sed sequente particula ὅτι, reperies p. 1341, 26., ubi rursus somniat Reiskius ellipsin praepositionis διά. Melius idem interpretatur p. 1396, 4. Add. p. 1419, 27., ubi Wolfius fallitur. Plutarchus V. Caton. Major. c. 18. ὃ δὴ καὶ μάλιστά φασι τὸν φιλόσοφον Ἀρίστωνα θαυμάζειν, ὅτι τοὺς—. Idem Compar. Cimon. c. Lucull. c. 1. ὃ καὶ θαυμαστόν ἐστιν· ὑπεναντίως γὰρ ἡ νεότης—. SCHAEF.

1277, 13. τοῦ χωρίου] Scilicet τοῦ ἡμετέρου aut τοῦ ἑαυτοῦ ἰδίου. REISK.

1277, 23. αὐτοὶ δι' αὐτοὺς βεβλαμμένοι] V. p. 1278, 2. SCHAEF.

1277, 24. τοιαύτην αἰτίαν] Scilicet τοῦ αὐτοὺς δι' αὐτοὺς βεβλάφθαι. εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, scilicet πεποιήκασι τοῦ φυλάττεσθαι τὴν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐσομένην βλάβην. Quae cum Reiskius secus intellexisset, a vero loci sensu videtur multum aberravisse. SCHAEF.

1277, 29. τούτους μὲν—, τουτονὶ δὲ—] *Cum illi nihil incusent—, hunc—*. V. ad p. 667, 13. SCHAEF.

1278, 3. ἵνα—εἴσω] Cupiditas Calliclis notatur. SCHAEF.

1278, 17. ἐκείνης] Redit ad matrem Calliclis. REISK.

1278, 21. ἦ μὴν—ἔφη] Cum antecedentia instar habeant

formulae jurandi, recte incipit narratio a particulis ἦ μήν. SCHAEF.

1278, 25. φάσκειν] Calliclis matrem. SCHAEF.

1278, 26. τοσαῦτα] Paucitatem h. l. significat. SCHAEF.

1278, 28. τειχίον] τειχίον est id, quod nos Germani appellamus *einen Schuppen* aut *Schoppen*, unde nomen *scabinorum* exstitit. Est in villis area vacua tecto superne munita carris ibi reponendis. *Porticum* dixeris. REISK. "quodvis sepimentum circa aulam aut villam." Dammius Lexic. Homer. Est, opinor, maceria, de qua v. 3. SCHAEF.

παλαιὸν] Ruinosum, male fultum, tignis cariosis et exilibus. REISK. Si maceria fuit, de tignis non cogitandum. SCHAEF.

ἐπῳκοδόμησεν] Vertam *refecit*. Xenophon Hellen. 6, 5, 12. καὶ ἐπῳκοδόμει δὲ τεῖχος αὐτῶν, ὅσα ἐδεῖτο. SCHAEF.

1279, 1. μήτ'—μήτ'] Recte posita est negativa μὴ, quoniam hoc membrum pendet ab enuntiatione, cujus forma est conditionalis, εἰ τειχίον—. V. p. 1281, 7. SCHAEF.

1279, 3. ὁπότε] Poterat etiam εἰ scribi. Haec caussa est, cur rursus negativa μὴ sequatur, non οὐ. SCHAEF.

1279, 21. ἀτίμητον] Subaudi δίκην, quod latet in v. δικάζονται. SCHAEF.

1279, 22. τὸ παράπαν ἅπαντα] Alterutrum horum redundare videtur. REISK. Non redundat. *si omnia in summam cogas.* SCHAEF.

1280, 7. ἀποικοδομηθέντος] Scilicet τοῦ ὕδατος. *aqua aedificiis vel moenibus oppositis exclusa.* Aut etiam τοῦ χωρίου. *villa hujus Calliclis adversus impetum aquae communita.* REISK. Neutrum subaudi, sed absolute intellige, quasi dictum sit ἀποικοδομίας γενομένης. Passiva enim passim usurpari impersonaliter obiter monui Ind. Gr. ad Porsoni Hecub. p. 117. edit. tert. Lips. SCHAEF.

1280, 15. διεφθαρμένον] *Mente captum.* Opponitur σωφρονεῖν. SCHAEF.

1280, 16. προθυμίαν] *Cupiditatem.* SCHAEF.

1280, 21. τοιαύτην ἑτέραν δίκην] Qualis scilicet prior illa fuit, aut etiam qualis haec est, quae nunc agitatur. REISK. Posterius verum. V. v. 23. SCHAEF.

ἐπιγραψάμενος] Ita machinatus, ut in libelli accusatorii a se in ista caussa praetori exhibiti fronte non meum, sed Callari nomen, servi mei, scriberetur a scriba publico. Sed quae de caussa Callari narrat, minus intelligo. REISK. Callarus videtur villicus fuisse. SCHAEF. Servo quum δίκη intentata dicitur, intelligendum est hero caussam agendam fuisse. Monuit Schoemann. Antiq. p. 189.

1280, 26. ὑπὲρ ὧν—δικάζονται] Resolve sic: δικάζονται ὑπὲρ τούτων ἃ (h. e. τούτου ὃ) φράξας ὁ πατὴρ πλέον ἢ πεντεκαίδεκα ἔτη ἐπεβίω. ὑπὲρ ὧν compares cum notissimo ἀνθ' ὧν. SCHAEF.

1281, 3. ὅστις—προσκαταγνώσεται] ὅστις καταγνοὺς ἐμοῦ τὰ

χωρία τούτοις ἀπονεμεῖ. WOLF. προσκαταγιγνώσκειν τινί τι, *adjudicare alieni aliquid*, *einem etwas zusprechen*. Sed significantius Graecum ob adjunctam praepositionem *κατά*, cujus vim Wolfius bene indicavit. SCHAEF.

1281, 21. ἀλλ'] Antecedentibus magis responderet *ὅσον ὅτι*. Conf. not. ad Aesopum Heusingeri p. 96. SCHAEF.

1281, 22. ἐλαύνοντες] *Vexantes*. Explicat quod statim sequitur συκοφαντοῦντες. SCHAEF.

1281, 26. τοῖς αὐτοῖς ὑμῖν ὀμωμοκόσι] *Vobis judicibus, qui et ipsi jurastis*. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 63.

LVI.

IN DIONYSODORUM.

De tempore hujus orationis tantum constat, habitam esse post Olymp. 112, 2. V. ad p. 1285, 3.

In argumentum Libanii.

1282, 1. Δαρεῖος] F. Ἄρειος. Unde vero Libanius hominis nusquam in oratione nominati nomen rescivit? E commentariis, opinor, veterum Demosthenicis, quae invida aetas nobis dudum eripuit. SCHAEF. Darii nomen legitur in subscriptione codicum B. S. Vid. annot. crit. ad p. 1298, 4.

1282, 1. Κοινωνός εἰμι] Intelligitur hoc e p. 1284, 21. Orditur autem orans ab his verbis, quod nomen ejus in syngrapha scriptum non esset. V. l. c. SCHAEF.

1282, 2. κατὰ θάλατταν τὴν ἐργασίαν] F. τὴν κατὰ θάλατταν ἐργασίαν. τῆς ἐργασίας—τῆς κατὰ θάλατταν p. 893, 21. SCHAEF.

1283, 3. γραμματιδίῳ—καὶ βιβλιδίῳ] γραμματίδιον et βιβλίδιον quomodo differunt? Videtur alterum ipsa membrana fuisse, in qua tabulae contractus exararentur, alterum involucrum. REISK. Ambae voces, opinor, unum idemque significant: ut sit abundantia loquendi, sed oratoria illa, quo magis appareat vilitas rei, quae pro bonis numis datur. Eodemque ipse Reiskius modo videtur intellexisse, cum scriberet notam ad p. 1401, 18. SCHAEF.

1283, 8. τὸ βέβαιον] Hoc si cohaeret cum προϊέμεθα et pecuniam significat, quam quis in manibus habet, tum stare quidem potest vulgata distinctio (τῷ—πιστεύοντες, καὶ τί λαβόντες, τὸ βέβαιον προϊέμεθα;) sed pro λαβόντες legendum erit μαθόντες. *qua de caussa, quo moti e manibus certum dimittimus pro incerto, numos praesentes pro spe dubia?* Sin autem προϊέμεθα per se stat et sic nude usurpatum est pro προϊέμεθα τὸ ἡμέτερον ἀργύριον, tum mutanda erit distinctio ad hunc modum: τί λαβόντες τὸ βέβαιον, προϊέμεθα; *quodnam genus securitatis vel cautionis adepti dimittimus nostros numos?* REISK. Posterius verum. Satis ostendit quod legitur p. 1287, 25. τί γὰρ ἔχοντες δίκαιον ἢ τί τὸ ἰσχυρὸν ἀντιδικήσομεν —; SCHAEF.

1283, 20. *ὥρᾳ*] Appellant sic Graeci eam anni partem, qua fruges et poma uvaeque maturescunt et colliguntur. REISK. Intelligendum videtur anni tempus quo *ὥραιος πέλεται θνητοῖς πλόος.* SCHAEF.

1283, 22. *ἐκεῖσε ἐξελόμενος*] *Cum illuc exportasset:* ne putes *ἐκεῖσε* esse i. q. *ἐκεῖ*. Quanquam etiam *ἐκεῖ* scribi potuerat. Conf. p. 1286, 1. 1289, 11, 17. SCHAEF.

1284, 2. *ζημιώσων*] Mulctandus enim procul dubio secundum leges erat actor, si Dionysodorus potuisset evincere actorem contra sententiam contractus egisse: qui contractus creditori jus adimebat debitorem de solutione pecuniarum creditarum postulandi, si navis periisset. Sed aiebat Dionysodorus navim perisse: negabat actor. REISK.

1284, 11. *ἐπὶ τῇ νηΐ*] Subaudi *τῇ ἑαυτῶν*. REISK.

1284, 13. *ἀποκριναμένων δ' ἡμῶν*—] V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 62. SCHAEF.

1284, 18. *ἀμφοτερόπλουν*] Citat h. l. Harpocration v. *Ἀμφοτερόπλουν*. REISK.

1284, 21. *ἔξωθεν*] Etsi nomine meo ut creditoris in syngrapha non scripto. SCHAEF.

1285, 3. *ἄρξαντος*] Hoc de Cleomene nihil comperi. Constat tamen ex hoc loco magnam ejus in Aegypto potestatem Alexandro M. superstite fuisse. REISK. Cleomenes was appointed praefect of Egypt by Alexander B. C. 331. (Olymp. 112, 2.) Arrian Anab. 3. 5. Dexippus ap. Photium Bibl. cod. 82. p. 200. Cleomenes was charged with the building of Alexandria. Aristot. Oecon. 2, 33. *Vectigalibus Africae Aegyptique praepositus.* Curtius 4. 8. 5. He remained in this office till he was put to death by Ptolemy B. C. 323. (Olymp. 114. 2.) Pausan. 1. 6, 3. CLINTON. Fast. Hell. vol. 2. p. 157.

1285, 6. *παλιγκαπηλεύων*] Dardanarium agens. SCHAEF.

συνιστὰς] Imperans, edicens, statuens pro arbitrio suo et mandans suis procuratoribus per literas, quanti identidem velit frumenta sua vendi. REISK. V. Ind. Graecitat. s. h. v. SCHAEF.

1285, 8. *τὰ χρήματα*] *τὸν σῖτον. τῶν χρημάτων ἔνια* p. 1289, 19. Add. p. 1290, 13. *ἀγώγιμα* ibid. v. 11, 23. *γόμος* v. 10, 18. Xenophon Hellen. 1, 6, 37. *παρήγγειλε—τοῖς ἐμπόροις τὰ χρήματα σιωπῇ ἐνθεμένους ἐς τὰ πλοῖα ἀποπλεῖν.* Quod Schneiderus recte intellexit de commeatu. SCHAEF.

1285, 10. *ἐμπορίαις*] *ἐμπορείαις* A. Kusterus ad Suid. v. *Συνετιμήθη* vol. 3. p. 403., qui locum hunc ibi, sed longe aliter, affert, vult *τοῖς ἐμπορίοις* (*naves ad emporia appellebant*) pronuncians tam lectionem vulgatam, *ταῖς ἐμπορίαις*, quam lectionem a Suida prolatam, *τοῖς ἐμπόροις*, perinde vitiosam esse. Ego vero ut in hoc Kustero assentior, ita conjecturam ejus probare nequeo. Sententia est: alii itinera maritima faciebant iisdem in navibus, in quas impositae essent merces a Cleomene ex Aegypto quaquaversum dimissae, iisque mercibus ut custodes praeerant videntes

ut tuto in portus quaeque suos deveherentur in manusque eorum traderentur, quos Cleomenes in portu quoque constituisset, qui merces eas venderent. REISK.

1285, 10. ἐνθάδε] Athenis. SCHAEF.

1285, 11. καθεστηκυίας] Recurrit mox v. 25. et p. 1286, 1. V. ad p. 219, 20. SCHAEF.

1285, 21. ἐπειδὴ—ἐγένετο] Cum Athenas venisset classis frumentaria cum frumentis e Sicilia advectis. REISK. Sicilia cum Aegypto Pontoque Atticam alebant. SCHAEF.

1285, 23. οὗτος] Dionysodorus. REISK.

1285, 25. τἀνθένδε] Euripides Iphig. Taur. 1409: ἀπεστάλην σοι τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν—τύχας. De hoc idiomate v. ad p. 671, 19. SCHAEF.

1285, 27. πέρας δ' οὖν, λαβὼν γὰρ—] *Finis autem hic fuit machinationis: cum accepisset —.* Quanquam πέρας (s. τέλος) δέ non memini legere sic usurpatum ut σημεῖον (τεκμήριον) δέ. SCHAEF. Similiter ὕστερον δέ, sequente γάρ ap. Isaeum p. 36, 22. quos locos inter se comparavit Bernhardyus Syntax. Graec. p. 465.

1286, 2. ἀποδίδοται] ἀποδίδονται (Parmeniscus ejusque socii) Reiskius. Ego ita probo, ut postea bis scribendum censeam καταφρονήσας cum A. r. SCHAEF. Numerus singularis non dubitandum quin a correctore sit illatus, quem paullo durior diversorum numerorum conjunctio offendisset, cujus similia quaedam exempla attulit Maetzner. ad Antiphont. p. 161.

καταφρονήσαντες] καταφρονήσας A. Desitne hic loci aliquid, nec ne, in dubio relinquam. Pluralis certe numerus est tuendus: redit enim ad utrumque, Dionysodorum et Parmeniscum. Si quid deest, videtur ὥστε φαίνονται deesse. *quo constat eos contemsisse.* REISK.

1286, 6. τοὺς ἐπιβάτας] V. ad p. 1208, 20. SCHAEF.

1286, 10. τούτῳ—ἐπιβουλῆς] Citant Anecd. Bekk. p. 450, 19. SCHAEF.

1286, 15. δανεισάντων] Subaudi ἡμῶν. REISK. Cur subaudias quod antecessit v. 11? Jungenda enim ἡμῶν διορισαμένων καὶ δανεισάντων. SCHAEF.

1286, 17. αὐτοὶ δ' οὐδὲν μᾶλλον—] Sententia est: illos nihilo propterea magis huc cum nave sua appellere, tametsi discrimen videant, in quod nos fraude sua conjecissent. REISK. Immo: tametsi reditum Athenas ipsi condixissent. SCHAEF.

1286, 20. εἰς ὃ συνεγράψαντο] συγγραψάμενοι εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον p. 1297, 2. SCHAEF.

1286, 21. ἀλλὰ] Hic non est adversativa, sed significat *saltim, minimum, si nihil aliud, hoc tamen.* REISK.

1286, 22. τοὺς τόκους—ὁμολογηθέντας] Poterat enim actor, si stricto jure vellet uti, duplum postulare, quia conditionibus contractus non fuerat satisfactum. REISK.

1286, 26. τὸ πρὸς μέρος] Praepositionem omittit A. Ego vero teneo existimans hoc idem esse atque si dictum esset: τὸ συμ-

βαῖνον μέρος τοῦ τόκου πρὸς τὸ ἀνάλογον μέρος τοῦ πλοῦ. REISK. Libanius Argum. p. 1282, 17. *πρὸς λόγον τοῦ πλοῦ τοῦ πλευσθέντος.* SCHAEF.

1287, 6. *οὐδὲν—διανοούμενος*] Non ideo magis, quod sic prae se ferret, in animo habens oblatam pecuniam dare. aeque parum in animo habebat id facere, quod aiebat, quam si nil dixisset. REISK.

1287, 8. *διὰ τὰς ὑπούσας αἰτίας*] V. p. 1286, 16. SCHAEF.

1287, 10. *ὑμετέρων*] Actor cum socio fuerunt inquilini. SCHAEFER.

1287, 11. *ἀπὸ ταὐτομάτου*] Addidit *διὰ τὰς ὑπούσας αἰτίας*, ne videretur res facta ex compacto. SCHAEF.

1287, 13. *τοὺς δὲ—μὴ καθομολογεῖν*] *Diffiteremur autem nomen* (*titulum*) *Rhodiae usurae.* Item *διὰ τὰς ὑπούσας αἰτίας*. SCHAEFER.

1287, 15. *κριθῶμεν*] *διακριθῶμεν* Suidas s. v. *τέως*. REISK.

1287, 16. *τὸ ἐκ τῆς συγγραφῆς δίκαιον*] Quo poteramus duplum postulare. REISK. Hic quidem non duplum cogitavit, sed integras usuras. SCHAEF.

1287, 18. *ὁμόσε πορευομένους*] *συγχωροῦντας. concedentes* Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *ὁμόσε*. Citat h. l. scholiastes ad Platon. p. 327. Bekk. SCHAEF.

1287, 20. *ἀναιρώμεθα*] Facetus est dialogismus actoris cum Dionysodoro. Tollite, ait Dionysodorus, tabulas contractus. Nos tollamus? respondet actor. Tune serio vis ut tollamus? Id nunquam fiet. REISK.

οὐδέν γε μᾶλλον ἢ ὁτιοῦν] *οὐδέν γε μᾶλλον*, scilicet *τοῦτο ποιήσομεν. ἢ ὁτιοῦν*, scilicet *ἄλλο τῶν ἀδυνάτων* aut *τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν.* Non magis hoc faciemus quam aliud quicquam eorum, quae fieri nequeunt aut sunt turpia et infanda. REISK. Nihilo magis tollemus quam quidquam aliud, quod tollere nefas est. V. not. ad p. 1269, 12. SCHAEF.

1287, 23. *τὸ μέντοι—ἀνελοίμεθα*] *De toto autem non tollemus syngrapham.* *τὸ σύνολον* i. q. *ὅλως* p. 1288, 7. SCHAEF.

1287, 25. *ἢ τί τὸ ἰσχυρὸν*] Possit hic articulus videri supervacaneus: verumtamen locus similis, qui est initio hujus orationis p. 1283, 8., possit ei succurrere. Malim tamen *ἢ τί ποτ' ἰσχυρόν.* REISK. Alter ille locus huic nostro tam similis est, ut temerarii sit articulum tollere. Vellemque codex articulum etiam ante *δίκαιον* insereret. Sic cod. unus dat *τί λαβόντες τὸ δίκαιον.* SCHAEF.

1288, 5. *κριθῆναι*] Ita positum est in bivio ut a legente debeat tacite iterari. Idem est ac si dixisset: *ἀξιούντων ἡμῶν Διονυσόδωρον κριθῆναι* (id est *ἐὰν κριθῆναι*), *ὡς ἑτοίμων ἡμῶν ὄντων κριθῆναι.* REISK. Non stat in bivio, ut iterandum sit. Quippe *ἑτοίμων ὄντων* est generis neutrius refertur que ad proxime antecedentia. *de controversa autem pecunia, at de qua liquido constaret.*—. Homericum *ἑτοῖμα* Odyss. 8. 384. scholiastes interpretatur *φανερά.* SCHAEF.

1288, 8. ἐπέταττεν] ἀπολαμβάνειν. SCHAEF.

ἔχει—τὰ ἡμέτερα καὶ χρῆται τοῖς χρήμασι] I. q. ἔχει—τὰ ἡμέτερα χρήματα καὶ χρῆται αὐτοῖς. Compares Euripidea: Hecub. 1030. ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῆκα καὶ κρατεῖς ξένου—; Orest. 571. ἐζημίωσε πατέρα κἀπέκτειν' ἐμόν. V. ad p. 363, 10. SCHAEF.

1289, 11. ἐν Ῥόδῳ] εἰς Ῥόδον A. r. Placet. V. p. 1290, 6. Quanquam etiam p. 1286, 1. legitur: ἐξαιρεῖται τὸν σῖτον ἐν τῇ Ῥόδῳ. SCHAEF.

1289, 21. συγκεχωρηκέναι] Id est ἀφεικέναι, remisisse usuram argenti, quae ipsis ex praescripto contractus Rhodo Athenas erat solvenda. Nomen enim erat Alexandriae contractum ea lege ut Athenis persolveretur. Verum foeneratores illi, cum Rhodum venissent, satis habebant pecuniam recuperare cum ea usurae parte, quae esset ab Alexandria inde ad Rhodum solvenda; alteram partem usurae, quae fuisset Rhodo Athenas solvenda, remittebant. REISK. συγκεχωρηκέναι non est i. q. ἀφεικέναι. Verte: *concessisse sibi, ut solam ferrent usuram itineris Rhodum usque.* οὕς φασι συγκεχωρηκέναι λαβεῖν—τοὺς εἰς Ῥόδον τόκους p. 1290, 27. Conf. p. 1291, 15., ubi satis apparet, quid intersit inter ἀφιέναι et συγχωρεῖν. SCHAEF.

τοὺς τόκους τοὺς εἰς Ῥόδον] Via scilicet aestimata, non ab Alexandria ad Rhodum, sed ab Athenis ad Rhodum. REISK. Immo ab Athenis ad Alexandriam et ab Alexandria ad Rhodum, h. e. πρὸς λόγον τοῦ πλοῦ τοῦ πλευσθέντος, ut Libanius p. 1282, 17. SCHAEF.

1289, 22. δεινὸν οὖν] Subaudi εἶναι. V. L. Bosii Ellips. p. 605. SCHAEF.

δεινὸν—συγχωρήσομεν] Citant Anecd. Bekk. p. 144, 16. SCHAEFER.

ἡμεῖς μὴ] μὴ ἡμεῖς Anecd. Bekk. SCHAEF.

1290, 4. πλὴν οὐκ] V. ad p. 241, 4. et Lobeckius ad Phrynich. p. 459. SCHAEF.

1290, 17. ἐκλεγόμενοι, τίνων—] Idem est ac si dixisset: ἐκλεγόμενοι ἔνια, ὧν—. REISK. F. ἐκλεγόμενοι, εἴ τινων—. SCHAEFER.

1290, 20. αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥόδῳ] V. ad Longi Pastoral. p. 371. et ad Theocrit. 25, 170. SCHAEF.

1290, 25. ἀλλὰ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν] Fero vulgatam, si sententia est: ἀλλὰ τοῦ ἔχεσθαι ὑμᾶς τοῦ συμφέροντος ὑμῖν. *sed documento est vos lucro vestro servire.* Sed nescio an orator sic reliquerit. REISK. Non dubito sic reliquisse. *sed documento est utilem illam vobis fuisse.* SCHAEF.

1291, 1. ὁ πεισθεὶς] In F. Q. γρ. οὔθ' ὁ δοὺς οὔθ' ὁ πείσας. Vere, opinor. *neuter injuriam patitur.* Ut significetur sic ne umbram quidem injustitiae posse oriri. Conf. similia quae collegit Lobeckius Parerg. ad Phrynich. p. 754. Ad ὁ πείσας subaudi δοῦναι. SCHAEF. Praetuli Bekkeri emendationem.

1291, 12. σὺ] Abest ab A. r. Bene adest. Sophocles Oed. T. 379. Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί. SCHAEF.

1291, 17. παρασυγγεγράφηκας] *Laesisti violando pacta inter nos inita.* Reisk. in Ind. Graecitat. Compares παρασπονδεῖν. SCHAEFER.

1291, 27. οὐδὲν—διέφερεν αὐτοῖς—] Si, quod potuerat (v. ad p. 113, 1.), scripsisset οὐ—διεφέροντο ἀφειμένοι—καὶ κομισάμενοι—, evitasset anacoluthon, quod peperit intersertum ὡς—κατεκόμισαν. SCHAEF.

1292, 2. δεῦρ' ἐπαναπλεῖν] *Rursus evehi in altum, huc ut appellerent.* SCHAEF.

1292, 3. ἀκέραιος] *Incolumis, tuta navigatio, ubi non metuendae sint tempestates:* ut non oporteat παραχειμάζειν καὶ περιμένειν τὴν ὡραίαν. Vulgatam ἀκαριαῖος Wolfius vertit: *brevis est et expedita navigatio.* Sed recte H. Stephanus: "Videtur tamen sonare, Navigatio momentanea." Jam quis momentaneam dicat navigationem e Rhodo in Aegyptum? Talis quidem superlatio vix sit sobrii oratoris. Adde quod, si momentanea erat navigatio, ὑπῆρχεν, οὐ δὶς ἢ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἐργάσασθαι τῷ αὐτῷ ἀργυρίῳ. SCHAEF.

1292, 5. τὴν ὡραίαν] V. ad p. 1283, 20. Anecd. Bekk. p. 73. extr. Ὡραίαν: τὴν ὥραν. ἡ δὲ τοιαύτη τροπὴ Ἀττικοῖς ἰδία· Ἀθηνᾶ Ἀθηναία, ἴση ἰσαία. οὕτω καὶ ὥρα ὡραία. SCHAEF.

1292, 8. ἀποδέχεσθε τούτου—] De hac constructione v. H. Stephanus Thes. et Heindorfius ad Platon. Phaedon. p. 157. SCHAEF.

1292, 11. παραβάλλοντος] παρεμβάλλοντος mavult Wolfius. REISK. Noli probare. *Ne igitur audiatis—tanquam exemplum proponentem, quod nobis sit imitandum.* Minus accurate Reisk. in Ind. Graecitat. SCHAEF.

1292, 13. τοῦτο] Scilicet τὸ περὶ τὴν συγγραφὴν καὶ τὰ ταύτης δίκαια. REISK.

1293, 11. τὸ—δάνειον τὸ ἀρχαῖον] Mox v. 15. τοῦ ἀρχαίου δανείσματος. Iterum v. 27. τό—ἀρχαῖον δάνειον. Videndum ne et τὸ ἀρχαῖον et ἀρχαίου et ἀρχαῖον sit interpretantis. V. p. 1294, 7. SCHAEF.

1293, 16. πρᾶξις] I. q. εἴσπραξις. Recurrit p. 1296, 18. SCHAEFER.

1293, 26. σέσωσται καὶ ἔστι σῶα] Supra p. 1292, 22. εἰ δ' ἔστιν ἡ ναῦς σῶα καὶ μὴ διέφθαρται. Ne mireris pleonasmum locutionis, qui magis etiam nostro loco videatur mirabilis. Nimirum τὸ σεσῶσθαι τὴν ναῦν vel maxime urgendum fuit. SCHAEF.

1294, 21. καὶ γὰρ τοῦτο] V. ad p. 1097, 5. SCHAEF.

τὴν ὑπερβολήν] Subaudias τῆς ἀναισχυντίας. SCHAEF.

1294, 27. οὐδέπω καὶ νυνί] V. ad p. 1124, 17. νῦν ex A. r. probat Schaeferus, cui νυνί ab hac formula alienum videtur.

1295, 5. τοὺς τόκους τοὺς γιγνομένους] *Usuram quae confit secundum syngrapham.* SCHAEF.

1295, 8. ἐφ' ᾧ—ὑπὸ τῶν δικαστῶν] Tuo enim consilio id factum est. Tu noluisti eam huc dirigere. Cujus malitiae si dignas

dares poenas, morte dares ab his judicibus condemnatus. REISK. Scilicet fraus publice nocuit. V. p. 1285, 5. 1296, 7. 1297, 5. SCHAEF.

1295, 21. *σύμπτωμα*] Phrynichus p. 104. (p. 248. edit. Lobeck.) vocabulum *σύμπτωμα* hoc uno loco ait a Demosthene usurpatum. REISK.

1295, 26. *καὶ τοὺς τόκους*] F. *καὶ τοὺς εἰς Ῥόδον τόκους*. WOLF. Non autem duplum, ut in tabulis cautum erat. REISK. Vere Reiskius. V. p. 1296, 3. Fallitur autem Wolfius *τοὺς τόκους* non de omni usura, quam syngrapha pendi jussit, sed de parte ejus intelligens. SCHAEF.

1296, 27. *ἔπεισαν ἡμᾶς*] Scilicet *λαμβάνειν*. REISK. Immo *συγγράψασθαι*. V. p. 1297, 2. SCHAEF.

1297, 22. *καὶ μὴ πρὸς τὴν συγγραφὴν*] Non repetendum *μερίζειν*, sed subaudiendum aptius huic membro verbum, e. c. *ὁρίζειν*. SCHAEF.

1297, 25. *ἀκύρους*] Post h. v. addi vult Wolfius *γενομένας*. REISK. Hoc aut *οὔσας* etiam Porsonus, opinor, erat additurus. Sed v. ad p. 1209, 6. SCHAEF.

LVII.

ADVERSUS EUBULIDEM.

I. TAYLORI PROLEGOMENA.

Lex, quae in Argumento citatur, satis fideliter nos ducit ad mentem hujus orationis intelligendam. Euxitheus quidam dolis Eubulidis, adversarii ejus, et malis artibus circumventus peregrinitatis damnatur a suis popularibus; et proinde nomen ejus e tabulis istius populi (Alimusii erant) deletum. Verum cum lex provocationem ad curiam a populi sententia fieri permitteret, jam caussa apud judices perorata statum suum defendit fretus testimonio συγγενῶν, *cognatorum*, δημοτῶν, *popularium*, φρατόρων, *curialium*, et γεννητῶν sive *gentilium*. Utile erit conferre Herald. Animadv. l. 2. c. 1. et Petit. ad LL. Attic. lib. 2. tit. 3. Lege 12.

In quodam exemplari meo adnotatum inveni hanc orationem non videri a Demosthene esse profectam, tum quia ἀποψηφίζεσθαι hic saepiuscule condemnandi sensu, quod videtur esse insolentius, occurrat, tum quod ex quibusdam indiciis constet haec temporibus esse superiora quam ut ad Demosthenis aetatem pertingere potuerint. Ait enim Euxitheus patrem suum natum esse ante Euclidem, Olymp. 94. 2., immo captivum fuisse bello Decelico, Olymp. 91. 4. Porro se ipsum natum esse commemorat, cum Thrasybulus ad Abydum militaverit. Illud autem contigit circa Olymp. 97. Deinde matrem esse superstitem, cum haec caussa agitaretur, multosque adeo familiares, qui illius nuptiis interfuerant.

Non constanter negabo potuisse hunc esse foetum rhetoris, qui Demosthene major esset natu, Lysiae nimirum, a cujus charactere et genere orationis non abludunt multae caussae forenses, quae hodie in corpore Demosthenico reperiuntur, et nominatim haec ipsa adversus Eubulidem, ut ab Dionysio de adm. vi Demosth. c. 13. memoriae proditur: Εἰ γοῦν μὴ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς οὗτινός ἐστιν ἑκάτερος τῶν λόγων γνώριμος ἦν, ἀλλ' ἀνεπιγράφοις περιετύχομεν αὐτοῖς, οὐ πολλοὺς ἂν ἡμῶν οἴομαι διαγνῶναι ῥᾳδίως πότερον Δημοσθένους ἐστὶν ἢ Λυσίου· τοσαύτην οἱ χαρακτῆρες ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι. τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ πρὸς Ἀπολλόδωρον ὑπὲρ Φορμίωνος, καὶ ὁ κατ' Ὀλυμπιοδώρου τῆς βλάβης, καὶ ὁ

πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, ἥ τε πρὸς Εὐβουλίδην ἔφεσις κ. τ. λ. Verum utcunque ea res sit, non adducor notis istis chronologicis ut ad antiquiorem natu quam Demosthenem protinus referam. Qui enim Olymp. 97. in lucem editus erat, cur non per aetatem ei licuerit Olymp. 107. vel 108. vel etiam 109. caussam apud judices dicere et matrem superstitem habere?

Non majoris momenti est usus verbi ἀποψηφίζεσθαι. Plerumque quidem judex ἀποψηφίζεσθαι dicitur, qui judicio absolvit: at vero in διαψηφίσει ἐν δήμοις unusquisque populus de statu suorum sententiam ferre tenetur, eumque, quem reprobant, ἀποψηφίζεσθαι dicuntur. Pollux 8, 18: Φύλλοις δὲ ἐψηφίζοντο οἱ κατὰ δήμους δικάζοντες, οἷς ἐπέγραφον, εἴ τις ὡς παρέγγραπτος ἐκρίνετο. καὶ τὸ καταγνῶναι ἐκαλεῖτο ἐκφυλλοφορῆσαι, καὶ ὁ κατεγνωσμένος ἐκπεφυλλοφορημένος. ὠνομάζετο δὲ ταὐτὸν τοῦτο ἀποψηφίσασθαι, καὶ ἀπεψηφισμένον, ἀπεναντίως τῷ παρὰ τοῖς δικασταῖς. ἐκεῖ γὰρ τὸ ἀποψηφίσασθαι τὸ ἀφεῖναι ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς κατὰ δήμους δικαστηρίοις ἀντὶ τοῦ καταψηφίσασθαι τάττεται. Idem 3, 57: Κατὰ δὲ τῶν παρεγγεγραμμένων ξενίας γραφὴ, καὶ δωροξενίας, ἂν διαφθείρωσι τοὺς δικάζοντας. ὁ δὲ καταδικασθεὶς ἀπεψηφισμένος, ἐκπεφυλλοφορημένος. καὶ τὰ ῥήματα παρεγγραφῆναι, ξενίας ἁλῶναι, ξενίας ἀποφυγεῖν, ἐκπεφυλλοφορῆσθαι, ἀποψηφίσασθαι. Harpocration: Ἀποψηφίζονται ἀντὶ τοῦ καταδικάζουσιν αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστράτου. καὶ ἀποψήφισιν δὲ τὸ πρᾶγμα λέγει Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. Suidas v. Ἀποψηφισθέντα: Εἴ τις ξένος ἔδοξεν εἶναι καὶ οὐ πολίτης, τοῦτον ἐν ταῖς διαψηφίσεσι τῶν δήμων ἀπεψηφίζοντο οἱ δημόται, καὶ ἐλέγετο ἀπεψηφισμένος. εἶτα εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον καὶ ἐκρίνετο ξενίας· καὶ εἰ μὲν ἑάλω, ἐπιπράσκετο ὡς ξένος, εἰ δὲ ἐκράτει, ἀνελαμβάνετο εἰς τὴν πολιτείαν. οὕτω Δημοσθένης. Idem in Ἀπεψηφίσατο: Ἐπὶ τοῖς δήμοις ἀποψηφίσεις ἐγένοντο τῶν γεγραμμένων μὲν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, οὐκ ὄντων δὲ ἀστῶν, ἀλλὰ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν· καὶ οὗτοι ἐλέγοντο ἀπεψηφισμένοι, ἐπειδὴ, ψήφου περὶ αὐτῆς ἐπαχθείσης οὐκέτι μετεῖχον τῆς πολιτείας. Idem in Διαψήφισις: Οἱ πολῖται συνίασιν ἕκαστοι κατὰ τοὺς αὐτῶν, καὶ περὶ τῶν αἰτίαν ἐχόντων ἢ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν ψῆφον φέρουσι κρύβδην, οἷον Ἀχαρνεῖς περὶ Ἀχαρνέων, καὶ περὶ Ἐλευσινίων οἱ Ἐλευσίνιοι, καὶ οἱ λοιποὶ δημόται παραπλησίως· καὶ τοῦτο διαψήφισις καλεῖται. οἱ μὲν οὖν πλειόνων ψήφων τυγχάνοντες ἀναμφισβητήτως τὴν πολιτείαν ἔχουσιν, ὅσοι δ᾽ ἂν ἐλάττονας ψήφους λάβωσιν, οὐκέτι νομίζονται. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀποψήφισις. Etymolog. M. v. Ἔφεσις p. 401: Ἐγένετο δὲ (ἔφεσις) Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἀποψηφισθέντων. ἐφεῖσθαι[a] γὰρ αὖθις ἐξῆν αὐτοῖς εἰς δικαστήριον περὶ τῆς πολιτείας· καὶ εἰ μὲν ἑάλωσαν, ἐπωλοῦντο ὡς ξένοι, εἰ δὲ μὴ, ἐπανίεσαν εἰς τοὺς, ἐξ ὧν ἐξώσθησαν, δήμους[b]. Adde Vales. ad Harpocr. p. 20, 243., potissimum vero Maussac. ad p. 43. Harpocrat. et Budaeum p.

[a] L. ἐφίεσθαι. SCHAEF.
[b] Add. Anecd. Bekk. p. 186, 7. 201, 17. 439. et Zonar. p. 273. SCHAEF.

145. edit. Ascens. 1529. Salmas. de M. U. p. 751, 752. Haec ideo a me apposita sunt, quoniam enarrant caussam simul hujus orationis, qua Euxitheus a suis *δημόταις* damnatus sive *ἀποψηφισθεὶς* provocat ad curiam populique auctoritatem. Ea provocatio est *ἔφεσις*. Unde haec actio sive oratio a grammaticis *ἔφεσις* appellabatur. Harpocratio v. Ἔφεσις: *ἡ ἐξ ἑτέρου δικαστηρίου εἰς ἕτερον μεταγωγή.—Δημοσθένους λόγος ἐστὶν ἐπιγραφόμενος Ἔφεσις πρὸς Εὐβουλίδην. ἐν δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ πολλάκις ἐστὶν ἡ ἔφεσις καὶ τὸ ἐφεῖναι ῥῆμα.* Inscribitur autem *πρὸς Εὐβουλίδην*. Si accusasset, inscripta foret *κατὰ Εὐβουλίδου*, non *πρὸς Εὐβουλίδην*[c]. Ita oratio qua Demosthenes Aeschinem exagitavit ob legationem mala fide gestam ab antiquioribus *κατὰ Αἰσχίνου*, *in Aeschinem*, dicitur, illa altera, qua Ctesiphontem adversus Aeschinem defendit, nunquam. Sic dicimus *πρὸς Λεπτίνην*, *contra* vel *adversus Leptinem*, attamen *κατὰ Μειδίου*, *Τιμοκράτους* aut *Ἀριστοκράτους*, *in Midiam* etc. V. quae de hac re annotavit auctor posterioris Argumenti *πρὸς Λεπτίνην* (p. 452, 13.)

Oratio videtur non integra ad nos pervenisse, cum haec habeat Harpocratio. Πόρος· *Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος ὁ Πόρος, καὶ ὁ δημότης Πόριος.* nisi populi alicujus nomen, cujusmodi per hanc orationem plurima sunt, in exemplaribus corruptum hodie pro *Πόριος* legitur. Porro *πλείους ἕνα* ex hac oratione affert Priscianus p. 1199. [Locus Prisciani spectat ad p. 1302, 7. ubi v. Schaefer.]

De tempore hujus orationis recte judicavit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 141. qui non multo post Archiae archontis magistratum (Olymp. 108. 3.) habitam conjecit Harpocrationis loco usus s. v. *διαψήφισις* sic scribentis, *ἰδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων.—Αἰσχίνης κατὰ Τιμάρχου* (cujus verba haec sunt p. 11, 21. *γεγόνασι διαψηφίσεις ἐν τοῖς δήμοις καὶ ἕκαστος ἡμῶν ψῆφον δέδωκε περὶ τοῦ σώματος·* ad quae jam Reiskius observavit easdem has esse videri *διαψηφίσεις* quae in hac Demosthenis oratione memorentur). *ἐντελέστατα δὲ διείλεκται περὶ τῶν διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασιν ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος, Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος.* Idem Clintonus Petiti (Leg. Att. p. 211.) immanem errorem Archiam illum archontem cum antiquiore Archia, qui fuit eponymus (Olymp. 90. 2.) confundentis refutavit. Euxitheum, cui haec oratio scripta est, brevi ante Thrasybuli mortem (Olymp. 97. 3.) tempore natum esse ex p. 1311, 26. colligitur. Nondum igitur attigerat quinquagesimum aetatis annum, quum haec oratio haberetur.

In argumentum Libanii.

Crediderim, hoc argumentum et paucula quae supersunt scholia conscripsisse (nam qui haec, et illud etiam conscribere


[c] Conf. Fr. A. Wolfii Prolegom. ad Leptin. p. 151. SCHAEF.

solebat) Didymum, veterem Demosthenis criticum et commentatorem. Quod ut crederem, me impulit auctoritas Harpocrationis v. Ἐξένισε: Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει· διαβεβλήκασι γάρ μου τὸν πατέρα, ὡς ἐξένιζε. μή ποτε ἀντὶ τοῦ ξένος ἦν, καὶ οὐχ, ὡς Δίδυμός φησιν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀττικῶς ἐλέγετο, ἀλλὰ ξενικῶς. Iterumque v. Ξενίζειν: Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει πολλάκις. ἔνιοι μὲν οὖν (Didymum nimirum innuens), οἷον ξένῃ διαλέκτῳ χρῆσθαι. τἆλλα δ' ἂν εἴη μᾶλλον τὸ ἐν τῇ ξένῃ διατρίβειν. Similiter Pollux 3, 59. Ξενίζειν οἱ μὲν παλαιοὶ τὸ ἑστιᾶν λέγουσι, Δημοσθένης δὲ τὸ τῇ φωνῇ ξενιζούσῃ χρῆσθαι. Et Ammonius, licet in nomine orationis titubaverit: Ξενίζειν μὲν οὐ μόνον τὸ καταδέχεσθαι ξένον, ἀλλὰ καὶ τὸ ξένως διαλέγεσθαι, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν. Ex his Moschopulus sua sumsit, Ξενίζω, τὸ ξένῃ διαλέκτῳ χρῶμαι, ἢ μᾶλλον τὸ ἐν τῇ ξένῃ διατρίβειν. Verba Didymi, vel quae ego suspicor ejus esse, ita se habent in Argumento p. 1298, 16.: ὁ δὲ πατὴρ ἐξένισε τῇ γλώττῃ αἰχμάλωτος γενόμενος. Jam ergo scrutemur utra praestet expositio τοῦ ξενίζειν, Didymi an Harpocrationis. Ait orator p. 1304, 5.: διαβεβλήκασί μου τὸν πατέρα ὡς ἐξένισε. et paucis interjectis v. 11.: τὸ ξενίζειν αὐτοῦ κατηγορήκασι. tum v. 18.: οὐδαμοῦ τὸν ξενίζοντα οὐδεὶς πώποτε ᾐτιάσατο, ὡς εἴη ξένος. Sane, ni haec ultima addidisset, in incerto adhuc fuissemus cuinam potius credendum esset, Didymo an Harpocrationi. Jam autem orator disertissime definit aliud omnino esse τὸ ξενίζειν, aliud longe τὸ ξένον εἶναι. Ea res ita se habet. *Ut me arguant peregrinitatis*, ait auctor, *contendunt patrem meum non attice, sed peregrine loqui fuisse solitum. Huic argumento duo habeo quae opponam. Primo: in bello Peloponnesiaco ab hostibus captus et peregre venum datus ibi paulisper desiit attice loqui ob diutinam in iis regionibus mansionem. Eum autem et bello captum esse, et postliminio Athenas reversum, id utique testibus evincam. Secundo autem: quanquam exotico sermone uteretur, quanquam* ἐξένισε, *nemo tamen eum per tot annos, non in tribu sua, non in curia, nusquam ubi de statu disceptaretur, in judicium adduxit ut peregrinum,* ὡς εἴη ξένος. ξενίζειν *quidem potuit, attamen* ξένος *non erat, neque quisquam insimularit eum ita fuisse.* Verum et alii scriptores ita loqui amant. Lucianus Quom. Hist. conscrib. sit §. 45. Ἡ λέξις δὲ ὅμως ἐπὶ γῆς βεβηκέτω, τῷ μὲν κάλλει καὶ τῷ μεγέθει τῶν λεγομένων συνεπαιρομένη καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένη, μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ' ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιῶσα. ξενίζειν enim generaliter est *peregrinum agere*, sive id voce fiat, sive moribus. Ita Paulo, qui videbatur ξένων δαιμονίων καταγγελεὺς εἶναι, Act. Apostol. 17, 18. dixerunt Athenienses: ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Utrum intelligendum sit in hoc loco, qui sequitur, Luciani Icaro-Menipp. init., non plane liquet: Πάλαι ἐπακροῶμαί σου παρακολουθῶν ἡλίους καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα, σταθμούς τινας καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος. Anne peregrinis vocibus an mensuris uti? Fortasse utrumque. Rursus ad Didymum revertor, de quo ita Harpocratio: Γαμηλία. Δ. ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέ-

σει καὶ Ἰσαῖος. καὶ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν μὲν τοῖς Ἰσαίου ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις διδομένην, παρατιθέμενος λέξιν Φανοδήμου, ἐν ᾗ οὐδὲν τοιοῦτον γέγραπται· ἐν δὲ τοῖς εἰς Δημοσθένην ὁ αὐτὸς πάλιν γαμηλίαν φησὶν εἶναι τὴν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως παραθέμενος. Suidas in eadem voce: Γαμηλία, ἡ διδομένη τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις· ἢ ἡ τῶν γυναικῶν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγή. οὕτως Δίδυμος ὁ γραμματικός. Profecto haec eadem verba, quae Lexicographi adduxerunt, hic in scholiis ad hanc orationem leguntur. Ita enim ad p. 1312, 12.: Γαμηλία διδομένη τοῖς φράτορσιν ἐπιγάμοις (lege disjunctim ἐπὶ γάμοις) δωρεά. ἄλλως· γαμηγία ἡ τῶν γυναικῶν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγή. Restituendum certe γαμηλία, non γαμηγία. Nam ex tenore scholii non sibi proposuit distinguere inter γαμηλίαν et γαμηγίαν, sed, ut fit, unius vocabuli duas expositiones prodere. Eamque rem confirmant Lexicographi modo citati. De voce ista γαμηλία consule Valesium ad Harpocrat. p. 33. Meursium Attic. Lect. 3, 1. Them. Attic. 2, 14. et Graec. Feriat. in Ἀπατούρια. Castellanum de Festis Graecorum. Petitum Leg. Attic. lib. 2. tit. 4. Alberti ad Hesych. v. Γαμηλία et Γάμων ἔθη. TAYLOR. V. Schoemann. ad Isaeum p. 263. et Meier. de gentil. Att. p. 18.

1298, 6. καὶ ἐμμείναντας—τῶν δημοτῶν] *Ratamque habentes suffragium demotarum*, ut non utantur jure provocandi ad judices. SCHAEF.

Genus actoris:



REISK.

1299, 16. καλῶς] Sic ut vincam. SCHAEF.

1299, 17. τὰς ἀποψηφίσεις] Citat h. l. Harpocration v. Ἀποψήφισις. REISK.

1299, 21. καὶ πρὸς τὴν κατ' ἐκείνων—] Sensus est: Cum tanta exorta sit iracundia ob multos, qui in civitatem fraude irrepserant, ea etiam in nos cadit, qui non jure in hoc discrimen adducti sumus, verum factionibus oppressi. Inde fit ut nobis lis subnasceretur insolita et nova, scilicet ut responderemus non privatae et propriae criminationi, sed illi, quae ab aliis orta nos quoque, licet innocentes, oppressit. TAYLOR.

1299, 22. τὸ καθ' αὑτὸν] *Quod ipsum attinet*. SCHAEF.

1299, 24. πρῶτον] *Primo loco, ante omnia*. SCHAEF.

1300, 5, κοινῶν] Exspectes ὁσίων. SCHAEF.

1300, 8. εἰ—γενοίμεθα citant Anecd. Bekk. p. 128, 18. Sensus hic est: *qui vobiscum poenam peteremus, nisi per machinationem Eubulidae stetisset*. SCHAEF.

1300, 8. ἂν δικαίως] δικαίως ἂν Anecd. Bekk. SCHAEF.

1300, 11. ὀργήν] Id est τὴν ὑπὲρ (vel κατὰ) τοῦ πράγματος ὀργήν, *indignationem vestram ob illud facinus et animadversionem in ejus reos.* Significat clandestinam violentamque multorum in jura civitatis invasionem. REISK. Cave subaudias praepositionem. Passim regunt genitivum nomina et verba iram significantia. SCHAEF.

1300, 15. οὕτω—ἄδικον καὶ σφόδρα] Haec jungenda. SCHAEF.

1300, 25. μᾶλλον ἢ προσῆκεν ἀδίκως καὶ πλεονεκτικῶς idem valet quod vulgo brevius dicitur ἀδικώτερον καὶ πλεονεκτικώτερον. SCHAEF.

1301, 4. ἔφεσιν] Citat h. l. Harpocration v. Ἔφεσις. REISK.

1301, 26. καὶ διεπράξατο] καὶ deletum in marg. ed. Paris., quam sequar. Copulam si servaveris, anacoluthon habebis, cujus non reddas rationem satis probabilem. SCHAEF.

1302, 1. περὶ ἑξηκοστὸν] *Erat nomen meum sexagesimum ferme.* ubi περὶ non est praepositio, sed adverbii vices gerit. REISK.

1302, 7. οὐ πλείους ἢ τριάκοντα] Citat Priscianus vol. 2. p. 244. edit. Krehl. (§. 218. edit. Oxon. post Scapulam), qui suo in libro videtur legisse οὐ πλείους τριάκοντα. Conf. Spengelii Ind. Graecor. locor. ap. Priscian. post Varronem p. 657. SCHAEF.

1302, 13. παρεκελεύετο δὲ] Exspectes παρακελευόμενος δέ. Sed v. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 145. Aliud hujus inflexionis exemplum dabit p. 1372, 6. SCHAEF.

1302, 16. μηδένα μοι παρεῖναι] Qui pro me testaretur. SCHAEF.

1302, 23. τὴν δὲ ψῆφον εὐθὺς ἐδίδου τοῖς παροῦσι τῶν δημοτῶν] Ut demarchus, cujus hoc erat officium. Harpocration s. v. Δήμαρχος,—συνῆγον τοὺς δήμους ὁπότε δεήσειε καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν ubi vid. Vales.

1302, 26. οἱ δὲ τούτῳ συνεστῶτες] οἱ μετὰ τούτου συνεστηκότες p. 1303, 23. οἱ μετ' Εὐβουλίδου συνεστῶτες p. 1317, 11. Sed Herodoto συστῆναί τινι est *contendere cum aliquo.* V. Wesselingius ad 1, 208. Quae verbi significatio videtur ex epico sermone fluxisse in Ionicum. SCHAEF.

1302, 28. τούτου] Ab Eubulide scilicet, qui suffragiis ferendis praefuit. JURIN.

1303, 3. οὔτε—ἐν ἅπασι] Non in concione omnium δημοτῶν· nam plerique abierant. SCHAEF.

1303, 7. καὶ διὰ τὸ μηδένα παρακαλέσαι] Et quod neminem illo temporis articulo advocaveram, quippe non auguratus tali me fraude circumventum iri. SCHAEF.

1303, 15. πλείους ἢ εἴκοσιν] Nam convenit cum superioribus p. 1301, 27., ubi ait in demotarum, qui cuncti erant 73, numero se fuisse ferme sexagesimum. Supererant ergo tredecim, non plus viginti. Sed oratores caussae serviunt eandem rem, prout expedit, modo amplificantes, modo extenuantes. REISK. Comparavit diversa. Qui enim illo loco memorantur 73, non cuncti fuerunt demotae, sed qui nunc primum ὤμοσαν: juniores, ut

opinor. nam seniores, utpote dudum obstricti jurejurando, denuo adacti ad jurandum non videntur. SCHAEF.

1303, 21. εἰ λόγος ἀποδοθήσοιτο] *Si dicendi venia petenti mihi data foret.* SCHAEF.

1303, 23. οὐδαμοῦ γενήσονται] *Nullo loco futuros esse*, h. e. non auditum iri. SCHAEF.

1304, 6. ἐξένιζεν] Conf. Valckenar. ad Ammon. p. 100. v. Ξενίζειν. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 283, 29. et Taylorus ad Libanii Argument. init. p. 1298. SCHAEF.

1304, 7. Δεκελεικὸν] De Decelico bello praeter scriptores istius argumenti vide Harpocrat. v. Δεκελεικὸς et Ἀρχιδάμιος πόλεμος, Valesium p. 39. TAYLOR.

1304, 21. τῆς σωτηρίας—δεῦρο] V. ad schol. Apollon. Rhod. p. 317. SCHAEF.

1304, 26. Θουκριτίδην καὶ Χαρισιάδην—Νικιάδην] Non tres, sed quattuor ἀνεψιοὶ memorantur p. 1319, 25. quae duorum locorum discordia advertit Reiskium, et Sauppium et Baiterum movit ut aut hic quarti nomen excidisse aut illic τέτταρες in τρεῖς mutandum esse conjicerent.

1304, 27. τήθης] Aviam paternam hic intelligendam, non nutricem aut materteram aut matris matrem genealogia docet, cum Thucritides et Lysarete, patre eodem nati, conjuges fuerint. WOLF.

1304, 29. ἀδελφὴν—οὐχ ὁμομητρίαν] Cognatorum inter se nuptiae, nisi ascendentium et descendentium aut fratris cum sorore uterina, nullae vetitae erant: mores potius legesque iis favebant, scilicet ne familiarum pecuniae ad extraneos pervenirent. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 193. et Becker. Charicl. vol. 2. p. 448.

1305, 2. Θευκριτίδου] Error typothetae pro Θουκριτίδου.

1305, 19. τοὺς γεννήτας] Vide Harpocrat. v. Γεννῆται, et quae diximus ad Orat. c. Neaeram p. 1365, 10. et ad Lycurgum. TAYLOR. Adde Anecd. Bekk. p. 227, 9. 231, 23. SCHAEF.

1305, 22. φρατρίαρχον] De hoc v. Schoemann. Antiq. publ. p. 208.

1305, 25. ὧν προσήκει] Plene ὑφ' ὧν προσήκει μαρτυρεῖσθαι. SCHAEF.

1306, 1. ἐν ἅπασιν—ἐξητασμένος] ἅπασιν est generis masculini. Docent quae statim sequuntur: φράτορσι, συγγενέσι,—. μετὰ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων ἐξετάζεσθαι p. 376, 8. ἐξετάζεσθαι sic usurpatum valet i. q. ἀριθμεῖσθαι. SCHAEF.

ἐγὼ] Posui comma post ἐγὼ, ubi ζῶ subauditur. λέγω hic loci, ut saepissime apud Demosthenem et ejus imitatorem Aristidem, valet idem atque δηλονότι, *scilicet*. REISK. Ad ἐγὼ non ζῶ subaudiendum, sed φαίνομαι. Sic praepositum λέγω, ut vim declarandi habeat, saepe adsciscit comitem particulam δέ aut δή. V. H. Stephani Thes. et Sylburgii Ind. in Etymol. M. v. λέγω. Quae autem λέγω sive solum sive particulae junctum sequuntur, ejusdem sunt cujus antecedentia constructionis nec

syntactice ibi concinunt. Vere igitur Reiskius: "valet idem atque δηλονότι, *scilicet*." SCHAEF.

1306, 3. ἢ πῶς δυνατὸν] Videtur speciem scholii aut variantis lectionis habere: idem enim est cum ἔνεστι. REISK. Non idem est, sed plus significat: ἔνεστι, *licet* propter τὰς περιστάσεις: δυνατόν ἐστι, *possibile est* propter suam ipsius naturam. Potest igitur δυνατὸν εἶναι quod tibi οὐκ ἔνεστιν. SCHAEF.

1306, 4. μὴ μετ' ἀληθείας ὑπάρχοντας] *Nisi revera sint nostri* φράτορες—. SCHAEF.

1306, 7. ὑποψίαν τιν' ἔχειν] ἔχω ὑποψίαν i. q. ὑποπτεύομαι, *in suspicionem vocor*. Pariter ἔχω αἰτίαν est *in crimen vocor*. V. infra v. 26. p. 1331, 8. Conf. not. ad p. 904, 16. SCHAEF.

1306, 10. προσήκει] Malim προσῆκε. Conf. v. 7. et 12. SCHAEF.

1306, 18. ξένον] τὸν ξένον A. r. male. τὸν ξένον dictum foret ex Eubulidae persona adeoque ironice. Ita vero sequi debebat καὶ οὐ πολίτην. Nec tamen opus addi ὄντα. Sic autem resolvenda haec appositio: εἰ ξένος καὶ μὴ πολίτης ἦν. SCHAEF.

1306, 21. ἀπώλετο] Fraude ipsius demarchi. V. p. 1317, 18. 1318, 14. SCHAEF.

1306, 25. πᾶσίν ἐστιν—θάνατος] Idem legitur p. 258, 20. SCHAEF.

1306, 27. περὶ τοῦ γένους] Dele otiosa ista vocabula. Loquitur generaliter: περὶ ὧν ἄν τις ζῶν αἰτίαν σχῇ, δίκαιον τοὺς παῖδας τὴν ἀειλογίαν παρέχειν. Curiosus aliquis adnotator, nimium memor caussae, quae in hac quaestione tractatur, ista ingeminavit, quae sane perturbant etiam constructionem. TAYLOR. Delevi.
τὴν ἀειλογίαν] V. ad p. 341, 16. SCHAEF.

1306, 29. κρινεῖ Bekkerus. Libri κρίνει. Mihi praesens magis probatur. Caussa enim, quam orans foedam dicit, nunc ipsum agitur. SCHAEF.

1307, 1. δῶμεν τοῦτο λεληθέναι] Ad sensum idem est quod ἴσως ἂν τοῦτ' ἔλαθεν. τοῦτο, ἡ τοῦ πατρὸς ξενία. SCHAEF.

1307, 3. κατ' ἐκεῖνον—τὸν τελευτήσαντα] κατ' ἐκεῖνον, *a parte patris*. REISK. Fortasse malis: *pariter ut ille*, ἐξ ἴσου ἐκείνῳ. V. Hemsterhusius ad scholiast. Aristophan. Plut. v. 952. Sed mihi quidem Reiskii interpretatio magis probatur. V. v. 25. SCHAEF.

1307, 6. κάλει] καλῶ A. V. v. 28. REISK. καλῶ placet. Alioqui orator, ut opinor, scriptus erat: κάλει—τοὺς μάρτυρας. SCHAEF.

1307, 9. ἔθαψε—εἰς τὰ πατρῷα μνήματα] θάψαι εἰς τὰ πατρῷα μνήματα p. 1320, 21. Philostratus Her. p. 164. edit. Boiss. ἔθαψαν—εἰς τὴν ὅμορον—ἤπειρον. Cave autem putes hac in locutione εἰς esse i. q. ἐν. Conf. v. 12. SCHAEF.

1307, 10. ὅσοιπέρ εἰσι τοῦ γένους] I. q. ὅσοιπέρ εἰσι γεννηταί. V. Anecd. Bekk. p. 227, 9. SCHAEF.

1307, 11. καίτοι—ἐάσαι;] De religione sepulcrorum conf. Spanhemiana ad Sophocl. Ajac. in Osanni libello p. 116. SCHAEF.

1307, 20. *τόσα καὶ τόσα*] Plane sic Germani: *so und so viel*. *τὸ δὲ ξύμπαν κεφάλαιον γίγνεται τόσον καὶ τόσον* p. 914, 17. Harpocration s. v. *ἐπικεκηρυχέναι, ἐκήρυττε δώσειν χρήματα—τόσα καὶ τόσα*. SCHAEF.

1307, 23. *τοίνυν*] *Porro*. SCHAEF.

1307, 25. *κατὰ θάτερα*] Lambinus *μὴ κατὰ θάτερα*. Sed locum non intellexit, qui bene a Wolfio redditur. Athenaeus 13. p. 577 B. *Ἀριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσενεγκὼν ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη —ἐκ—τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος*. TAYLOR. Scilicet *μέρη τοῦ γένους*. etiamsi a parte patris solummodo aut a parte matris civis fuisset, genitus a patre, qui esset civis, et matre, quae non esset, aut a matre natus cive, e patre peregrino, tamen fuisset inter cives habendus, quippe qui natus esset ante archontem Euclidem. sub quo lex lata. ut postmodum. hoc est post illum annum, quo archon esset Euclides, quicunque liberos suscepisset e foemina non cive, ut illi liberi nothi essent. REISK. Post *θάτερα* excidisse *μόνον* videtur Meiero de Bon. Damnat. p. 72. Non opus addi: nam vicem ejus satis explet vocis tonus acuens *θάτερα*. Hom. Iliad. 8, 228. *εἶδος ἀγητοί*. Interpres: "forma tantum admirabiles." Immo: "*forma* admirabiles." Ceterum non esse subaudiendum *μέρη τοῦ γένους* facile intelliges, si comparaveris quae congessi in L. Bosii Ellips. p. 481. *κατ' ἀμφότερ'* p. 1310, 27. SCHAEF. Civium mulierum e patribus peregrinis filii utrum peregrini an cives fuerint non satis constat. Nam *κατὰ θάτερα* ap. Demosth. h. l. dubitari potest utrum significet *ab alterutra parte*, quod Reiskio et Meiero [l. c.] visum est, an *ab altera parte*, h. e. a patre. Et ex Aristotele quidem Polit. 3. 3. 4. apparet rarius fuisse nec nisi in maxime populari imperio usitatum ut cives essent qui matrem tantummodo civem haberent. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 197. Aristophontis lex quum non solum ad eos pertineret qui post Euclidem, sed etiam qui ante ejus magistratum nati essent, postmodum ab Nicomene ita est correcta ut in eos tantum vim haberet qui post Euclidis magistratum nati essent: v. schol. Aeschinis ad p. 6, 13. Hinc explicanda oratoris verba *γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου*.

1308, 1. *τὴν ἀγορὰν*] Dedi de meo *τῆς ἀγορᾶς*, *praeter decreta, quae agunt de foro et negotiis, quae in foro exercentur*. ut mercatus est rerum venalium. REISK. Mutari non opus. Compares *τὴν περὶ τὸ φρούριον οἰκονομίαν* Xenophontis Cyrop. 5. 3. 25. SCHAEF.

1308. 6. *ταινίας πωλεῖν*] Hermogenes cap. *περὶ ἀφελείας*: *ἔτι ἀφελεῖς ἔννοιαι καὶ αἱ πλησιάζειν πως δοκοῦσαι τῷ εὐτελεῖ. γίνονται δὲ αὗται, ὅταν περὶ εὐτελῶν καὶ τῶν τυχόντων πραγμάτων λέγῃ τις. ὡς ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν, ἢ τὰ καταχύσματα, φησίν, αὐτοῦ κατέχεε. καὶ πάλιν ἑτέρωθι· τὴν ῥοδωνιὰν ἐκτίλλειν. καὶ ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει τὸ λέγειν, ὅτι ταινίας ἐπίπρασκεν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἡ μήτηρ*. Adi Casaubonum ad Athen. 7, 22. et Heraldum Animadv. 2, 2. §. 14. TAYLOR.

1308, 12. Ἀριστοφῶντος] V. ad p. 434, 21.

1308, 15. ὥστ'—ἀνανεώσασθαι] τὸν αὐτὸν (sc. νόμον) post πάλιν addidi ex A. et γρ. B. *ut decerneretis, ut novus aliquis hujus legis lator* vel *restaurator existeret.* Qui fuit Aristophon. Sed quid opus erat legis a Solone latae restauratione, cujus leges nunquam non in rep. viguerunt? REISK. In oblivionem videtur lex ivisse, quod cives indignam se haberent talem ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐργασίαν: quo factum ut ξένοι sibi illam vindicarent. ἀνανεώσασθαι autem intelligam de Atheniensibus, non, quod Reiskio placuit, de Aristophonte. Cujus quod lex esse dicitur, nimirum Aristophon rogavit, populus jussit. SCHAEF.

1308, 22. ἔξω τοῦ πράγματος βλασφημεῖν] ἔξω τοῦ πράγματος—ταῦτ' εἶναι p. 1318, 21. Quod recurrit p. 1319, 18. τοῖς ἔξω τῆς κατηγορίας λόγοις προσέχειν p. 1328, 27. ἔξω τῆς γραφῆς πολλὰ κατηγορῶν p. 1347, 5. Oppon. εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα p. 1317, 15. πρὸς τὸ πρᾶγμα p. 1319, 6. SCHAEF.

1308, 25. ὃν τρόπον οὗτος ἐργάζεται] *Qualem, quam turpem quaestum hic faciat.* SCHAEF.

καὶ εἰκότως] Scilicet ἐπιτιμήσετέ μοι. REISK.

1309, 3. αὐτὴν] Est idem atque si paulo latius dixisset: προσῆκε μαρτυρεῖν (aut ἥκειν) ἐπιδεικνύντας ὅτι ξένη ἦν τελοῦσα τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ τελούμενα ξενικὰ τέλη, καὶ ὅτι ἐκ ταύτης ἢ ἐκείνης χώρας ἦν, Λυδία ἢ Θρῇσσα, μετὰ τὸ ἐξετάσαι, ποδαπὴ ἦν καὶ εἰ τὰ ξενικὰ τέλη ἐτέλει. REISK. Junge εἰδότας αὐτὴν ἥτις ἐστί. *probe gnaros quae sit*, quippe φανερὰ πᾶσι καὶ γνώριμος. Paraphrasis ista Reiskii sensum periodi, si τὸ ἑξῆς pressius sequaris, non expedit, sed impedit. V. ad v. 5. et 6. SCHAEF.

ἀκοὴν] Quid intersit inter ἀκοὴν μαρτυρεῖν et εἰδότας μαρτυρεῖν, doceri non opus. Hom. Iliad. 2, 486. ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν. SCHAEF.

1309, 5. τὰ τέλη ἐξετάσαντας] Wolfius: *Excutienda fuerunt vectigalia.* Male de vectigalibus exigendis intellexit Taylorus. *Vectigalia exigere* est ἐκλέγειν τὰ τέλη, non ἐξετάζειν τ. τ. *inquirentes in vectigalia fori* (pro mercatu in foro pendenda tam civibus quam peregrinis), *num penderet quae peregrini debent.* SCHAEF.

1309, 6. καὶ ποδαπὴ ἦν, ἐπιδεικνύντας] Dele hypostigmen: nam haec continuanda *ostendentesque mulieris patriam.* SCHAEF. Comma me nolente relictum.

1309, 11. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ] Mallem positum post τοῦτο γάρ ἐστιν. SCHAEF.

οὐδὲν ὅ τι οὐ] *Nihil non.* quicquid in buccam venit. REISK.

τοῦτο—ὁ συκοφάντης] Exspectes: τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ συκοφάντου. Sed gravius est indignabundumque magis decet quod orator scripsit. SCHAEF.

1309, 18. δυσχερῶς ὑπολάβῃ] *Gravatim audiat.* Deprecatur dicturus de mercenaria nutricatione, de qua accurate et copiose orantem audire indignum videatur tali auditorio. μηδεὶς ὑπολάβῃ δυσκόλως p. 1316, 28. SCHAEF.

1309, 28. οἵους—ἐλευθέρους] Vere Wolfius: *Quales ingenuorum hominum esse decet.* Quod tales mulier cognatos habet documento est ipsam esse ingenuam. SCHAEF.

1310, 5. ἐμοὶ γὰρ ἦν πάππος—] Iuvat hic genus actoris a parte matris proponere, quo res magis declaretur.

Demostratus Melitensis suscepit

- ex uxore prima
  - 1. Amytheonem
    - Demostratus.
    - Callistratus.
    - Dexitheus.
  - 2. filiam, quae e Diodoro Alaeensi peperit Ctesibium.
- ex uxore altera Chaerestrata dicta
  - 1. Timocratem.
    - Euxitheus.
      - N.
      - N.
      - N.
  - 2. Nicaretam, quae e Theocrito Alimusio peperit Euxitheum actorem.

REISK.

1310, 6. Δαμόστρατος] Nota formam Doricam Attici nominis. Δημόστρατος legitur p. 1320, 4. Sic etiam apud Aelianum N. A. 13, 21. et aliis locis. Non minus Doricum est Ὀλύμπιχος, quod legitur v. 22. Δαμοτίμου legimus p. 934. 28. SCHAEF.

1310, 16. μαρτυρήσεται] Idem est atque μαρτυρήσει. *et haec monumenta publica hac de re testabuntur.* Nam in illis publicis monumentis stabant stelae vel cippi nominibus ibi sepultorum inscripti. REISK. καὶ ταῦτα μαρτυρήσεται nego aliter verti posse quam sic: *atque haec testimoniis confirmabuntur.* Arguit etiam quod solenni his in futuris varietate alii habent libri μαρτυρηθήσεται. καὶ ταῦτα μεμαρτύρηται p. 1315, 21. καὶ ταῦτα πάντα μεμαρτύρηται p. 1318, 16. SCHAEF.

1310, 17. Ἁλαιεῖ] Videtur hunc locum in animo habuisse Harpocration v. Ἁλαιεύς. REISK.

1310, 22. Πλωθεύς] Citat h. l. Harpocration v. Πλωθεύς. Utra sit verior scriptio, haec an Πλωθειεὺς, an utraque bona et usu comprobata, quaerant alii. V. Valesius ad Harpocrationis locum. REISK. Utriusque formae ab Stephano Byzant. annotatae exempla reperiuntur in inscriptionibus, frequentior tamen est dissyllaba. V. quae in Thes. Steph. dixi vol. 6. p. 1251. et Meier. ap. Rossium de demis p. 132.

Ὀλύμπιχος] De Dorica hac forma nominum propriorum v. ad Gregor. Corinth. p. 290. SCHAEF.

1311, 4. φρατέρων τῶν συγγενῶν] φράτερες τῶν οἰκείων αὐτῆς p. 1320, 10., quo loco emendationem suam confirmavit Sauppius. Non potest autem in vulgata scriptura συγγενῶν pro γεννητῶν accipi: nam hi designantur verbis proximis ὧν τὰ μνήματα ταὐτά.

1311, 5. ὧν τὰ μνήματα ταὐτὰ] γεννητῶν. V. p. 1307, 10. coll. p. 1306, 2. SCHAEF.

1311, 8. ἐπιδεικνύω] F. ἐπιδεικνύει. SCHAEF.

1311, 12. συνῴκησε] *Convenerit in manus et in torum concesserit.* REISK.

1311, 13. αἰτιᾶται] Scilicet Eubulides. REISK.

1311, 16. διηγήσομαι] Scilicet paulo post. Placat sic et suspendit impatientiam judicum audiendi de caussis, cur mater actoris nutricem egisset, ut paterentur antea aliud quid magis necessarium exponi. REISK.

ἐπικλήρου—εὐπόρου] *Nactus autem per haereditatem jus ducendi virginem opulentam.* SCHAEF.

1311, 17. ἐκδοῦναι] Nota usurpatum de marito uxorem alii legitime cedente. SCHAEF. V. ad p. 863, 4.

1311, 21. τῶν τε θείων] Ambo Theocriti patrui erant Lysanias et Charisius. REISK.

1311, 26. στρατευομένου—μετὰ Θρασυβούλου] De hac Thrasybuli in Lesbum expeditione (Olymp. 97, 1.) v. Diodor. 14, 94. REISK.

1312, 2. ποιήσασα—ποιοῦσα] Prius participium fortasse referas ad susceptionem, posterius ad functionem muneris nutricii. Sed mihi scriptor ambo participia videtur promiscua habuisse. SCHAEF.

1312, 7. παῖδας] παῖδα A. παῖδας bene habet, tametsi blandiri possit παῖδα, cum Protomachus e Nicareta non nisi unam filiam susceperit. Nam παῖδας ποιεῖσθαι nihil aliud est quam παιδοποιεῖσθαι et de omni prole usurpatur, sive ea singularis est sive pluralis, ut etiam Latini vocabulum *liberi* usurpant etiam de uno tantum infante. (V. Gellius 2, 13. SCHAEF.) Forte voluit Augustanus παιδοποιησάμενος uno vocabulo. Sed quid opus est, aies, his argutationibus? P. 1312, 10. filii Protomachi testes producuntur. Respondeo: Non e Nicareta eos suscepit Protomachus, sed ex altera uxore, quam domum duxit post dimissam Nicaretam, quae est illa ἐπίκληρος, si verum est, quod p. 1311, 11. dixit, Nicaretam Protomacho nil praeter filiam peperisse. REISK.

1312, 8. ὅς] Qui Protomachus. REISK.

1312, 9. ἀστὴν—πολῖτιν] Finxit discrimen Reiskius in Ind. Graecitat. s. v. ἀστός. Enimvero vocabula sunt synonyma. Anecd. Bekk. p. 455, 14: Ἀστός: πολίτης. Junxit autem orator ἐναργείας χάριν. *dass sie eine Athenerin und im unbestrittenen Besitz der Bürgerrechte war.* Sed p. 1382, 2. inter haec vocabula videtur hoc discriminis intercedere, ut ἀστὴ dicatur quae majores habuit cives, πολῖτις quae jus civitatis a populo accepit. SCHAEF. Anglice, *that she was a citizen, and unquestionably possessed the rights of citizenship.*

1312, 12. τὴν γαμηλίαν εἰσήνεγκεν] Recurrit p. 1320, 13. V. Taylorus ad init. Argum. h. Orat. SCHAEF.

1312, 15. παρὰ τοῦ Πρωτομάχου] Nam e domo Protomachi adhuc superstitis in domum Theocriti concesserat Nicareta. Protomachus autem aliam duxerat uxorem, τὴν ἐπίκληρον, et ex ea liberos illos, qui v. 10. testes producuntur, sustulerat. Postmodum filiam e Nicareta susceptam vivus adhuc despondebat adultam Eunico Cholargensi. REISK.

1312, 22. ψηφίσαιτο] Redit ad εἰ μηδεὶς, quorum illud v. 19..

hoc v. 21. legitur. *si quis peregrinum me censeat esse, quamvis in tanto numero testium me secundantium nemini eorum controversiam de statu civili moveat.* REISK. Vere Reiskius *si quis*, tanquam si scriptum sit εἴ τις. Scilicet insigne Graecorum studium voces jungendi congeneres h. l. effecit ut μηδενὶ attrahens affirmativum τις, posthabita ratione logica, in negativum μηδεὶς transformaret. Dicas hoc schema logicam attractionem, ut cui in notiones vis eadem sit, quae est syntacticae in constructiones. SCHAEF.

1312, 27. ἀλλ'—μὲν] Ego malim: ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ᾔδεσαν αὐτὴν (subaudi τίς ἦν), ἡμετέραν μὲν—. Sensus: Nam si rem hodie demum auditam testarentur, metuendum esset ne quis eos perjuros haberet. Nunc per totum antehac tempus norant mulierem, quae cum revera mea sit mater, Cliniam nutricata est. De vi participii νομιζομένην v. p. 1314, 18. SCHAEF.

1312, 29. οὐ γὰρ εἰ πένητες —] Verte: *non enim, si pauperes fuissemus, rei sumus, sed, si peregrini.* Agitur enim hodie, ut ait ille in sequentibus, non de facultatibus, sed de genere et civitate. TAYLOR.

εἰ μὴ πολῖται] Subaudi ὄντες ἡμᾶς αὐτοὺς πολίτας ἀπεφαινόμεθα. *si nos, qui cives non essemus, tamen pro civibus nos gessissemus.* REISK. Subaudiendum solum ἦμεν. SCHAEF.

1313, 1. περὶ τύχης] *De fortuna, sive prospera sive adversa.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 64.

1313, 2. δουλικὰ] δουλικὰ ex Demosthene citat Pollux 3, 81. TAYLOR.

1313, 6. ἔριθοι] Talium ἐρίθων exemplum habet Xenophon Memorab. 2, 7, 12. SCHAEF.

1313, 17. τὰ προσήκοντα] Scil. πολίτῃ. SCHAEF.

1313, 21. τῷ Ἡρακλεῖ] *Ad operandum Herculi.* Recurrit phrasis p. 1318, 16. SCHAEF.

1313, 24. Οὐκοῦν—ἐᾶν] Totus hic locus (Οὐκ οὖν—ἐᾶν;) e membris constans dissolutis ob hanc ipsam concisionem egregie decet stomachum orantis. SCHAEF.

ἔλαχον ἱερεὺς] λαχόντα βασιλέα p. 1369, 16. Plato Politic. p. 290. extr. HSt. τῷ—λαχόντι βασιλεῖ. Aeschines p. 424 R. ἔλαχε τειχοποιός. Similia ὑποστῆναι πρατῆρα etc. V. ad p. 983, 8. SCHAEF.

1313, 25. ὥσπερ προεκρίθην] Scilicet εἰς τὸ κληροῦσθαι. Municipes quosdam e suo demo praetulerunt, selegerunt, ut ex iis unus sorte Herculanum sacerdotium sortiretur. Aliter, unde haec explicaret? εἰ μὲν ἔλαχον, ὥσπερ προεκρίθην. aut illud p. 1314, 3. ἱερωσύνην κληροῦσθαι μεθ' ἑαυτοῦ προκριθέντα? De his rebus accuratissime Heraldus 2. 3. §. 3. TAYLOR. Scilicet κληροῦσθαι. REISK. V. v. 20. SCHAEF.

ὑπὲρ τούτων] Pro Eubulide et ejus sodalibus. REISK.

1313, 26. τοῦτον] Ipsum Eubuliden, qui, ut demarchus, necessario, de more sacris omnibus demoticis intererat. REISK.

νῦν δὲ—ἐᾶν;] Eadem locutionis forma p. 1337, 18: item p.

1309, 28., sua si oratori reddas. Lucianus vol. 1. p. 519: Ἐκείνους ἔτι πίνειν ἢ ἐσθίειν, ὧν τὰ κρανία ξηρότατα; SCHAEF.

1314, 3. ἱερωσύνην κληροῦσθαι] Genitivo jungitur κληροῦσθαι p. 1313, 21. 1318, 16. Ac mihi videtur utraque constructio bene Graeca esse. SCHAEF.

1314, 5. τοῦτον τὸν καιρὸν—] Cum civitas decerneret inquisitionem in inquilinos jura civitatis falso usurpantes: quod tempus nemo tum norat unquam venturum. REISK.

1314, 12. ἐκεῖνος—ὁ καιρὸς] Illud prius tempus, quum demotae me dignum haberent quem admitterent ad sortiendum super sacro Herculano faciendo. REISK.

1314, 17. ὥσπερ—ἑαυτὸν] Ἀθηναῖον ὑπείληφε scilicet. *Ego me civem Atheniensem esse autumo iisdem de caussis, eisdem argumentis nitens, quibus unusquisque vestrum.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 64.

1314, 20. προσποιούμενος] Scilicet εἶναι. SCHAEF.

1314, 21. τοῖς ἐξελεγχομένοις—ἀποκρυπτομένοις—προσποιουμένοις] Idem est ac si dixisset: τοῖς ἐξελεγχομένοις, ὅτι τούτους μὲν ἀποκρύπτονται, ὧν εἰσὶ, προσποιοῦνται δὲ τούτων εἶναι, ὧν οὐκ εἰσί. REISK.

1314, 26. ξένην καὶ ξένον] Scilicet ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων λεγόμενον. WOLF. Immo ὄντας. *si parentes mei peregrini essent.* SCHAEF.

1314, 27. εἴ τι τοιοῦτον συνῄδειν] Scilicet αὐτοῖς, δηλονότι αὐτοὺς εἶναι ξένους. REISK.

ἐζήτησ' ἂν] *Quaesivissem parentes alios, quibus ipse memet oratione arrogarem, si conscius meis parentibus fuissem, eos esse peregrinos,* seu *de meis si mihi certo constitisset, eos esse peregrinos aut conditionis servilis.* REISK.

1315, 3. ὠφελουμένους] *A me adjutos, ornatos, beneficiis cumulatos.* REISK.

1315, 4. τὰς—ἀδοξίας] Nota usum pluralis. SCHAEF.

1315, 7. τούτοις] τοῖς ἐμοὶ μαρτυροῦσι συγγενεῖς εἶναι. SCHAEF.

1315, 11. ἐξωλείας ὑπόχους] Aeschylus Pers. 24. βασιλέως ὕποχοι μεγάλου. SCHAEF.

1315, 16. εἰς Ἀπόλλωνος πατρῴου] Citat h. l. Harpocration v. Ἀπόλλων πατρῷος. REISK.

ἦγον] Mallem abesset. SCHAEF.

1315, 25. δεῦρ'] εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἁλιμουσίων. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 64.

τοῦ τί ποιήσας] Videtur hic addendum esse φαίνομαι. *Ubinam deprehendor fecisse aliquid, et quodnam est illud, quod deprehendor fecisse, eorum, quae—.* REISK. Non addendum est. Participium refer ad verbum proxime antecedens ἐνέγραψα. Malim autem τι. Respondet enim huic interrogationi solum οὐδαμοῦ. SCHAEF.

καθαρῶς—πολῖται] Ita Lucianus in Timone §. 52. τύπτεις ἐλευθέρους οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος οὐδ' ἀστὸς ὤν. Libanius in Vita Demosthen. init. p. 2, 10. τὸ μέντοι μητρῷον γένος τοῦ ῥήτορος

οὐκ ἦν, ὥς φασι, καθαρῶς Ἀττικόν. Lysiae p. 135, 17. restitui τοῦτον μέντοι, ὡς οὐ καθαρῶς (libri καλῶς) Ἀθηναῖον ὄντα, ἐβούλοντό τινες βασανισθῆναι. TAYLOR.

1315, 27. ὁ πάππος ὁ τοῦ πατρὸς] Valckenarius Diatr. Euripid. p. 170 C: "Sententia poscit ut dicatur *avus paternus*, ὁ πάππος ὁ πρὸς πατρός· literae caedem bis fuerant describendae." scilicet usurpato solenni compendio vocis πατρός. Satis hoc probabile: neque enim actor ultra avum seu paternum seu maternum adscendere solet. SCHAEF.

1316, 5. τοὺς αὐτοὺς—ὄντας] I. q. τοὺς αὐτοὺς—εἶναι. Pendet hoc participium a verbo ἐπιδεῖξαι. SCHAEF.

1316, 8. Ἁλιμουσίων] Citat h. l. Harpocration v. Ἁλιμούσιοι. REISK.

1316, 22. παρ' ἡμῖν] Id est ἐν τῷ ἡμετέρῳ δήμῳ, τῷ τῶν Ἁλιμουσίων. REISK.

οὗτοι γὰρ—ἐγκαταλελοίπασι] Quo nihil non modo iniquius sed adeo absurdius cogitari potuit. Nam omnes hujusmodi fratres aut probandi aut reprobandi fuerunt. Idemque oportuit fieri de patribus filiisque. SCHAEF.

1316, 25. πρεσβυτέρων ἀνθρώπων] Scilicet εἰσὶν ἀπεψηφισμένοι. *expulerunt e demo suo nonnullos grandes natu.* REISK.

1316, 26. ἐγκαταλελοίπασι] *In demo relinquerunt.* Recurrit p. 1317, 23. SCHAEF.

1316, 28. ὑπολάβῃ δυσκόλως] V. ad p 1309, 18. SCHAEF.

1317, 6. δραχμὰς] Imo vero μνᾶς. Quinque drachmae summa sunt aeris nimis minuta. Decem drachmas si inter 73 demotas dividas, singuli vix obolos singulos accipiant. REISK. Quin hoc dicitur: *pretium pactum communiter inter se ita dispertiti, ut singuli quinas drachmas acciperent.* Vel sic est summa aeris minutula: sed eo manifestior fit hominum turpi lucro inhiantium foeditas. SCHAEF.

1317, 16. ὥσπερ εἶπον] V. p. 1306, 21 sqq. SCHAEF.

1317, 21. οὓς—τὸ δικαστήριον] Ita infra v. 23. τοὺς ὄντας πολίτας συνιστάμενοι ἐξέβαλον, οὓς τὸ δικαστήριον κατεδέξατο. Alludit scilicet ad provocationem ad curiam, quae legibus erat concessa: de qua dixi ad initium hujus orationis. Atque id potissimum videtur esse καταδέχεσθαι, dictum, cum quis una sententia damnatus altera, ad quam appellaverit, erit absolutus. Ita Aeschines c. Timarch. p. 129, 6. μετὰ ταῦτα ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον, ἐξεφυλλοφόρησε μὲν αὐτὸν, ἐν δὲ τῇ ψήφῳ κατεδέξατο, secundis nimirum sententiis. Etymol. M. p. 325, 18: Ἀντὶ τῆς ψήφου φύλλοις ἐχρῶντο—ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ. καὶ ἐλέγετο ἐπὶ τούτῳ ἐκφυλλοφορῆσαι—. ἐξῆν μέντοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας, ὡς καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. ubi tamen id non dixit, si integra ad nos pervenerit ea oratio. TAYLOR. Usum verbi καταδέχεσθαι de exsulibus tetigi ad p. 802, 17. Eademque hoc in verbo vis est praepositionis, quae in similibus vocibus κατέρχεσθαι, κατιέναι et κάθοδος, de quibus v. Porsonus ad Euripid. Med. 1011. SCHAEF.

1317, 27. τὴν ψῆφον ἤνεγκεν] Hic ψῆφον φέρειν est *suum singularem, unum unius, calculum demittere.* Liquet hoc ex sequentibus etiam p. 1318. Εὐβουλίδης αὐτὸς οὑτοσὶ, ἡνίκα ἐνεγράφην ἐγὼ καὶ ὀμόσαντες οἱ δημόται δικαίως πάντες περὶ ἐμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον, οὔτε κατηγόρησεν οὔτε ἐναντίαν τὴν ψῆφον ἤνεγκε. Male igitur Reiskius in Indice Graec. s. v. φέρειν τὴν ψῆφον ἤνεγκεν hoc loco interpretatur *proposuit ad deliberandum.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 65. Vere Seagerus. Confudit Reiskius φέρειν τὴν ψῆφον et διδόναι τὴν ψῆφον. SCHAEF.

1317, 28. ὅτι—εἶναι] Ex hoc, quod omnibus calculis, inter quos nimirum erat et Eubulidae, patrem meum Halimusiorum municipem esse decretum sit. SEAGER. l. c. p. 64.

ἁπάσαις] Subaudi ψήφοις. *calculis omnium demotarum.* REISK.

1318, 1. περὶ τῶν πατέρων] De meo patre et de patre Eubulidae. REISK.

ἀλλ'] De hoc usu conjunctionis ἀλλά v. ad p. 573, 10. SCHAEFER.

1318, 2. δικαίως—τὴν ψῆφον ἔφερον] ὁσίως—ἐψηφίσαντο infra v. 11. SCHAEF.

1318, 13. δοκιμασθέντος] Hunc aut similem hujus orationis locum in mente habuit Harpocration v. Δοκιμασθείς. REISK.

δοκιμασία] διαψηφίσει Wolfius. Conf. p. 1306, 20. 1319, 29.

1318, 18. ἐν ᾗ] καὶ ἐν ᾗ Schaeferus.

1318, 20. μισθώσεις τεμενῶν] V. Schoemann. Antiq. publ. p. 204.

1318, 23. Post εἶναι ponatur punctum.

1318, 26. ὅτι] ἔτι Schaeferus.

1318, 27. τὰ ὅπλα] *Scuta*, non *arma.* REISK.

1319, 3. ἐμὲ—ποιῆσαι] Ut, culpa facinoris in adversarios translata, judicum miserationem commoverem. SCHAEF.

1319, 6. τηλικούτων—τεκμηρίων] Arbitror hoc dici εἰρωνικῶς. *quo caussae cum successu agendae suppetant argumenta tanti ponderis.* SCHAEF.

1319, 10. ἡ ἀτυχία] Expunctio mei nominis ex albo demotarum. REISK.

1319, 15. καλοῦμεν] Scilicet μάρτυρας. REISK.

1319, 16. πολλὰ—ἐάσω] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 232. REISK.

διαπεπραγμένα] πεπραγμένα Aristides. REISK.

1319, 18. νομίζετ'] ὑπολαμβάνετ' Aristides. REISK.

ἐκείνων] Quae statim percurrit strictim. Sequitur enim ἀνακεφαλαίωσις ad juvandam judicum memoriam. SCHAEF.

1319, 25. τέτταρες ἀνεψιοὶ] Theocritides, Charisiades, Niciades. Quartum adhuc quaero. REISK. V. ad p. 1304, 26.

ἀνεψιαδοῦς] Nicostratus. REISK.

1319, 26. αὐτῶν] Scilicet τῶν οἰκείων v. 23. *tum illi, qui in matrimonium duxerunt mulieres, quae sunt in eorum* (necessariorum patris mei puta) *numero.* In A. est αὐτῷ. Potest etiam hoc explicari et defendi. τὰς ἀνεψιὰς τὰς οὔσας αὐτῷ, scilicet τῷ

ἐμῷ πατρί. REISK. Fors. αὐτοῦ. Θουκρίτοο scilicet. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 65. αὐτῶν bene habet. Sed referam ad τοὺς μαρτυροῦντας, non cum Reiskio ad τοὺς οἰκείους. SCHAEF.

Ἀπόλλωνος ἑρκείου] V. Harpocrat. s. v. ἑρκεῖος Ζεύς. TAYLOR.

Ἀπόλλωνος — γεννῆται] Anecd. Bekk. p. 231, 23: Γεννῆται: οἱ —ἀπ' ἀρχῆς κοινὰ ἱερὰ ἔχοντες. Harpocration, qui h. l. citat; v. γεννῆται:—γένη τριάκοντα, ἐξ ὧν αἱ ἱερωσύναι αἱ ἑκάστοις προσήκουσαι ἐκληροῦντο. SCHAEF.

1319, 27. οἱ δημόται] Subaudi μαρτυροῦσιν. SCHAEF.

1319, 28. καὶ αὐτοὶ —] Sensus: *apparetque demotas prioribus in* διαψηφίσεσι *de patre ita judicasse, nunquam ut reprobaretur.* SCHAEF.

1320, 5. οἰκεῖοι] Post h. v. videtur εἶναι deesse. V. p. 1319, 23. REISK. Non opus hunc locum ad rationem illius conformari. *Hujus quinam propinqui testes sunt?* Subaudi *civem eam esse.* SCHAEF.

πρῶτον μὲν ἀδελφιδοῦ δύο υἱοί· εἶτα ἀνεψιοὶ —] πρῶτον μὲν ἀδελφιδοῖ δύο, εἶτα τοῦ ἑτέρου ἀδελφιδοῦ υἱοί margo Lutetianae. Quam lectionem Taylorus non probat. Consentit tamen illi lectioni A. quoque hactenus, ut pro ἀδελφιδοῖ det ἀδελφοὶ et in fine ἀδελφιδοῦ δύο υἱοί. Locum quomodo integraverim, vides. Quamquam ne in hac quidem lectione acquiesco. Nam ἑτέρου additum demonstrat aut ἀδελφοί pro ἀδελφιδοί legendum esse, aut pro hoc illud. Si utroque loco ἀδελφοί adoptamus, alterius fratris liberi erunt liberi Amytheonis, e quibus solus Demostratus supererat, alterius liberi Timocratis. Verum Timocrati non fuit nisi unus Euxitheus. Ergone utroque loco ἀδελφιδοῦ est legendum? Sed tum Demostrati ex Amytheone nati nulli liberi in superioribus sunt commemorati. Quare nescio an satius sit lectionem marginis Lutetiani adoptare. Num sic est legendum? πρῶτον μὲν ἀδελφιδοῦς (is est Euxitheus), εἶτα τοῦ ἑτέρου ἀδελφοῦ (is est Amytheon) υἱοὶ δύο. Verum p. 1310. dixerat, filiorum Amytheonis solum Demostratum superesse. Quicquid ago, non expedio hunc locum. REISK.

1320, 18. ἐγὼ δὲ τοῦ μὲν πατρὸς —] Ego vero etsi patri, utpote orbus ab eo relictus, pietatem praestare non potui, matri tamen, si per vos licebit, praestare potero justis funebribus. Egregie ad commovendos judicum animos: omninoque epilogus hujus orationis est περιπαθέστατος. Quanti autem momenti fuerit ταφῆναι εἰς τὰ πατρῷα μνήματα, hunc ipsum citans locum docet Santenius ad Propert. p. 919. SCHAEF.

1320, 21. διὰ τοῦτον τὸν ἀγῶνα] Malim διὰ τούτου τοῦ ἀγῶνος. REISK. Non opus. Nimirum οὗτος ὁ ἀγὼν (ἡ τῶν δημοτῶν ἀποψήφισις) in caussa erat cur jus matrem sepeliendi in avitis monumentis homo amitteret. Hoc jus ut sibi reddatur judices obsecrat. SCHAEF.

1320, 22. κωλύσητε] Scilicet θάψαι. SCHAEF.

LVIII.

IN THEOCRINEM.

A PLURIMIS judicatur haec oratio contra Theocrinem non a Demosthene, verum a Dinarcho fuisse conscripta, ut vides in Argumento. Harpocration s. v. Ἀγραφίου:—διδάσκουσι τοῦθ' οὕτως ἔχειν Δημοσθένης τε καὶ (καὶ in ἢ mutandum) Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου, κ. τ. λ. Iterumque in Θεοκρίνης: Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος λοιδορούμενος Αἰσχίνῃ φησί· τραγικὸς Θεοκρίνης. βούλεται δὲ λέγειν αὐτὸν συκοφάντην, ἐπειδὴ ὁ Θεοκρίνης τοιοῦτος, ὡς ἔστι δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ Θεοκρίνου, εἴτε Δημοσθένους ἐστὶν εἴτε Δεινάρχου οὗτος ὁ λόγος. Paria habet Apostolius Proverb. 19, 49. Porro Dionysius Dinarcho diserte tribuit p. 186. edit. Hudson. in eo diversus a Callimacho, qui a Demosthene scribi contendit. Quod sane excidisse Callimacho valde miror, cum nonnulla dicantur infra (p. 1333. 1336.) ad auctorem nostrum spectantia, quae nemo de se lubens audiret dici, nedum ipse literis consignaret.

Videtur nonnullis hic esse Theocrines, ad quem alludit Demosthenes Aeschinem exagitans de cor. p. 329, 26. λαμπροφωνότατος, μνημονικώτατος, ὑποκριτὴς ἄριστος, τραγικὸς Θεοκρίνης.

Hujus orationis actor fuit Epichares quidam post Olymp. 109, 1. TAYLOR. Tempus orationis accuratius definivit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 153. "*After* the year of Pythodemus (Olymp. 111, 1.) because the oration is given to Dinarchus by Dionysius p. 652. and because Dionysius, by his own rule p. 638. ascribed no oration to Dinarchus, which preceded that date: p. 639. ὅσους εὑρίσκομεν πρεσβυτέρους τούτου τοῦ ἄρχοντος φερομένους εἰς αὐτὸν λόγους—ἀπιστοίημεν ἂν εἰκότως. In the oration itself, facts which happened in the archonship of Lyciscus (Olymp. 109, 1.) are related p. 1330. as past transactions. Moerocles, the orator, appeared for Theocrines: p. 1339. Μοιροκλῆς — οὐκ αἰσχυνεῖται αὐτίκα μάλα λέγων ὑπὲρ Θεοκρίνου."

1322, 1. Τοῦ πατρὸς ἡμῶν] Erat enim actori frater, Aristocrates, cujus facit mentionem p. 1343, 6. REISK.

1322, 2. *πρὸς τὴν πόλιν*] H. e. in caussa publica. Tulerat enim pater actoris, qui actor est Epichares, legem vetustis legibus adversantem, quo facto majestas populi violabatur. V. p. 1326, 2. REISK.

1322, 3. *διπλοῦ*] Quia mulcta illa non fuerat stato tempore soluta. REISK.

1322, 10. *διὰ τὸ τὸν πατέρα ζῆν*] Mortuo enim parente filius fit haeres ejus debiti eoque insoluto ignominiae etiam, quae sequitur. Infra p. 1326. ult. *ὀφείλοντος αὐτῷ τοῦ πάππου πάλαι καὶ τοῦ νόμου κελεύοντος κληρονομεῖν τοῦτον τῶν ἐκείνου.* Et p. 1340, 18. *πότε γάρ με καὶ δεῖ βοηθεῖν αὐτῷ; οὐχ ὅταν ἡ μὲν τιμωρία κατὰ τοὺς νόμους ᾖ;* Dixit Demosthenes c. Androt. p. 603. pen. *οὐκ ἐξὸν γέγραφας. κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τοῦ πατρός· ὄντι δ' ἀτίμῳ σοι λέγειν οὐ προσῆκεν οὐδὲ γράφειν.* Legem diserte scriptam habes: *Νόμος γὰρ ἦν, εἴ τις ὀφείλων πρὸ τῆς ἐκτίσεως τελευτήσει, τοὺς παῖδας ἀποδιδόναι τὸ ὄφλημα· εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτοὺς ἀτίμους εἶναι, ἕως ἂν ἀποδῶσι.* Haec dedit Ulpianus ad illa Demosthenis c. Timocrat. p. 762. 26. *μέλλων κληρονομήσειν τῆς ἀτιμίας, ἂν ἐκεῖνός τι πάθοι.* TAYLOR.

1322, 21. *προδέδομαι—ὑπ' ἀνθρώπων, οἳ—*] Infra p. 1335. *ἐπεὶ, διότι—προδέδομαι διὰ τὰς τούτων ἑταιρίας, ἐκείνως δῆλον ὑμῖν ἔσται. καλείτω ὁ κῆρυξ οὑτοσὶ τὸν Δημοσθένην. οὐκ ἀναβήσεται. τούτου δ' αἴτιόν ἐστιν οὐ τὸ ἐμὲ ὑπό τινων πεπεισμένον ἐνδεῖξαι τουτονὶ, ἀλλὰ τὸ τουτονὶ καὶ τὸν ἄρτι καλούμενον διαλελύσθαι.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 65.

1323, 2. *ἐν τοῖς ἐμοῖς πράγμασιν*] *In caussa mea.* *πυθόμενοι τὰ πράγματα* p. 1322, 23. *cum caussam cognovissent.* SCHAEF.

1323, 5. *ταῦτα*] Malim *ταύτας*, ut ad *ἐνδείξεις* redeat. REISK. Intelligo res, quarum sunt *ἐνδείξεις*. SCHAEF.

καινότατον] *Insolentissimum, maxime mirabile, quod inprimis moveat indignationem.* *καινότατον δ' ἐστὶ πάντων τὸ γιγνόμενον* p. 1293, 10. Quod Wolfius bene sic vertit: *Novum autem et inusitatum quiddam isti moliuntur.* Eodem sensu Germani usurpamus *neu.* SCHAEF.

1323, 18. *ταῦτα,* scilicet *ἐφ' οἷς ἕκαστόν ἐστι τούτων ποιητέον.* SCHAEF.

1323, 20. *κἂν μὴ—χιλίας ἑτέρας*] V. Matthiae Miscell. Philol. vol. 1. p. 266. SCHAEF.

ὦ Θεοκρίνη] Haec tibi dicta velim et scripta existimes. REISK.

1323, 22. *τὰ τῆς πόλεως*] Scilicet *δίκαια ἢ συμφέροντα.* REISK. Simpliciter *quae sunt urbis.* SCHAEF.

κατὰ ταύτην τὴν ἔνδειξιν] Secundum hanc quam jussu patris contra te exhibui praetori accusationem titulo *ἐνδείξεως*. REISK.

1323, 23. *φήναντα*] Constructio haec est: *Aio Theocrinem teneri τῷ (culpa τοῦ) μὴ ἐπεξελθεῖν. quod non persecutus est litem. φήναντα, postquam φάσιν exhibuisset contra Micionem.* *φήναντα* non cohaeret cum *Μικίωνα* ita, ut ad eum referatur, sed refertur ad *Θεοκρίνην* et est idem ac si dixisset: *ἐπειδὴ ἔφηνεν ὁ Θεοκρίνης τὸν Μικίωνα.* REISK.

1324, 5. λόγους λέγειν] *Garrire nugas.* Euripides Med. 322 P. μὴ λόγους λέγε. Elmsleius: "Qui dicit μὴ λόγους λέγε, jubet ut omnino taceas." Alia omnia hic locus docet. SCHAEF.

1324, 9. τῶν τοῦ ἐμπορίου ἐπιμελητῶν] De his consule Petitum LL. Attic. p. 511. Valesium ad Harpocrat. p. 70. Meursium in Piraeeo c. 5. et Attic. Lect. 1, 19. TAYLOR. Adde A. Baumstarkii Disputatio de curatoribus emporii et nautodicis apud Athenienses. Friburg. 1828.

1324, 10. ἐξέκειτο] *Jacuit diutius ante concilium ea indicatio, donec ille argento accepto siverit eam induci, antiquari, e rotulis expungi, vocantibus eum (sed frustra) ad quaestionem de caussa introducenda sive consistenda judicibus, qui isti rei praeerant.* Vide omnino Valesium ad Harpocrat. p. 10. et 41. infra ad v. 24. TAYLOR.

1324, 24. τὴν ἀνάκρισιν] Recte Budaeus haec vertit: *ad judicii constitutionem caussaeque exordium.* Vide supra ad v. 10. Ea mente scripsit A. Gellius 5, 10. *Et cum ad judices* conjiciendae consistendaeque caussae *gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus est* etc. Non est judicium ipsum, sed ipsius praeparatorium, ubi quaeritur περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα, utrum caussa instituenda sit, necne. Οὐ πάσας δίκας, inquit Suidas, κελεύουσιν οἱ νόμοι εἰσάγεσθαι, ἀλλ', ἐὰν ὁ φεύγων ἀντιλέγῃ καὶ παραγράφηται λέγων εἰσαγώγιμον μὴ εἶναι αὐτὴν, πρότερον ἐπὶ τούτῳ γίνεται κρίσις, ἥτις δίκης ἀνάκρισις λέγεται. TAYLOR. V. Harpocration s. h. v. SCHAEF.

ἐπεξῆλθεν] Ita in Argumento p. 1321, 14. φῆναι μὲν αὐτὸν λέγει, οὐκ ἐπεξελθεῖν δέ. Et p. 1323, 9. φαινόντων καὶ οὐκ ἐπεξιόντων. p. 1329, 26. δοὺς Θεοκρίνης οὑτοσὶ τὴν φάσιν οὐκ ἐπεξῆλθε. et p. 1333, 21. ἵνα Δημοσθένει μὴ ἐπεξέλθῃ τὴν γραφὴν, ἣν ἐγράψατο αὐτόν. Verte autem: *eum non paruisse neque litem intendisse.* TAYLOR.

1325, 3. τοὺς ἄλλους] Id est τοὺς μὴ ἀδικοῦντας τῶν ἐμπόρων. dissimiles illis mercatoribus improbis, h. e. probos et honestos. REISK.

1325, 8. ἔνδειξιν—καὶ ἀπαγωγήν] Vide Salmasium de M. U. p. 781. 782. et Heraldum Animadv. 4, 9. §. 9 seq. TAYLOR.

1325, 15. πεποιηκότα] Lectio vitiosa, quam qui in πεποιηκότος vel πεποιηκότι mutari voluerunt, constructioni verborum magis consuluerunt quam sensui, qui πεπεικὼς αὑτὸν, quod Dobraeus conjecit collata p. 57, 17. 373, 4. conjecit, vel simile quid requirere videtur.

1325, 21. τὸν νόμον—ἀναγνωσθέντα] Priorem legem violavit τῷ καθυφεικέναι τὸ πρᾶγμα, posteriorem τῷ συκοφαντεῖν. SCHAEFER.

1326, 3. τρίτον] Minus bene alii libri τὸν τρίτον. τέταρτος τοίνυν ἕτερος νόμος ἐστὶν p. 1327, 18. SCHAEF.

1326, 7. ὃ om. A. r. Quod si omittitur, interpungendum, γραφόμενος. ἕτερον δὲ τρίτον, ὃς ὁμοίως κελεύει—ἢ τῶν ἐπωνύμων τῳ, φανήσεται οὗτος ὀφείλων—. *Quod autem ad tertiam aliam atti-*

net, quae etc. De talibus accusativis conf. p. 1222, 23. 1229, 16. 1253, 7. 1342, 15. et p. 1327, 18. SCHAEF.

1326, 15. *ὀλίγων*] Opponuntur hic inter se pauci homines, qui sunt mercatores et navicularii, cum multis, qui sunt tota tribus Attica, decima pars populi; tum homines plerumque per maximam vitae partem domo absentes cum iis, qui nunquam domo absunt. REISK.

1326, 16. *ὥσπερ ὁ Μικίων*] Scilicet *πλεῖ* vel *ποιεῖ*. SCHAEF.

1326, 17. *ὅστις*] Non ad Micionem redit, sed ad Theocrinem. REISK.

1326, 20. *τοὺς νόμους—βιαζόμενος*] *Cum sciret* vel *quamvis teneret leges—, tamen per vim et violentiam sese in forum ingerens.* REISK.

1326, 22. *βιαζόμενος*] Junge *τοὺς νόμους βιαζόμενος*. *βιάζεσθαι τοὺς νόμους* i. q. *κρείττω τῶν νόμων εἶναι* v. 24. SCHAEF.

1326, 23. *τοὺς ὀφείλοντας*] *οἳ ὀφείλουσι*. Ne putes abundare articulum. SCHAEF.

1326, 26. *ὡς ἐκεινός ἐστιν*] Scilicet *ὁ ἐγγεγραμμένος*, aerarius, in tabulis publicis aerariorum scriptus: avus puta. REISK

1326, 27. *εἰ δ' οὖν ἐστιν—εἰ ταῦθ' οὕτως ἐστίν*] Nota abundantiam orationis. SCHAEF.

1326, 29. *αὐτῷ*] Ne tiro quidem referet ad *ὀφείλοντος*: tam notus est hic usus dativi significantis quod quis aut facit aut patitur interesse ejus, quem dativus indicat. *οὐκ ἐκτετικότος αὐτῷ τοῦ πατρὸς* p. 1327, 20. Xenophon Cyrop. 1, 4, 2. *μή οἱ ὁ πάππος ἀποθάνοι. τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ* p. 1330, 28. SCHAEF.

1327, 3. *πονηρὸς ἐκ τριγονίας*] *πονηρὸς—ἄνωθεν* p. 1125, 23. V. Musgrav. ad Euripid. Androm. 637., qui quem Philonis citat locum, in eo vide ne pariter scribi oporteat *τριγονίας*. SCHAEF.

1327, 5. *εἶναι*] *Non a me fingi, sed vere esse.* SCHAEF.

κατετάξατο τοῖς φυλέταις] Deciderit cum tribulibus de summa aeris a se luendi et certam sibi diem praefiniri curaverit, intra quam lueret. REISK. Similiter Germani de debitore dicimus: *sich mit dem Gläubiger setzen.* [Anglice, *to compound*, or *agree with one's creditor.*] Conf. ad p. 715, 2. 768, 16. SCHAEF.

1327, 8. *τὸ ψήφισμ'*] Cujus auctor fuit Scironides, cujus haec fuisse videtur sententia, ut, si qui tribules aerarii essent, magistro tribus jus et potestas esset eos de reddendo aere debito admonere et a recusantibus vel vi exigere. REISK.

1327, 10. *Σκιρωνίδης*] Rarius nomen. Scironides dux Atheniensium ap. Thucyd. 8, 25.

1327, 17. *τὰς ἑπτὰ μνᾶς*] *τὰς ἑπτακοσίας δραχμὰς δηλονότι. ἃς ὦφλεν ἐν ταῖς εὐθύναις τῷ ἐπωνύμῳ τῆς αὐτοῦ φυλῆς*. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 66. V. p. 1326, 7. SCHAEF.

1327, 18. *ἐπράξατε*] Sensus: Magis laudandi vobis sunt Leontidae, qui coëgerint Theocrinen solvere mulctam, quam Theocrines, qui rem cum tribulibus composuerit: ut jure mihi videar etiam hoc *παρανόμημα ἐνδεικνύναι*. Conf. v. 7. SCHAEF.

1327, 18. τέταρτος τοίνυν ἕτερος—] V. Meierus de lite Att. p. 396. SCHAEF.

1327, 21. προσῶφλεν] Non Theocrines, sed ejus pater. REISK. praeterquam quod caussa cecidit. Hanc suspicor esse vim praepositionis πρὸς et h. l. et p. 1328, 1. Aliter Meierus l. c. SCHAEF.

1327, 22. διοικησαμένου] Genitivus aptus est e v. ἐκτετικότος τοῦ πατρός. cum pater Theocrinis decidisset cum Ctesicle, qui patronus erat caussae adversariorum: qui Ctesicles hic praevaricationis insimulatur. διοικεῖσθαι πρός τινα est cum aliquo colludere, secreto depecisci, decidere, constituere, ut res amice aut tolerabilibus conditionibus transigatur. V. p. 1328, 5. REISK. Ctesicles non erat patronus caussae adversariorum, ut qui esset μέτοικος, sed negotia illorum curabat. Nec διοικεῖσθαι πρός τινα est *colludere cum aliquo* sensu nequiori, ut fraus fiat, sed omnino *transigere cum aliquo*. quod fieri potest legitime. Docent quae sequuntur p. 1328, 3. SCHAEF.

1327. 25. εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεχθῆναι] V. Hemsterhus. ad schol. Aristophan. Plut. 1199. SCHAEF.

1328, 16. κατὰ τὰς χιλίας] V. p. 1322, 20. SCHAEF.

1328, 18. οὐ γὰρ δὴ προσδοκᾶν γε ex A. r. edidi pro vulgato οὐ γὰρ δή γε προσδοκᾶν. Sic in hac oratione p. 1330, 7. οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸν τρόπον γε—. p. 1341, 18. οὐ γὰρ δὴ πείσει γε—. οὐ γὰρ δή γε quod nullo interposito verbo legitur apud Platon. Lysid. p. 217 B. vix unquam dixerunt veteres, saepissime recentiores, ut Galenus vol. 4. p. 746. vol. 5. p. 389. 500. vol. 7. p. 533. ed. Lips. aliique ejusdem aetatis scriptores.

1328, 22. οἴσειν] Si bene habet, accipi debet pro εἰσοίσειν vel προσοίσειν, *prolaturum esse*. REISK.

ὡς καταστασιάζεται] *Se factione opprimi*. V. Ind. Graecitat. Locutio haec inprimis Plutarcho frequentatur. V. Philopoem. c. 13. συγκατεστασίασε τὴν πόλιν. *una perfecit ut urbs caussa caderet*. De seditione urbis opprimendae caussa mota, quod in mentem venit nonnemini, Chaeronensis ne per somnium quidem cogitavit. SCHAEF.

1328, 30. ὀφείλειν ὑμῖν] Dativus ὑμῖν est e genere illo, de quo v. ad p. 1326, 29. SCHAEF.

1329, 3. ἡσυχίαν ἂν ἦγον] Quippe hominem frustra accusaturus: nam praevideo fore ut caussetur, διὰ τοῦτο τὴν ἔνδειξιν καθ' αὐτοῦ γεγονέναι, ἵνα Δημοσθένει μὴ ἐπεξέλθῃ τὴν γραφὴν, ἣν ἐγράψατ' αὐτὸν, μηδὲ Θουκυδίδῃ (p. 1333, 20.). Nunc cum lex, omni exclusa caussatione, simpliciter jubeat ταῦτ' εἶναι κύρια περὶ τῶν συκοφαντούντων, litem adversario haud cunctabundus optimaque cum spe victoriae intendi. SCHAEF.

1329, 13. ἀπραγμοσύνην] ἀπειρίαν τῶν πραγμάτων. Conf. v. 16. SCHAEF.

1329, 23. Θεοκρίνῃ] Adverte subitum a secunda persona (Θεοκρίνῃ) ad tertiam (τούτῳ) transitum. SCHAEF.

ἀξιοῦθ' ἡμᾶς—] Verte haec: *Quid? Num postulatis ut nos—con-*

tra leges decernamus, cum Mico testimonium perhibuerit—? cum scriba confessus sit—? caetera. TAYLOR.

1329, 28. *τούτοις*] Actori et ejus advocatis. REISK.

1329, 29. *παρὰ τούτου*] A Theocrine. REISK.

τούτου] Redit ad scribam Euthyphemum et revocatur auditor atque lector ad p. 1324, 15. REISK.

1330, 6. *ἀλλ' οὐ δίκαιον*] Scilicet *ὑμᾶς παρὰ τοὺς νόμους διὰ τοὺς τούτων λόγους ψηφίζεσθαι*. V. p. 1329, 25. REISK.

1330, 13. *μὲν*] Huic particulae respondet *δὲ* p. 1331, 15. et v. praeced. 14. *μὲν* iteratur in gratiam lectoris ad superiora revocandi. REISK. Malim *μὲν*, quod om. A. r., expungi. Orator enim si huic *μὲν* illud *δὲ* respondere voluisset, sic, opinor, scripturus erat: *οὐχ 'ἀδελφὸς μὲν τούτου διὰ τὴν αὐτοῦ πονηρίαν—*. SCHAEF.

1330, 17. *ἐπιχειροτονιῶν*] Harpocration, *'Επιχειροτονία, ἡ τῶν χειροτονητῶν κατάστασις*. Scilicet si probarentur *οἱ χειροτονητοί*: sin, fiebat eadem *μετάστασις*. quae h. l. intelligenda est. Conf. *οὔτε λαχὼν οὔτ' ἐπιλαχών* p. 1331, 6. SCHAEF.

τὴν ἀρχὴν ἅπασαν] *πάντας τοὺς συνάρχοντας*. SCHAEF.

1330, 18. *ἐποίησε*] Videri queat subaudiri posse *ἀποχειροτονηθῆναι*. Sed multo est probabilius post v. *ἅπασαν* deesse *ἀστεφάνωτον*. *in caussa fuit ut senatus* vel *collegium thesmothetarum corona privaretur*. REISK. *ἀποχειροτονηθῆναι* subaudiri debet, non tantum potest. V. infra v. 25. SCHAEF.

αὐτῶν] Scilicet *τῶν συναρχόντων*. SCHAEF.

1330, 21. *τοὺς στεφάνους*] Insigne magistratus. SCHAEF.

1331, 3. *ἀπηλλάγη*] *Ab accusando destitit, rem missam fecit.* Proprium hac de re verbum. Recurrit p. 1332, 17. *διελύσατο* mox v. 8. SCHAEF.

1331, 6. *ἐπιλαχών*] Hunc locum, opinor, respiciunt Anecd. Bekk. p. 256, 3. SCHAEF.

1331, 10. *καὶ πιστὸς καὶ κρείττων*] Pro infido fratre habebatur is, qui fratris caedem non in peremtore judicio aut manu armata exsequeretur, sed cum homicida depecisceretur: fidus contra, qui pretium sanguinis omne recusaret, sed homicidam aut exilio multaret aut manu sua talionis ergo interficeret. REISK.

1331, 13. *πάντων τούτων*] Significat gulam, ventrem, vestem, familiam, domicilium, gestationes, balnea, aedificia, alia, in quibus luxus cernitur. REISK.

δι' ὧν] Per ventrem et gulam. Malim tamen *δι' ἅ*. REISK. Ego non item. SCHAEF.

1331, 17. *τοῦ—πατρὸς*] Scilicet *τοῦ ἡμετέρου*. REISK.

1331, 21. *ἐν ᾧ τὴν σίτησιν—*] Haec explanabit Valesius ad Harpocrat. p. 171. TAYLOR.

σίτησιν] Cum p. 1332, 3. dicatur *δωρεά*, videtur intelligenda *σίτησις ἐν πρυτανείῳ* (coll. p. 663, 10.) data puero, ut patri de republ. bene merito honos post mortem haberetur. SCHAEF. Videtur res sic esse comparata. Ischomachus quum optime esset de re publica meritus—cognatione fortasse attigit Ischo-

machum eum, qui ut *καλὸς κἀγαθὸς* multis laudibus a Xenophonte Oecon. c. 6. et 7. ornatur—Epicharis olympionicae filius id honoris memoriae ejus tribuit, ut filio ejus Charidemo victum in prytaneo rogaret. Eam rogationem Theocrines sic impugnavit ejusque caussa rogatorem *παρανόμων* in judicium arcessivit, ut in fraudem Charidemi factam eam diceret; hunc enim, ut ab Aeschylo adoptatum, non amplius e domo Ischomachi esse; ad quam si rediret, verendum esse ne patrimonio Aeschyli privaretur. MEIER. Comment. de vita Lycurgi p. 109.

1331, 22. *λέγων*] Hoc *λέγων* et *ψευδόμενος* v. 26., quod est dictum *ἐν διὰ δυοῖν* pro *ψευδῶς λέγων*, ad Theocrinem redit. Caussa haec Charidemi plane nobis est obscura. REISK.

1332, 12. *ἀποφέρει—κακώσεως*] *τῆς γυναικὸς* subaudit Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *κάκωσις*. Immo de puero intelligendum. Monuit etiam Matthiae Miscell. Philol. vol. 1. p. 234. SCHAEFER.

1332, 14. *καὶ δίδωσι πρὸς τὴν λῆξιν*] Jungenda *καὶ πρὸς*, *praetereaque, adeoque*: ut sit i. q. *καὶ δίδωσι δὲ*—. SCHAEF.

παρέδρῳ] *πάρεδροι* sunt assessores juris scientia imbuti additique iis magistratibus, qui, sorte delecti ad munus aliquod publicum administrandum, id propter imperitiam aut aliud vitium plene exsequi non poterant. Ita c. Neaer. p. 1372, 24. *διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἀκακίαν τὴν ἑαυτοῦ τοῦτον πάρεδρον ποιήσαιτο, ἵνα διοικήσῃ τὴν ἀρχήν.* Ita etiam c. Midiam p. 572, 9. *ἕτερος ἀδικεῖν ποτ᾽ ἔδοξεν—καὶ κατεχειροτονήσατ᾽ αὐτοῦ παρεδρεύοντος ἄρχοντι τῷ υἱεῖ.* Harpocratio in v.: *πολύ ἐστι τοὔνομα παρά τε τοῖς ῥήτορσι καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ. Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησί· λαμβάνουσι δὲ παρέδρους ὅ τε ἄρχων καὶ ὁ πολέμαρχος, δύο ἑκάτερος, οὓς ἂν βούληται· καὶ οὗτοι δοκιμάζονται ἐν τῷ δικαστηρίῳ, πρὶν παρεδρεύειν, καὶ εὐθύνας διδόασιν, ἐπὰν παρεδρεύωσιν.* Adde Sigonium de Republ. Athen. 4, 3. et Pollucem 8, 92. TAYLOR.

1333, 13. *Τενεδίοις*] De hoc psephismate v. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 451. SCHAEF.

1333, 17. *παρ᾽ ὧν—λαβεῖν*] A quibus nemo velit pecuniam accipere, et ne in mentem quidem sibi venire spem ferendi ab iis alicujus emolumenti, quod inter omnes constet eos non dare pecuniam, sed exigere. REISK. Hoc, opinor, dicitur: a quibus ne unus quidem accipere in animum inducat, quod tales oratores, si pecunia emuncti sint, inprimis metui oporteat. SCHAEF.

1333, 22. *δεινὸς γάρ ἐστι*] Ante haec adde tacite in mente, cum legis, *μὴ πιστεύετε*, *nolite credere*. REISK. Cur hoc subaudiamus? Caussalis particula referenda ad *φήσει*: quippe talia dicere orator ait esse hominis *δεινοῦ ψεύσασθαι*. SCHAEF.

1334, 1. *διότι—ἡ γραφή*] Sententia videtur esse haec: Theocrinem non alia de caussa majestatis accusasse Demosthenem quam ut hoc obtentu suae adversus eum simultatis et jactanda ad populum sua vigilantia et acerbitate erga omnes, qui ma-

jestatem populi deminutum irent, averteret a se discrimen hoc τῆς ἐνδείξεως. REISK.

1334, 3. ΓΡΑΦΑΙ.] Vulgo ΨΗΦΙΣΜΑ. ΓΡΑΦΑΙ. Correxi ψηφίσματα meo judicio. Sunt enim duo psephismata, Thucydidis unum, alterum Demosthenis. V. p. 1333, 21. et v. 4. Et totidem quoque Theocrinis erant γραφαὶ. una contra Thucydidem, altera contra Demosthenem. REISK. Malim hanc vocem deletam. Scriba enim non ipsa psephismata recitare jussus est, sed τὰς γραφὰς τῶν ψηφισμάτων. Ita neminem male habebit quod sequitur: Τούτων τῶν ψηφισμάτων—. SCHAEF.

1334, 4. Τούτων τῶν ψηφισμάτων] De Aeniis levandis nimio onere τῆς συντάξεως. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. I. p. 451. SCHAEF.

1334, 15. συγχωροῦντα] Ex hoc verbo colligas tributum a Charete imperatum tolerabile fuisse: ut Aenii non propterea, sed quod plus posceretur, descivisse videantur. Aliter Boeckhius l. c. SCHAEF.

1334, 17. παραδεξάμενον] Id est ὑποσχόμενον, ut Latinum *recepisse*. h. e spopondisse. Rarior haec verbi significatio. REISK.

1335, 7. ἐνδεκάζοντας] Videtur ἐνδεκάζειν idem esse atque συνδεκάζειν. Istae duae praepositiones, ἐν et σὺν, saepe in compositis verbis inter se alternant. Erit ergo significatio hujus verbi *una cum alio eandem decuriam*. h. e. *societatem, sodalitium, collegium, frequentare*. In istiusmodi verbis et dictis proverbialibus non solet analogia grammatica strictissime observari, secundum quam utique συνδεκατίζειν melius conveniebat. REISK. V. Zonaras p. 742. συνδεκατίζοντας probat Schneiderus Lex. Gr. v. Ἐνδεκάζω, quanquam malit συνδεκατεύοντας. Mihi quoque placet συνδεκατίζοντας. Conf. Anecd. Bekk. p. 237, 26. SCHAEF. Harpocration. ἐνδεκάζοντας· ἀντὶ τοῦ ἑνεορτάζοντας. ἐν τῷ αὐτῷ τὴν δεκάτην ἄγοντας. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου. Hoc recepi.

1335. 11. ταύταις] Scilicet ταῖς προφάσεσι. REISK.

1335. 17. τῶν ὅπως ἔτυχε λεγόντων] Idem est ac si dixisset ἢ ὅταν τινὲς λέγωσιν ὅπως ἔτυχε. REISK. Accommodatius antecedentibus genitivum hunc sic resolvas: ἢ ἂν οἱ ὅπως ἔτυχε λέγοντες παράσχωνται. Similem Sophoclis in usu comparativi breviloquentiam habet Antigone v. 74. SCHAEF.

1335. 18. ἀλλὰ τοὺς αὐτοὺς] Id est: ἀλλὰ δεῖ νομίζειν ὑμᾶς. τοὺς νόμους εἶναι τοὺς αὐτούς. ἐάν τέ τις αὐτοὺς ὑμῖν παράσχηται εὖ τοῖς ὀνόμασι συμπλέξας. ἐάν τε λέγῃ ὅπως ἔτυχε. REISK.

1335. 20. νέοις] Sic A. r.: vulgo τοῖς νέοις. Articulus recte abest. "Sunt enim iidem qui ἄπειροι et qui νέοι dicuntur: bis autem posito articulo duo genera hominum designari viderentur." ut Spaldingii verba ad p. 556, 16. huic loco accommodem. SCHAEF.

1335, 21. τοὐναντίον ἐστὶ] *Contrarium ejus verum est, quod hic affirmat*. Affirmat autem Theocrines, se a sodalitio quodam

inimicorum superari: sed contra est. Non ille, sed ego ab istiusmodi collegio inimicorum contra me conspiratorum afflictus sum. REISK.

1336, 5. τοῦτον] Demosthenem. REISK.

1336, 7. πῶς;] *Qua ratione.* Deinde sequitur ratio: τὸν μὲν Δημοσθένην τις κ. τ. λ. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 66.

1336, 10. τὸν περιϊόντα—] Ut non illi sontica caussa fuerit, cur vocatus non adesset. Acerbus in Demosthenem nostrum sarcasmus. SCHAEF.

1336, 12. ἀνθυπωμόσατο] Citat Harpocration s. h. v. REISK.

ἐπήγγελκεν] V. Schoemann. de lite Att. p. 698. SCHAEF.

1336, 13. ὑμᾶς] Abest ab A. REISK. Recte abest. Alioqui diceretur solenne esse judicibus τὸ προσέχειν τούτοις. Qualia quis dicet, cujus intersit placere judicibus? Itaque scribo: φενακίζουσι τοὺς προσέχοντας—. SCHAEF.

1336, 17. μηδ' ὑμᾶς] F. ὑμᾶς μηδέ. SCHAEF.

1336. 21. αὐτῷ] Demostheni. REISK.

εἰσὶ δέ γε—παρ' ὑμῖν.] Ut non habituri sint cur Demosthenem in judiciis metuant adversarium. SCHAEF.

1336, 22. οὗτοι] Advocati Theocrinis simultates cum Demosthene simulantes. REISK.

1337, 10. μὴ] In annot. crit. d. μὲ typothetae error est pro μή.

1337, 12. κωλύειν τὸ πρᾶγμα] Aut plane delenda sunt haec verba, aut, si locus ipsis suus relinquendus tamen est, malim τοὺς κωλύοντας τὸ πρᾶγμα. *tam instituenda actione ex eo genere, cui nomen est* γραφὴ, *quam adscribendis et proferendis verbis ipsis earum legum, quae rem ejusmodi vetant.* REISK. Habet locus quod displiceat. Vide igitur satisne probes quod mihi in mentem venit: οὓς κωλύειν τὸ πρᾶγμα. Leniorem quidem medicinam vix reperias. Recte autem pronomen relativum infinitivo junctum in oratione obliqua ponitur. ἃς λελυμάνθαι τοὺς ἐπιστάντας p. 1439, 25. Plutarchus V. Marcelli c. 15. οἷς χρῆσθαι τὸν Ἀρχιμήδην. V. Marii c. 11. οὓς μέχρι τῶν Ἑρκυνίων εἴσω διήκειν. Strabo vol. 3. p. 323. Tzsch. οὓς καλεῖσθαι ζέρεθρα. SCHAEF.

μήτε—καταστήσαντα] Quo magis παράνομον fit Theocrinis facinus quam illius, quem orator fixit v. 1. SCHAEF.

1337, 24. ὅσοι μὴ—] Conf. p. 1327, 25. 1328, 12. SCHAEFER.

1338, 1. πολλαχῶς] *Multimodis:* ἐάν τ' ἐγγεγραμμένοι ὦσιν, ἐάν τε μή. SCHAEF.

1338, 17. τοῦ ἀγραφίου] Ex hoc loco videtur ista actio competere adversus eos debitores, quorum nomina, aere non soluto, e cera publica delerentur: alia autem posse eos invadi, quorum nomina nunquam erant inscripta, scilicet ἐνδείξει. Vide de hac re disputantem Hemsterhus. ad Polluc. 8, 54. TAYLOR. V. Harpocration s. v. ἀγραφίου et Anecd. Bekk. p. 199, 28. 331, 21. SCHAEF.

1339 1. Μοιροκλῆς] Vide plura de hoc homine apud Valesium

ad Harpocrat. p. 200. Meursium Attic. Lect. 1. 13. Suidam in Ἀντίπατρος et Kusterum ad loc., Bartonum ad Plutarchum in V. Demosthen. p. 28. TAYLOR.

1339, 12. μακρὸν διαφυγόντες πλοῦν] *Evitatis longae navigationis periculis.* SCHAEF.

1339, 15. ἀλλὰ τοὺς στρατηγοὺς—] Loci hujus sententia ita se habere videtur: Mercatores, dum per mare navigant, sub praesidio sunt ducum longarumque navium praefectorum *the convoy*, hic autem sub vestro legumque. TAYLOR. τὰ κατὰ πλοῦν γιγνόμενα sunt mala quae mercatoribus dum navigant accidunt. Horum culpam dicuntur sustinere duces classiariorum, si mercatorias naves non tueantur a depraedationibus piratarum. Rursus τὰ ἐν τῷ Πειραιεῖ καὶ πρὸς ταῖς ἀρχαῖς γιγνόμενα sunt omnis generis vexationes quae mercatores in portum devectos adfligunt. Horum culpam dicuntur sustinere judices, si sycophantarum in illos grassantium protervitatem non comprimant. V. v. 21. SCHAEF.

1339, 21. πρᾴως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις φέρειν] Plutarchus V. Pelop. c. 33. in. ἐπὶ τῇ τοῦ Πελοπίδου τελευτῇ βαρέως φέρειν. V. Abreschius ad Xenophont. Ephes. p. 178. edit. Loc. et Wesselingius ad Diodor. 3, 58. SCHAEF.

1340, 1. ἐᾶσαι] Subaudi ἡμᾶς. Idem hic est color orationis qui p. 1313, 26. 1337, 18. SCHAEF.

1340, 20. ἡ—τιμωρία] Θεοκρίνου. SCHAEF.

ἡ τοῦ πατρὸς ἀτυχία significat omnia mala, quae ἀτιμωθεὶς ille experiebatur. Horum malorum filius recte dicitur particeps. Conf. v. seq. SCHAEF.

1340, 21. μόνος—καταλελειμμένος] Destitutus amicis. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 66.

1340, 25. συνάχθεσθαι — πεπονθέναι] Subaudi ἡμῖν et ἡμᾶς. Vide quam libenter Graeci pronomina praetermittant, ubi praetermissio sensum non obscurat. SCHAEF.

1340, 27. τῶν εἰπόντων] Eorum, qui operam advocationis condixerant. REISK. Immo: qui talia jactarunt. SCHAEFER.

1340, 28. τῆς παρρησίας] Est i. q. ἢ ὥστε παρρησιάζεσθαι περὶ αὐτοῦ. SCHAEF.

1341, 2. τὰ δεινὰ—ἡσυχίαν ἑκτέον ἐστὶν] V. ad p. 1161, 7. SCHAEF.

1341, 7. τῷ πάντων τούτων ὑστερίζοντι] Infacundissimo. SCHAEF.

1341, 8. τοῖς τηλικούτοις] Tantulae aetatis. SCHAEF.

οὗτος] Meus pater. REISK.

1341, 20. διὰ τοῦτο] Scilicet τὸ ἐπιλείπειν ὑμᾶς τοὺς τοιούτους ῥήτορας. etiamsi quoque oratores hujusmodi vos destituant iisque carendum sit vobis. REISK.

1341, 26. ὃ] Id est δι' ὅ. REISK. V. ad p. 1277, 10. SCHAEF.

1342, 8. τί γὰρ ἄν τις κ. τ. λ.] Vide Victorium Var. Lect. 1. 12. TAYLOR.

1342, 10. ἐκεῖνοι] Scilicet οἱ ἀδικοῦντες τὴν πόλιν. REISK.

1342, 15. τοὺς μὲν ἄλλους—τοὺς μὲν—τοὺς δ'—τοὺς δ'—τοὺς δὲ τοιούτους—] Notabile exemplum usus accusativorum, qui vulgo dicuntur absoluti s. pendentes: de quorum ratione passim disputavi. V. ad p. 1222, 23. 1229, 16. 1253, 7. 1326, 6. Atque h. l. inprimis advertendum quod orator hos accusativos tam opponens inter se duo membra (τοὺς μὲν ἄλλους—, τοὺς δὲ τοιούτους—) quam prius membrum tripertito dividens (τοὺς μὲν—, τοὺς δ'—, τοὺς δ'—) ita accumulavit, ut periodus, quantumvis σολοικοφανὴς videatur, tamen eximia concinnitate vincta sit. SCHAEF.

1342, 17. τοὺς μὲν] Intelligendi fures. SCHAEF.

σώζειν] Subaudi αὐτὰ, scilicet τὰ οἴκοι. SCHAEF.

τοὺς δ'] Intelligendi nocturni grassatores. SCHAEF.

1342. 22. αἱ—τῶν ἄλλων ἀδικημάτων καταφυγαὶ] V. quae scripsi ad Porsoni Orest. v. 442. et 714. SCHAEF.

1342, 27. ἀναμνησθέντες οὖν—] Inchoata hic oratio, per multas ambages posteaquam est circumducta et per maeandros quasi irremeabiles distracta, tandem tamen p. 1343, 21. in v. βοηθήσατε renovatur atque absolvitur. REISK.

1343, 1. ἐστεφάνωσε τὴν πόλιν] Nam victoriae decus victor cum patria communicabat. SCHAEF.

1343, 2. ἐπεικῆ δόξαν] *Satis gloriae*. SCHAEF.

1343, 3. ταύτης τῆς πόλεως] Sensus: juribus civium Atticorum, τῆς πολιτείας. SCHAEF.

1343, 5. Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου—] V. Aristophan. Av. 126. et schol. ad locum. TAYLOR. Demosthenem h. l. memoria lapsum reprehendit Valesius Emendat. p. 108. Conf. Palmerius Exercitat. p. 648. REISK. Hominem commemorat etiam Plato Gorg. p. 472. HSt., ad q. l. v. Heindorf. p. 86. SCHAEF.

1343, 6. οὖ] Refer ad Ἀριστοκράτης. SCHAEF.

1343, 8. τὴν Ἠετιώνειαν] Stephanus Byz. οὕτως ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα ἀπὸ Ἠετίωνος. WOLF. Memoria lapsum esse Demosthenem, sive quicunque fuerit auctor hujus orationis, ostendit Valesius 4. Emendat. 7. ex Thucydide 8, 89. 90., et res gestas sub CCCC per incogitantiam applicare ad dominatum XXXviralem. TAYLOR. V. Kruegerus Commentat. post Dionysii Halic. Historiographica p. 383. SCHAEF.

1343, 10. οἱ περὶ Κριτίαν] V. Kruegerus l. c. p. 374. SCHAEFER.

1343, 11. καθεῖλε μὲν τὸ ἐπιτείχισμα] V. Thucyd. 8, 92. SCHAEF.

1343, 12. τοιούτους κινδύνους] Discrimina, qualia nunc adimus. REISK. In quibus qui cadit fit ἄτιμος. SCHAEF.

1343, 13. ἔπαυσε—τοὺς ἐπιβουλεύοντας] Subaudi ἐπιβουλεύοντας. Dialogus Socraticus Eryx. p. 100. edit. Boeckh. τὸν νοσοῦντα

παύειν. Subaudi *νοσοῦντα*. Sic locutio explenda, quoties participium cum articulo jungitur verbo *παύειν*. SCHAEF.

1343, 21. *ἡσυχίαν ἄγοντα*] Quippe *ἠτιμωμένον*. SCHAEF.

1343, 25. *τοιοῦτοι*] Scilicet *ἀπαραίτητοι*. SCHAEF.

1344, 3. *βοήθησον—ἀνάβηθι*] Affectuosissimus orationis exitus. Ab omnibus enim, quos sibi patrocinaturos esse speraverat, destitutus Epichares totam audientium coronam contestatur, ut si quis caussae tam justae misertus opem laboranti ferre velit prodeat patronus. SCHAEF.

LIX.

IN NEAERAM.

I. TAYLORI PRAEFATIO.

Si auctoritati cedendum esset, nulla foret inter orationes Demosthenicas, quam tanta facilitate expungi sinerem, quanta illam, quam jam tractare incipis. Pleni sunt antiquorum criticorum libri gravissimis de ista caussa suspicionibus. Dolendum periisse quae de hac aliisque orationibus *ψευδεπιγράφοις* scripsisse se memorat Dionysius de adm. vi Demosth. c. 57. (vol. 6. p. 1127 R.) Restant tamen alii, quos sequor. Phrynichus p. 112. (p. 225. ed. Lob.): *Σὺ δὲ βασιλικὸς ἐπιστολεὺς ἐπιφανεὶς ἀνάλογον τῇ σαυτοῦ παρασκευῇ γεννικώτατον ἡμῖν ἐκόμισας μάρτυρα τὸν συγγράψαντα τὸν κατὰ Νεαίρας· ὃς διά τε τὰ ἄλλα ὑπωπτεύθη μὴ εἶναι Δημοσθένους καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων.* Athenaeus 13. p. 573 B. *Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος, ὃν Ἀπολλόδωρος εἴρηκε.* et p. 586 E. *ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας λόγον γράψας.* Similiter Photius Cod. CCLXV. *Καὶ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσιν λόγων.* His adjunge Argumenti auctorem, sive Libanius est sive alius, Harpocrationem (s. v. *γέρρα, δημοποίητος, διεγγύησιν, Ἵππαρχος, Κωλιάς*) qui eam nusquam fere nisi cum suspicione allegat. (Sine suspicione s. v. *ἀποπεφασμένον, Ἀττικοῖς γράμμασι, Βρυτιάδαι, γεραιραὶ, ὅτι διαμαρτάνει, πωλῶσι, ψιθυριστὴς Ἑρμῆς.*)

Oratio satis antiqua et videtur ad usum forensem fuisse conscripta, non ad ostentationem aut ad imitationem concinnata. Adhaesit olim Demosthenicis, sive quod hic (strictim licet) memoretur de pecuniis theatralibus, in qua caussa excelluit Demosthenes, sive quod infra Phrynionis cujusdam res agatur, quem oratori nostro domo et familia conjunctum fuisse suspicor, [v. ad p. 1355, 2.] sive denique quod Demosthenis (nostrine an alterius, parum interest) testimonium infra adducatur. Quam necessitudinem, tenuissimam licet, superiorem illam orationem c. Theocrinem nostris adjunxisse arbitror.

Videri potest aut lacunosa esse, aut diversa ab ea, quam versarunt antiqui, si quis legat ista Hermogenis p. 318. edit. Crispin.: *τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας ὠβελισμένον ὑπό τινων, τὸ ἀπὸ τριῶν τρυπημάτων τὴν ἐργασίαν πεποιῆσθαι* etc. vel Etymolog. M. p. 325, 18: *ἐξῆν μέντοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας, ὡς καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας.* Adjunge Suidam in v. *Ἐκφυλλοφορηται.* Nam de iis in hac oratione, ut hodie scripta exstat, nihil prorsus. Locus tamen iste Hermogenis erit infra a me expendendus ad p. 1351, 21.

Viderint otiosiores, an ad hanc Neaeram pertineat Inscriptio ap. Laur. Pignorium Symbol. Epistolic. 25. p. 93. et Reinesium 1, 126.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗΙ ΝΕΜΕΣΕΙ
ΡΑΜΝΟΥΝΤΟΘΕΝ ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Nihil video caussae, cur haec oratio Demostheni abjudicetur, neque reperio in tota hac oratione quicquam oratore nostro indignum, cui eam omni modo ereptum it Taylorus, sed meras ille nugas agens. Actor caussae usque ad p. 1350, 8. est Theomnestus, Diniae filius, gener Apollodori, inde autem Apollodorus ipse. REISK. In vernacula Demosthenis interpretatione vol. 4. p. 1. Reiskius omnibus nititur viribus, ut hanc orationem a Demosthene scriptam esse pervincat. Adde quae scripsit ad p. 1380. 1. Sed multum vereor ne incassum contenderit. Genuinam esse dubitant Casaubonus ad Athen. vol. 7. p. 322. et Dorvillius ad Chariton. p. 590. edit. Lips. Spuria est Valckenario ad Eran. Philon. p. 160. Boeckhio Oecon. Athen. vol. 2. p. 417. a. et Bekkero. Add. not. ad p. 1345, 3. p. 1348. 3. 6. 1355, 2. 1357, 5. 27. 1359, 18. 1364, 26. SCHAEFER. Adde vocabula non Demosthenica *ἐξαπίνης* p. 1378. 25. et *ἤθεος* p. 1352. 8. Ad tempus quod attinet, orationem Olymp. 109. exeunte vel 110 ineunte habitam esse probabiliter statuit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 359. "Apollodorus the son of Pasio is the pleader in the cause *κατὰ Νεαίρας*. This cause was some years later than the first war with Philip B. C. 352—347. which is described in the oration p. 1346., and it may be collected that Apollodorus was somewhat advanced in years. We may perhaps refer it to B. C. 340. when Apollodorus would be fifty-four years of age. Demosthenes appears as a witness in this oration, p. 1387."

In argumentum Libanii.

1344, 1. *ὕπτιον*] V. Photius Biblioth. p. 492. a. 23. Bekk. SCHAEF.

1344, 8. νόμῳ συνοικοῦσαν] Incredibile dictu et sine dubio mendosum. Nam in oratione p. 1349, 12. ἥκω ἐπιδείξων εἰς ὑμᾶς ξένῃ μὲν γυναικὶ συνοικοῦντα παρὰ τὸν νόμον. et p. 1350, 12. ὡς δ' ἔστι ξένη Νέαιρα καὶ παρὰ τοὺς νόμους συνοικεῖ Στεφάνῳ, τοῦτο ὑμῖν κ. τ. λ. Dele ergo vocabulum νόμῳ. TAYLOR. νόμῳ cave deleas. Verte: *nunc autem cum Stephano viventem ut uxorem legitimam.* Est enim i. q. ὡς γυναῖκα συνοικοῦσαν. V. v. 13. SCHAEF.

1345. 1. Πολλά—ταυτηνὶ] Rufus p. 80. citat sic scripta: Πολλὰ μὲν ἦν τὰ παρακαλοῦντα, ὦ Ἀθηναῖοι, γράψασθαι—. SCHAEF.

1345, 3. εἰς κινδύνους—κατέστημεν] In brevissimo ambitu orationis haec ad nauseam repetuntur: hac pag. v. 12. ὡς εἰς ἐσχάτους κινδύνους κατέστημεν. Proxime p. 1347. 12. εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν καταστήσειε. et v. 22. εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν καταστήσεσθαι. TAYLOR. Sic ἔχων αὐτὴν perbrevi spatio ter positum legitur p. 1355, 28. 29. 1356, 5: omninoque eaedem notiones hac in oratione ita repetuntur, ut taedium facile capiat legentes. Talia quis dicat coloris esse Demosthenici? SCHAEF.

1345, 5. ὅ τε κηδεστὴς] Scilicet ὁ ἐμὸς, qui est Apollodorus, filius Pasionis. REISK.

1345, 6. ὥστ' οὐχ ὑπάρχων—] Gatakerus Miscell. Posthum. c. 12. censet hos esse duos senarios hoc modo digerendos:

Ὥστ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος
ἀγωνιοῦμαι τόν γ' ἀγῶνα τουτονί.

Certe prior ille a cothurno sumitur et variis attribuitur: ab Athenaeo l. 13. extr. Aristarcho tragico: Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν

Τάδ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος,

καταπαύσω τὸν πρὸς σὲ καὶ τοὺς ἄλλους κύνας ἐνταῦθα λόγον. Adde Casaubonum ad loc. Suidam in Ὑπάρχων et Ὡς οὐχ ὑπάρχων. Excidisse nimirum necopinanti scriptori numerosam quandoque orationem pedibusque apte ligatam neque mirum esse debet et multi olim animadverterunt. Vide Barthium Adversar. 4, 13. 11, 16. 41, 22. eumque manipulum auctorum, quem conscripsit Fabricius in Bibl. Lat. vol. 2. l. 2. c. 21. Cicero Orat. c. 56: *Incidere vero omnes* (numeros) *in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum: sed non attendimus, neque exaudimus nosmet ipsos. Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Sed tamen eos versus facile agnoscit auditor: sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus: vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum.* Olim similia deprehenderunt in scriptore nostro scholiastes ad Hephaestion. p. 76. et Longinus (fragm. 3. 4.) in Prolegomenis ad eundem auctorem, cujus haec sunt

verba: διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀποκρύπτεσθαι σιωπώμενα ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ῥήσει—εὕροι γοῦν ἄν τις παρὰ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι στίχον ἡρωικὸν κεκρυμμένον. ὃς ἠνέχθη λαθεῖν διὰ τὸ πεζὴν οὖσαν τὴν προφορὰν συναρπάσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκοήν. φησὶ γοῦν· (p. 276, 12.)

> Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν
> ἦλθε Φίλιππος.

στίχος ἐστὶν ἡρῷος. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰωνικὸν (ἀπὸ μείζονος), ὅταν λέγῃ· (p. 29, 23.)

> Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν.

Similiter in Philipp. I. p. 42, 1. observant esse purum hexametrum:

> καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες.

In Aristocratea p. 664, 18. sqq. una periodus duos istiusmodi versus complectitur. scilicet: ἔστι γὰρ φίλων ἀγαθῶν οὐ τὰ τοιαῦτα χαρίζεσθαι

> τοῖς εὔνοις, ἐξ ὧν κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς

ἔσται τις βλάβη, ἀλλ' ὃ μὲν ἂν μέλλῃ συνοίσειν

> ἀμφοῖν, συμπράττειν, ὃ δ' ἂν αὐτὸς ἄμεινον ἐκείνου

προορᾷ, πρὸς τὸ καλῶς ἔχον τίθεσθαι. In eadem porro oratione plures insunt. Ita p. 625, 1.

> ὑμᾶς καὶ μόνον ἀνθρώπων ἂν ἔφη Χαρίδημον.

et p. 636, 4.

> ἁπλῶς ἄν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον ἀγέσθω.

Adde p. 644, 6. 658, 6. 665, pen. 668, 3. Haec autem leviuscula. Ego tamen arbitror vix esse Demosthenis, ut ad sensum non maximi ponderis expromendum neque insigni aliqua gravitate aut auctoritate nobilitatum, qualemque vel ex plebecula aliquando concipere solent, verba mutuo sumeret e scena et numerosos iambos pedestri suae orationi temere immisceret. Non ita solens est. TAYLOR. Demosthenes p. 364, 25. οὐδ' ἄλλους πολλοὺς, ἀλλ' ὅτι συμφέρον ἦν. Ibid. 27. ἢ ἄλλου τινὸς ἀνθρώπων μετὰ τοὺς παρὰ τούτου. p. 365, 11. οἱ Φωκεῖς αὐτοὺς ὑποποιήσωνται· ἐπειδὴ δ' ἧκεν εἰς Πύλας, οἱ Λακεδαιμόνιοι. p. 312, 10. τῆς ἀγαθῆς καὶ μεγάλης. καὶ πῶς ἔνι τοῦτο γενέσθαι; Cicero Bruto c. 8: *Primus intellexit* (Isocrates) *etiam in soluta oratione dum versum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari.* V. Corrad. ad locum. Cicero 3. de Orat. Quintil. Instit. 9, 4. et ult. Fortunat. l. 3. V. not. ad Cornel. Nep. praefat. Barth. Adversar. 54, 22. Climax Rhomnus. Aquila Rhetor. Dionys. Halic. π. συνθέσεως saepe. Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεύς. Plutarch. in Vita. Demosthenes pro Cor. p. 316, 6. Ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν. IDEM in schedis. Cf. Santen. ad Terentian. Maur. p. 277. 302. et v. Porsoni Miscellan. p. 369. SCHAEF. V. ad p. 10, 6. et 276, 12. Alia hujusmodi

collegerunt Dobraeus ad p. 294. 14. in Adversar. vol. I. p. 405. et Spengelius in συναγωγῇ τεχνῶν (Stuttgart. a. 1828.) p. 153.

1345, 8. οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ] Alii libri οὔτε ἔργῳ οὔτε λόγῳ. Utriusque collocationis exempla collegit Lobeck. Paralip. p. 64 sq.

1345, 12. περί τε τῆς πατρίδος] Scilicet ὅπως μὴ ἐκπέσωμεν αὐτῆς. REISK.

1345, 13. καὶ περὶ ἀτιμίας] Scilicet ὅπως μὴ περιπέσωμεν αὐτῇ. REISK.

1346, 3. δοκιμασθεὶς — καὶ ὀμόσας] Cohaerent hi nominativi cum ἔγραψε v. 15. REISK.

1346, 16. διαχειροτονῆσαι] Consule Valesium ad Harpocrat. p. 45. TAYLOR.

1346, 17. τῆς διοικήσεως] Male Wolfius *vectigalium*. Dixi satis ad Timocrateam p. 708. 23. Hanc autem historiam Apollodori tangit Ulpianus ad I. Olynth. (ad p. 13.): ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ χρήματα ταῦτα τὰ δημόσια θεωρικὰ ἐποίησεν ἐξ ἀρχῆς Περικλῆς —. εἶτα ἐπιχειρήσαντος Ἀπολλοδώρου τινὸς πάλιν αὐτὰ ποιήσειν στρατιωτικὰ, βουλόμενος Εὔβουλος ὁ πολιτευόμενος δημαγωγὸς ὢν πλείονα εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τοῦ δήμου πρὸς ἑαυτὸν ἔγραψε νόμον τὸν κελεύοντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι, εἴ τις ἐπιχειροίη μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά. TAYLOR. τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως, *der Ueberschuss von den Staatsausgaben*. [Anglice, *the surplus of the state expenses*.] SCHAEF. De rogatione Apollodori v. Boehneck. Quaest. vol. I. p. 175. 183.

1346, 23. Ἀθηναίων] Post h. v. videtur ἐποίησεν aut tale quid deesse. *ut jurato confirmavit, se optima consilia reip. daturum, ita re quoque verbis suis fidem fecit.* REISK. Nihil deest. *senatusconsultum tulit ad populum —, et quod leges juberent —, et quod censeret —, et quod jurasset —. Atque rem ita se habere vos omnes illo tempore testati estis.* SCHAEF.

1347, 1. τῷ—ἐξαπατήσαντι] Stephanus is est, qui hac tota oratione impugnatur. REISK.

1347, 10. συγχωρῆσαι] Ut indulgeret aestimationem mulctae, quae esset modica. SCHAEF.

1347, 12. ἐμὴν] Delenda hypostigme. Continuanda καὶ παῖδας—ἁπάντων. ἡ ἀτιμία enim ad solum Apollodorum pertinuit. SCHAEF.

1347, 13. οὐδὲ—πάνυ τι] Idem particularum complexus in Xenophont. Cyrop. I. I. I., ubi in libris mire turbatur. Est fortius negantis. SCHAEF.

1347, 21. ἡ ὑπάρχουσα οὐσίᾳ Ἀπολλοδώρῳ] Longiori intercapedine Prooem. p. 1428, 10. Περὶ μὲν τῶν παρόντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πραγμάτων τῇ πόλει κ. τ. λ. Adde p. 1449, 22. V. ad p. 287, 6. SCHAEF.

1347, 27. ἡμῖν πᾶσιν] Post haec verba videtur οὗτος deesse. *hic Stephanus.* REISK. Malim: —ἡμῖν πᾶσιν ἐγίγνετο ὁ οὐδὲν —. SCHAEF.

1348, 2. αὐτὸν] Apollodorum. REISK.

1348, 3. *ἂν*] Delendum: nam mulctam Apollodorus luit. Conf. p. 1347, 15. SCHAEF.

τὸν αὐτὸν ἔρανον] Subaudi *ὅνπερ εἰσέφερεν ἡμῖν. quare instituimus* [illegible][a] [illegible], *quibus nos perditum ivit*. V. p. 1349, 10. Proprius, paene dixerim, Demostheni in deliciis certe est usus v. ἔρανος, ut ad alia majoris momenti argumenta, quibus conficiatur orationem hanc a Demosthene profectam esse, etiam hic locus accedat. REISK. Imbecilla vis singularum locutionum, quando totus orationis color alium auctorem prodit. SCHAEF.

1348, 6. *ὡς ὦφλε τῷ δημοσίῳ*] Quid agant hoc loco ista verba, ego plane non perspicio. Agitur enim hic non de ullo debito, sed de homicidio. Forte in alium locum reponenda sunt et scribendum v. 2: *ὥστε καὶ δυνηθῆναι ἂν ἐκτῖσαι μόλις, ὃ ὦφλε τῷ δημοσίῳ*. JURIN. Jurini suspicio, verba *ὡς ὦφλε τῷ δημοσίῳ* delenda esse, ut sententiam interturbantia et ex alio loco huc in locum alienissimum importune translata, mihi videtur perquam probabilis. REISK. Omnia haec, *ὡς ὦφλε—εἴκοσιν ἐτῶν*, videntur ab hoc loco alienissima. Nisi forte scribendum: *ὃς ὦφλε τῷ δημοσίῳ* —. Ut sensus sit: Stephanus, qui tot per annos aerario debitum non solvisset ideoque ut *ἄτιμος* forum attingere vetaretur, tamen eo impudentiae processit, ut Apollodorum in crimen capitis falso vocaret. Fateor sic scabram fieri periodum: sed omnino hac in oratione requiras nitorem Demosthenicae levitatis. SCHAEF. Suum in locum haec verba transposuit Sauppius, quem ego sum secutus.

1348, 7. *ἀφικόμενος*] Redit ad Apollodorum. REISK.

ζητῶν] Subaudi *αὐτόν*. SCHAEF.

1348, 11. *ὡς Κυρηναῖοι εἴησαν*] Non intelligo istam constructionem, *κατασκευάσας, ὡς εἴησαν*: neque melius video, quid ad rem nostram conferret, si quam maxime Cyrenaei essent aut potius esse viderentur. In cod. Ital. tria ista vocabula non reperiuntur. Id tamen rem non expedit. TAYLOR. Constructio non habet quod nos offendat: recteque Reiskius videtur verba interpretatus esse, *ut mercatores sese Cyrenaeos ferrent*. Sed quid rei hoc fuerit, ignoramus: non ignoraverunt Athenienses. SCHAEF.

προεῖπεν αὐτῷ ἐπὶ Παλλαδίῳ φόνον] *Usus est Stephanus erga Apollodorum ea juris actione, quae προειπεῖν vel προαγορεύειν appellabatur, in illo judicio, quod ἐπὶ Παλλαδίῳ* [illegible] *titulo caedis*. Est autem *προειπεῖν*, cum actor reo, ut homicidae, denuntiat ut foro et civilibus omnibus caussis sese abstineat, item sacris communibus, et ad caussam caedis dicendam certa die in foro adsit. REISK. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 289.

1348, 12. *ἔλεγε*] Taylori conjectura *ἔλαχε* non displicet qui-

a Hoc quidem Theomnestus nec dixit nec voluit dicere: artes enim illae fuerunt sycophanticae. SCHAEF.

dem, quia tamen sequitur ἃ οὔτε ἐγένετο —, quae manifesto probant Demosthenem hic ἔλεγε, non ἔλαχε, usurpasse, ideo servans ἔλεγε malim τὴν δίκην deleri aut sic legi: ἔλεγε λαχὼν τὴν δίκην. vel: ἔλεγε παρὰ τὴν δίκην. REISK. ἔλεγε τὴν δίκην non tentem, quamvis insolens phrasis videatur. SCHAEF. Sic Isaeus p 40, 13. ὃς ἔλεγε τὴν δίκην ὑπὲρ τούτου. ad quem locum Schoemann. p. 240. alia attulit exempla Isaei, Dinarchi et Isocratis, comparato etiam δίκην εἰπεῖν apud Hom. Il. 18, 507. et Theogn. 696.

1348, 18. μεμισθωμένος—ἀργύριον εἰληφὼς] Vel hoc vel illud glossae simile videtur: alterutrum sane. TAYLOR. Talia huic oratori facile condonem. SCHAEF.

1348, 21. ἐκ πεντακοσίων] Scilicet ψήφων. REISK. Quod additum in libris est δραχμῶν defendit Forchhammerus in dissertatione de judicio ad Palladium nullo tempore ephetis adscripto (Kilon. 1845.) p. 35. de summa pecuniae intelligens, qua Stephanus corruptus fuerit. Verum id manifestum est sic dici non potuisse. Delevi δραχμῶν cum Reiskio, consentiente Schoemanno Antiq. publ. p. 295.

1348, 25. τῇ ἀδελφῇ] Scilicet τῆς ἐμῆς γυναικός. REISK. Immo τῇ ἐμῇ. Recte intellexit Reiskius p. 1349, 5. SCHAEF.

1348, 27. τῷ ὑστέρῳ] Illo de muliere Aphidnis interemta. REISK.

1348, 28. παρακαλούντων δή με—] Malim inverso ordine: προσιόντων δή μοι ἁπάντων καὶ παρακαλούντων με ἐπὶ τιμωρίαν τραπέσθαι. WOLF. Vel potius: παρακαλούντων δή με ἁπάντων ἰδίᾳ προσιόντων μοι. *Cum illi, qui me privatim convenirent*, (necessarii mei et familiares utique,) *hortarentur ad injurias ulciscendas.* TAYLOR. Vulg. παρακαλούντων δή με ἁπάντων ἰδίᾳ, προσιόντων τέ μοι ἐπὶ τιμωρίαν —. Malim sic distingui et legi: παρακαλούντων δή με ἁπάντων, ἰδίᾳ προσιόντων ἐμοὶ, ἐπὶ τιμωρίαν —. *Cum itaque me omnes in privatis et singularibus congressibus hortarentur animum ad ultionem advertere.* REISK. Idem dudum placuerat Tayloro. Sic autem delenda hypostigme post ἁπάντων. Praeterea praestat scribi προσιόντων μοι. SCHAEF.

1349, 5. κηδεστῶν] Possit bene habere videri, nisi praecessisset ἀδελφῆς: nam κηδεσταὶ sunt socer et socrus. Sed socrus actoris erat ipsius soror et haec soror modo commemorata fuit sigillatim. Quare malim κηδεστοῦ, ut ad solum Apollodorum redeat. REISK. Quidni bene habeat pluralis, etsi praecessit ἀδελφῆς? *pro sorore et soceris*, h. e. pro sorore, quae est eadem socrus, et pro socero. Scilicet sororis caussa hoc magis agenda erat, quod eadem esset socrus. SCHAEF.

1349, 6. τὴν—ἀσεβοῦσαν] Nam ut matrona jus habebat curandi sacra. SCHAEF.

1349, 16. ἑταιρῶν] Sic etiam in Anecd. Bekk. p. 140, 5.

ἠσεβηκότα δ' εἰς τοὺς θεοὺς] Communicando sacra cum hominibus, ad quos non pertinent. SCHAEF.

1349, 17. τῶν αὐτοῦ] Scilicet δικαίων. WOLF. Scilicet ἀγα-

θῶν vel *δώρων* vel *δικαίων*. REISK. *τὰ τοῦ δήμου*, quae populus possidet, quorum dominus est. h. l. jus civitatis, quod Stephanus ereptum ivit posteris Pasionis. Ad p. 1350, 19. haec Reiskii adnotata sunt: "Jus enim civitatis erat munus P. A., quod illi jus ereptum ibat fraus Stephani." Quae ad h. l. videntur referenda. SCHAEF.

1349, 23. *πρότερος*] F. *πρότερον*, ut referatur ad participium *ἀδικηθείς*. SCHAEF.

1350, 9. ΣΥΝΗΓΟΡΙΑ] Est titulus partis orationis quam Apollodorus Theomnesto genero suo succenturiatum veniens recitat hinc usque ad finem orationis. REISK.

1350, 18. *τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν*] *Quacunque tandem fraude contraxerit matrimonium.* SCHAEF.

1350, 19. *οἷς ἔξεστιν*] Quos non vetat *ἡ ἀτιμία*. SCHAEF.

1350, 22. *κατὰ ταὐτὰ*] *Similiter si et peregrina civi cuipiam nupserit*, *κατὰ ταὐτά*, *pari ratione*: *πεπράσθω* scilicet. Tria sunt capita hujus legis, ut recte Petitus. TAYLOR.

1350, 27. *παιδοποιεῖσθαι*] *Liberos ita gignere, ut in civibus numerentur.* SCHAEF.

1351, 4. Νικαρέτη, Χαρισίου—] Paulo aliter Athenaeus 13. p. 593. partim, ut videtur, suo, partim exemplarium vitio: *Νικαρέτη δὲ ἡ ἑταίρα ἐρωμένη ἦν τοῦ Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα. ἦσαν δὲ αὗται δοῦλαι Κασίου τοῦ Ἠλείου μετὰ καὶ ἄλλων ἑταιρῶν, Ἀντείας, Στρατόλας, Ἀριστοκλείας, Φίλας, Ἰσθμιάδος, Νεαίρας. ἡ δὲ Νέαιρα ἦν Στρατοκλείδου ἐρωμένη, καὶ Ξενοκλείδου τοῦ ποιητοῦ, καὶ Ἱππάρχου τοῦ ὑποκριτοῦ, καὶ Φρυνίωνος τοῦ Παιανιέως, ὃς ἦν Δήμωνος μὲν υἱὸς, Δημοχάρους δὲ ἀδελφιδοῦς. τὴν δὲ Νέαιραν εἶχον ἡμέραν παρ' ἡμέραν, διαιτητῶν γενομένων φίλων, Φρυνίων καὶ Στέφανος ὁ ῥήτωρ· ὃς καὶ τῆς Νεαίρας θυγατέρα Στροβύλην, τὴν ὕστερον Φανὼ κληθεῖσαν, ὡς ἰδίαν θυγατέρα ἐξέδοτο Φάστορι τῷ Αἰγιαλεῖ, ὥς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας.* Vide P. Leopardum Emendat. 11, 16. TAYLOR.

Νικαρέτη—Ἱππίου] Offendor hic eo, quod et *Nicareta* nomen ancillae sit, et *Hippias* servi, cum utrumque nomen sit hominum liberae conditionis. REISK. Non meminerat saepe accidisse ut Graeci nati in servitutem abducerentur: quos nomina propterea mutasse quis credat? Adde quod mancipiis post manumissionem alia nomina passim data sunt: opinor, ut servitutis memoria aboleretur. SCHAEF.

1351, 5. *ἐκείνου*] Charisii Elei puta, cujus coquus erat Hippias. REISK.

1351, 10. *ὀνόματι*] *ἔργῳ ἄλλων οὔσας*. SCHAEF.

1351, 11. *πλησιάζειν αὐταῖς*] Phrasis usus satis frequentis. Aliquanto rarius de coitu dicitur substantivum *πλησιασμός*. V. Epimetrum 2. ad Aristophan. Plut. p. 40. SCHAEF.

1351, 12. *ἐκαρπώσατο*] Scilicet Neaera. REISK.

1351, 15. *Ἄντειαν*—] Referuntur haec *συντακτικῶς* ad *τὰ σώματα*. SCHAEF.

Ἄντειαν] Athenaeus 13. p. 586. *Ψαμάθη, καὶ Λαγνίσκα, καὶ*

Ἄνθεια. μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας Ἄντειαν. οὐ γὰρ εὑρίσκομεν παρ' οὐδενὶ Ἄνθειαν ἀναγεγραμμένην ἑταίραν. ἀπὸ δὲ Ἀντείας καὶ ὅλον δρᾶμα ἐπιγραφόμενον, ὡς προεῖπον, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντεια ἐστί. καὶ ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον γράψας μνημονεύει αὐτῆς. Eunici sive Philyllii drama nomine Ἄντεια laudatur a plurimis. Πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων δράματα, inquit Athenaeus libro citato p. 567 C., ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφὰς, Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννὼ, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντεια, etc. Ita comoediam scripsit Timocles ex Neaera nostra procul dubio cognominatam et Philemo, cujus nonnulla fragmenta ab Athenaeo laudantur; atque inter Romanos Licinius Imbrex. Gellius 13, 22. *Praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex, vetus comoediarum scriptor, in fabula, quae Neaera inscripta est, ita scripsit:*

> *Nolo ego Neaeram te vocent, sed Nerienem,*
> *Cum quidem Marti es in connubium data.*

TAYLOR. Harpocration, Ἄνθεια, ὅτι μὲν ἑταίρα δῆλον. μή ποτε δὲ Ἄντεια γραπτέον διὰ τοῦ τ, ἐπεὶ οὕτως εὕρομεν παρὰ Λυσίᾳ. Hanc scripturam ipsa Hom. Il. 6, 160. δῖ' Ἄντεια satis tutatur. SCHAEF.

1351, 15. Στρατόλαν] Nomen virile est Στρατόλας pro Στρατόλαος, si modo nomen est, non certe foemininum. Quare suspicor legendum esse Στρατόκλειαν. REISK. Eadem Schweighaeuseri suspicio. V. Animadvers. in Athen. vol. 7. p. 208. Nihil tentandum in Doricis nominibus, quando libri consentiunt. SCHAEF.

1351, 16. Ἰσθμιάδα] Pari appellatione muliercuIas alias, Νεμεάδα, Πυθιονίκην etc., passim dictas reperimus. Athenaeus 13. p. 587. Καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς αὐλητρίδος Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην, πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην· κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως. TAYLOR.

1351, 17. ἣν—ἐκτήσατο] Ego scripsissem lubentius τίνες μὲν οὖν ἑκάστην αὐτῶν ἐκτήσαντο aut juxta illud. TAYLOR. Imo vero: ὅστις μὲν οὖν ἑκάστην αὐτῶν ἐκτήσατο. REISK. *Quam igitur earum quisque emerit.* Quid tandem hac in phrasi est quod offendat? SCHAEF.

1351, 21. Νικαρέτης ἦν] V. Valckenariana quae dedi ad L. Bosii Ellips. p. 118. Cave tamen de ellipsi nominis δούλη cogites. SCHAEF.

εἰργάζετο—μισθαρνοῦσα] Ad hunc locum et parilem infra p. 1353, 12. adnotavit Lambinus εἰργάσατο τρισὶ τρυπάναις μισθαρνοῦσα. quod sumsit ex Hermogene in cap. περὶ ἀφελείας [vol. 3. p. 308. ed. Walz.]: Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν μὲν ἰδιωτικοῖς λόγοις ἴσως ἂν ἁρμόσειεν· ἐν δημοσίῳ καὶ τηλικοῦτον ἔχοντι ἀξίωμα λόγῳ πῶς ἂν ἁρμόττοι; τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας ὠβελισμένον ὑπό τινων, τὸ ἀπὸ τριῶν τρυπημάτων τὴν

ἐργασίαν πεποιῆσθαι. λίαν γὰρ εὐτελές ἐστι, καὶ εἰ σφοδρὸν εἶναι δοκεῖ. Similiter Tzetzes Chiliad. 6, 36.

Πάλιν σεμνοστομώτερον φησὶ κατὰ Νεαίρας,
ἀπὸ τριῶν ἐργάζεσθαι ὀπῶν τὴν ἐργασίαν.
καὶ ἄλλων αἰσχροτήτων δὲ βορβόρους ἀποπτύει,
οὕσπερ ὁ Διονύσιος ἀρώματα νομίζει.
τὴν δ' ἐργασίαν, ἣν φησὶ τριῶν ἐκ τρυπημάτων,
ἐκ τοῦ Λυσίου ῥήτορος σεμνῶς γλαφυρωτάτως
ῥηθεῖσαν ἔκλεψεν, αἰσχρῶς ἐξαναπτύξας ταύτην.
ἡ 'Αντιόπη μόνον γὰρ Λυσίας εἶπε πόρνη,
ἤτοι ἡ ἄμφω ταῖς ὀπαῖς τῇ μίξει κεχρημένη.
παναίσχρως δ' οὗτος ηὔξησεν ἀναφανδὰ ληρήσας,
τὸ ἔργον Νέαιραν τελεῖν τριῶν ἐκ τρυπημάτων.

TAYLOR.

1351. 23. ἐπανελθεῖν non est simpliciter *enarrare*. ut interpretatur Ind. Graecitat., sed *iterum exponere quod jam antea dixeris.* πάλιν autem additum est abundanter. SCHAEF.

Λυσίας—ἐραστὴς] V. Athenaeus 13. p. 592 C. SCHAEF. Quae de Lysia sophista hic traduntur, quamquam Taylorus in Vita Lysiae negat ad oratorem illum celebrem pertinere, non video tamen, qui magnus error in vulgari sit sententia et quae magna vis ejus insit argumentis. REISK. Taylor's strongest argument, that founded on chronology, would be this: Lysias died in B. C. 378. at the age of eighty-one, nearly forty years before this cause. But in answer it may be urged: 1. Lysias is distinctly called the son of Cephalus p. 1352. and it is not probable, especially when Athenaeus affirms the contrary, that there were two rhetoricians of this name, both sons of Cephalus, flourishing at the same time. 2. The facts in which Lysias was concerned happened some years, it seems, before the archonship of Socratides: compare p. 1352, 24. 1353, 12. 1354, 11. 1356. 5. But Socratides was archon only five years after the death of Lysias, which carries back those facts to the period of his lifetime. CLINTON. Fast. Hell. vol. 2. p. 360. Haec sufficere videntur ad refellendam opinionem Taylori, cujus argumenta reliqua refutata sunt ab Spengelio in Συναγωγῇ τεχνῶν p. 132 seqq.

1351. 26. μυῆσαι] Servi initiati exemplum habet Theophilus comicus in Bekkeri Anecd. p. 724, 31. SCHAEF.

1351, 27. τὴν κεκτημένην αὐτὴν] *Dominam ejus.* SCHAEF.

1351, 29. πρὸς αὐτὴν—καταθήσεσθαι] *Ipsam mulierem demeritura esse.* SCHAEF.

1352, 2. μυηθῇ] V. not. ad p. 1351, 23. SCHAEF.

1352. 8. ἥδεον] Rara vox in oratorum scriptis. SCHAEF.

καθίστησιν] *Deducit habitatum.* Recurrit v. 20. SCHAEF.

1352, 12. νεωτέρα—παρεῖναι] Quid hoc sibi velit, non satis perspicio. Num junior erat Neaera, quod maturitatem nondum adepta esset? Hoc perinde est ac si dicas: *junior est, quia*

junior. Forte sic rescribendum est: νεωτέρα δὲ οὖσα, ὥστε μηδέπω τὴν ἡλικίαν αὐτῇ παρεῖναι. Excidisse poterat istud ὥστε propter similitudinem praecedentis οὖσα et διὰ videtur esse a manu emendatrice. JURIN. ἡλικία videtur h. l. justam corporis staturam et proceritatem significare. REISK. Fallitur. V. p. 1351, 12. Toupius Opusc. vol. 1. p. 556.: "Hunc locum minus perspectum habuit, ut alios taceam, doctissimus Jurinus. Graeca ita vertenda sunt: *Comitabatur eas etiam Neaera, jam quidem vulgato corpore,* sed non ita diu, *quia aetate nondum integra erat.* νεωτέρα οὖσα, newly *set up.* Ista est vis τοῦ νέος. Quod viros doctissimos fefellit." Malim sic vertere: *jam merens illa quidem corpore, sed junior* (*tenerioris aetatis*) *quam pro tali quaestu, quippe nondum satis matura viro.* SCHAEF. Probabilior Sauppii sententia est verba διὰ τὸ μήπω τὴν ἡλικίαν αὐτῇ παρεῖναι delentis.

1352, 16. Φιλόστρατος Διονυσίου] De hoc dictum ad p. 535, 8.

1352, 22. Σῖμος] Fuit ex Aleuadis. V. Harpocration s. h. v. Nam eundem hic commemorari hominem vix dubites. SCHAEFER.

1352, 27. ὡς ἂν ἑταίρα οὖσα] Subaudi συνέπινε καὶ συνεδείπνει. *ut meretrix facere soleat: qui mos est meretricis.* Infra p. 1353, 10. ὡς ἑταίραν οὖσαν. Quorum verborum alia vis est. Vertendum enim: *ut quae esset meretrix.* SCHAEF.

1353, 3. Εὐφίλητος Σίμωνος Αἰξωνεὺς] Δημοκράτης Εὐφιλήτου Αἰξωνεύς in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 309. quem Euphiletum eundem esse posse monet Boeckhius.

1353, 15. Ἵππαρχος] Citat h. l. Harpocration v. Ἵππαρχος. REISK.

1353, 18. ὅτε γὰρ Λακεδαιμονίους—] V. Diodor. 15, 62. REISK.

1353, 23. καὶ οὔσης αὐτῷ ἀτελείας] Commemorantur hic tres caussae sat graves probabilesque, cur Xenoclides existimarit ab hac expeditione sibi cessandum esse: 1. quod illi expeditioni, cum adhuc deliberatione agitaretur, adversatus esset eamque dissuasisset; 2. quod per muneris sui negotia ne mensem quidem urbe abesse posset, quippe qui vectigal frumenti redemisset, quod frumentum e Ponto, Sicilia et Aegypto in portum Atticum invehebatur: debebat autem hoc vectigal menstruis ferme portionibus per prytanias, h. e. nova quaque prytania ineunte, dependi; 3. quod leges redemtori hujus vectigalis vacationem a militia darent. Propter has tres caussas itaque Xenoclides domi manserat, et nihilominus tamen a Stephano accusatus mulctatus est. REISK. Vere Reiskius, nisi quod quam primam dixit caussam sic finire debuit: quod expeditioni adversatus esset, ut qui vectigal frumenti pacis tempore redemisset sub conditionibus, quas bellum susceptum tolleret. Alioqui τὸ ἀντειπεῖν non potuit excusare τὸ οὐκ ἐξελθεῖν. SCHAEF.

1353, 28. τῆς παρρησίας] *Jure loquendi coram populo, senatu, judicibus.* SCHAEF.

1354, 3. αὐτὸν] Solum, sine Xenoclide. REISK. Immo *ipsum.* De Xenoclide, testaturo illo, nisi fuisset ἄτιμος. Apollodorus nar-

raverat. Non opus narrari de Hipparcho: nam ipse prodit ad testimonium dicendum. SCHAEF.

1354, 3. ἀναγκάσω—αὐτόν·] Cum antecedat ὑμῖν καλῶ, sensus esse videtur: *si ultro prodierit, aut testimonium dicere cogam aut ejurare; sin recusarit, misso viatore accersam et ad horum alterutrum eum adigam.* WOLF. Vide adnotata a me ad Lycurgum p. 151. not. 40. TAYLOR.

1354, 9. τῶν μισθαρνουσῶν] *De numero illarum, quae corpus vulgarent.* SCHAEF.

1354, 13. πολυτελὴς—τοῖς ἐπιτάγμασιν] πολυτελὴς τοῖς ἐπιτάγμασιν non placet. Fortasse addendum καὶ βαρεῖα τοῖς ἐπιτάγμασιν. WOLF. Meretrix ea πολυτελὴς τοῖς ἐπιτάγμασιν appellatur, quae amatoribus multa et sumtuosa imperat eosque cogit ingentes sumtus in se facere assiduitate flagitationum. REISK. De lena, non de meretrice. Apollodorus loquitur. SCHAEF.

1354, 16. κατατιθέασιν αὐτῆς τοῦ σώματος, *pro ea pendunt, non tanquam pretium scortatus, sed ut puella fieret ipsorum mancipium.* Explicant proxime sequentia. SCHAEF.

1354, 22. ἡδέως ἂν αὐτοῖς εἴη] Sic Hom. Il. 9, 551. Κουρήτεσσι κακῶς ἦν. quod scholiastae male visum est ἐλλειπτικόν. SCHAEF.

1354, 25. ταύτην] Malim omissum. Natum videtur e διττογραφίᾳ. SCHAEF.

1355, 2. Φρυνίωνα] Phrynion hic cognatus erat Demosthenis. Unde tanto fit probabilius a Demosthene conscriptam esse hanc orationem, praesertim cum Apollodorus idem et idem Stephanus partes hic suas agant, quorum pro illo tot aliae exstant Demosthenis orationes et contra hunc duae: quas orationes nemo unquam in dubium vocavit, quin sint nostri oratoris. REISK. Mirabilis vero haec est argumentatio. Quin tanto fit improbabilius a Demosthene conscriptam esse hanc orationem. Quis enim, qui quidem cordatus sit, in animum facile inducat cognatum ut ἀσελγῶς διάγοντα τὸν βίον traducere? Lege mihi quae sequuntur v. 28. Tam turpia Demosthenem de cognato effutivisse quis credat? SCHAEF. V. ad p. 854, 12.

1355, 11. αὐτῆς] ὑπὲρ αὐτῆς Wolfius frustra. Supra p. 1354, 15. κατατιθέασιν αὐτῆς τριάκοντα μνᾶς. Infra v. 16. κατατίθησιν αὐτῆς τὰς εἴκοσι μνᾶς. Et v. 24. κατετίθει εἴκοσι μνᾶς Νεαίρας τῆς νῦν ἀγωνιζομένης. Ea solet esse constructio, ubi de pretio agitur. TAYLOR. αὐτῆς, ut oportebat, Bekker. SCHAEF.

1355, 12. ὥστε ἐλευθέραν εἶναι] Effectum significat. Sed quod mox v. 17. legitur, ἐπ' ἐλευθερίᾳ, significat conditionem. Statim sequitur καὶ ἐφ' ᾧ—. Utrumque negligentius confunditur p. 1357, 12. SCHAEF.

1355, 16. κατατίθησιν—τῷ Τιμανορίδῃ] Citant Anecd. Bekk. p. 151. extr., καὶ posito ante κατατίθησιν. Scilicet grammaticus consulto omisit προσθεὶς τὸ ἐπίλοιπον αὐτός. SCHAEF.

1355, 17. τῷ] τῷ τε vulgo. τῷ omittunt Anecd. Bekk. Conf. p. 1354, 28. 1355, 6. 12. SCHAEF.

1356, 1. μετ' αὐτοῦ] Forte μετ' αὐτῆς, quia et reliqua ad perso-

nam Phrynionis referuntur. WOLF. Adde quod mox sequitur ἐπὶ κῶμον ἔχων ἦλθεν αὐτήν. Sed v. ad p. 1029, 11. Quanquam fatendum est h. l. repentinam subjecti mutationem, eam bis deinceps fiat, adeo non probabilem videri, ut, si vel unus liber daret μετ' αὐτῆς, haud invitus amplecterer. SCHAEF.

1356, 2. φιλοτιμίαν τὴν ἐξουσίαν—ποιούμενος] *E licentia gloriam sibi quaerens.* SCHAEF.

1356, 8. Κωλιάδι] Harpocration: Κωλιὰς, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, εἰ γνήσιος, ἐπιθαλασσία ἄκρα Ἀττική κ. τ. λ. Plura dabit Stephanus Byzant. TAYLOR.

1356, 11. τράπεζαν παραθέμενοι] Malim οἱ τράπεζαν παραθέμενοι, *qui mensam struxerant.* Alioqui videri queant apposita mensa flagitium celare voluisse. WOLF. Sententia est, Chabriae servos et reliquorum convivarum, cum domini cubitum issent, incepisse etiam ipsos epulari, jussisse mensas et fercula inferri et reliquias dapum devorasse, et inter eos Neaeram volutatam esse. REISK. Assentiar Wolfio appositam mensam celandae rei ergo intelligenti. Certe quod sequitur testimonium habet solum ἀνισταμένους πρὸς Νέαιραν τῶν διακόνων τινὰς, non item εὐωχουμένους. SCHAEF.

καὶ ὅτι—παρέξομαι] Tiberius p. 68. Τοὺς δὲ χρόνους ἀλλοιοῦσιν, ὅταν τοῖς ἐνεστῶσιν ἀντὶ τῶν παρῳχημένων χρῶνται, οἷον παρὰ Δημοσθένει· καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ λέγω, τοὺς ὁρῶντας ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι. ἀντὶ τοῦ τοὺς ἑωρακότας. Fallitur Technicus. ὁρῶντας perinde ut proxime sequens παρόντας est imperfecti. SCHAEF.

1356, 17. ἐπὶ δεῖπνον—Νέαιραν] Chabriae τὴν ἀσέλγειαν καὶ τὴν πολυτέλειαν τὴν περὶ τὸν βίον memorat Theopompus ap. Athen. 12. p. 532 B.

1356, 21. καὶ καθεύδειν—καὶ αἰσθάνεσθαι] Qui poterant rem sentire, si dormiebant? Scilicet καθεύδειν primario significatu valet *decumbere quietis caussa, quam et vigilans capere potest.* Quae verba sunt Dammii Lex. Gr. v. καθεύδω. SCHAEF.

σφᾶς αὐτοὺς—αὐτοὶ] Utraque constructio bene Graeca est. Accusativum ut orator priore in membro poneret, fecit aliorum comitatus accusativorum. SCHAEF.

1357, 2. ὁ χρόνος—ὁ καιρὸς] χρόνος simpliciter *tempus:* καιρὸς *tale tempus, cujus sit momentum in caussa de qua agitur.* Vere et huic loco accommodate Ammonius p. 80.: ὁ μὲν καιρὸς δηλοῖ ποιότητα χρόνου, οἷον, ὅτε πόλεμος ἦν· χρόνος δὲ ποσότητα, οἷον, πρὸ δέκα χρόνων[b] ἢ μετὰ δέκα ἔτη. SCHAEF. V. ad p. 666, 18.

1357, 5. τὸν ὕστερον πόλεμον] *Posterius bellum.* Intelligit auctor postremum bellum, quod gesserant Athenienses cum Lacedaemoniis, ut notum est ex historia. TAYLOR. Posterius bellum dicit respectu prioris illius magni atque diuturni Poloponnesiaci. V. Simsoni Chronic. ad A. M. 3631. et Corsini Fast. Attic. ad Olymp. 101. vol. 4. p. 4. REISK. V. Clinton. Fast. Hell. ad

[b] H. e. ἐτῶν. Mirerisque sequi ἔτη, non χρόνους. Nisi forte χρόνων mutandum in ἐτῶν aliquanto aptius. SCHAEFER.

Olymp. 101. 4. (cujus anni archon eponymus fuit qui hic memoratur Ἀστεῖος), et cf. annot. ad p. 598, 1.

1357, 5. *διατρίψασα δ' ἐν τοῖς Μεγάροις*—] Haec periodus, quae pertinet usque ad v. 26., etsi nihil habet quod dicatur *σολοικοφανές*, tamen tam tortuosa est totque per ambages ducta, ut qui a magno oratore scriptam putet, nae ille Demosthenicarum virtutes periodorum parum didicisse videatur. SCHAEF.

1357, 12. *ἐπὶ τούτῳ—ὥστ'*—] Anonymus (Aristoteles) Oeconom. c. 33. p. 25. edit. Schneid. *ἐπὶ τούτῳ ἥκειν ἔφη, ὥστε μετοικίσαι αὐτούς.* Diligentior erat scripturus: *ἐπὶ τούτῳ—ἐφ' ᾧ*—. V. ad p. 1355, 12. SCHAEF.

ἀπηλλάχθαι ἀπὸ—] Desierat esse in mancipio Eucratis et Timanoridae. SCHAEF.

1357, 15. *ἡ εἰρήνη ἡ ἐπὶ Φρασικλείδου ἄρχοντος καὶ ἡ μάχη*] Minus accurate ita loquitur ut pax et pugna unius archontis in annum incidisse videatur. Verum pacem firmatam esse constat die quartodecimo Scirophorionis, pugnam autem pugnatam esse die quinto Hecatombaeonis: v. Plut. V. Camilli c. 19. Ages. c. 28. et Dionys. Jud. de Lysia vol. 5. p. 479, 5. Facile tamen hoc excusari posse animadvertit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 277. "The orator would not have dated the peace in the year of Phrasiclides (Olymp. 102. 2.), which was really in the last month of Alcisthenes, if the two events, the peace and the battle, had not been contiguous and close upon each other." Paullo aliter Sievers. Hist. Gr. p. 237.

1357, 21. *ἐπιδοῦσα*] *ἐπιδοῦσα* non ab *ἐπιδεῖν*, sed ab *ἐπιδοῦναι* vel *ἐπιδιδόναι* est repetendum. *cum obtulisset Neaera Stephano bona sua fidei et tutelae ejus committenda.* Conveniret tamen sententiae melius *ἐπιδεικνῦσα*, *ostendens, demonstrans.* REISK. Vulgata aliquanto melius convenit. Quid enim mirum Neaeram quae possideret commisisse tutelae Stephani, ut quem *προστάτην* sibi esse vellet? Adde quod huc refertur *ὑπεδέξατο* p. 1360, 6. SCHAEF.

1357, 27. *φυσήσας*] Non abhorret a sententia alioque in loco ipse amplecterer. Malim tamen h. l. *φήσας. cum asseverasset.* REISK. Sic conjecit, quo aptius sequi viderentur *ὡς κλαύσοιτο*—. Sed haec nexa sunt e verbis *τῷ λόγῳ*. Optime autem junguntur *ἐπάρας καὶ φυσήσας*. Plane eadem ratione juncta legimus *μετεωρίσας καὶ φυσήσας* p. 169, 23. SCHAEF.

ὡς κλαύσοιτο—] Confusae sunt duae diversi generis constructiones, quarum cum utraque sit normalis, ambarum confusio periodum facit enormem. Altera haec est: *ὡς κλαύσοιτο—, αὐτὸς δὲ—ἕξοι τούς τε παῖδας—εἰσάξει—καὶ πολίτας ποιήσοι, ἀδικήσοι*—. Altera haec: *ὡς κλαυσόμενον τὸν Φρυνίωνα,—αὐτὸς δὲ—ἕξων τούς τε παῖδας—εἰσάξων—καὶ πολίτας ποιήσων, ἀδικήσοντα δὲ οὐδένα*—. Talis structurae enormitas non videtur a Demosthene proficisci potuisse. SCHAEF.

1358, 1. *τότε*] Referendum ad *ὄντας*. Nec tamen propterea post hoc adverbium cum Reiskio ponenda hypostigme. SCHAEF.

1358, 7. *τὸν ψιθυριστὴν Ἑρμῆν*] Citant Harpocratio in v. *Ψιθυ-*

ριστὴς Ἑρμῆς et Eustathius ad Odyss. Ψ. Vide Maussacum et Vales. ad Harpocr. Meursius Lect. Attic. 4, 12. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 317, 11. SCHAEF.

1358, 8. ἣν] ἡ σύνταξις πρὸς τὸ σημαινόμενον. Refertur enim relativum ad οἰκίδιον, tanquam si οἰκίαν antecesserit. V. interpret. ad Thucydid. 2, 47. SCHAEF.

1358, 11. ἐξ ἀτελείας] Recte interpretatur Reisk. in Ind. Graecitat. τὸν ἐξ ἐλαχίστου τριηραρχεῖν βουλόμενον p. 1230, 5. SCHAEF.

1358, 18. κατηγγύησεν] Reiskium hoc male interpretantem in Ind. Graecitat. notavit Meierus recte interpretans de Bon. Damnat. p. 29. Qui nollem scripsisset "cum Neaeram—*abduxisset.*" Debebat scribere *abduceret* (ἦγεν). Res enim, resistente Stephano, irrita facta est. SCHAEF.

1358, 28. Διεγγυηθεῖσα] Locum tangunt Harpocratio et Suidas v. Διεγγύησιν. TAYLOR.

1359, 3. ὡς ἐπὶ—συνοικοῦσα] *Ut quae jam praetextum haberet suae avaritiae.* Majorem nempe mercedem exigebat praetextu periculi sui a marito. JURIN. πρόσχημα cum Reiskio malim intelligere de *dignitate.* V. Ind. Graecitat. Neaera ante erat vile scortum: nunc matronam se gessit. Nec puto εἶναι ἐπὶ προσχήματός τινος significare posse *habere praetextum*, SCHAEF.

1359, 5. λάβοι—ἀποκλείων] Reiskiana sic interpunctum habet: λάβοι ἐραστὴν αὐτῆς, ὡς μοιχὸν, ἐπ' αὐτῇ, ἔνδον ἀποκλείων. Bekkeriana sic: λάβοι ἐραστὴν αὐτῆς, ὡς μοιχὸν ἐπ' αὐτῇ ἔνδον ἀποκλείων. Sed ἐπ' αὐτῇ malim referre ad λάβοι, *si deprehenderet apud eam.* Videndumque ne etiam ἔνδον huic membro contribui oporteat. Satis notum est, quid ἔνδον his in rebus significet. V. Ruhnkenius ad Xenophont. Memorab. 3, 11. extr. SCHAEF.

1359, 8. ἡ—διοίκησις] ἡ δαπάνη, ᾗ οἱ κατὰ τὸν οἶκον τρέφονται. Alias αἱ δημόσιαι πρόσοδοι hoc nomine intelliguntur. Unde οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. Videtur hac καταχρήσει luxum mulierculae exaggerare. WOLF. Non dixit καταχρηστικῶς, sed proprie. Vox enim usurpatur etiam de rei familiaris dispensatione. SCHAEF.

1359, 13. οὔτε γὰρ] *Neque enim.* Herodotus 1, 3. οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι. V. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 409. SCHAEF.

1359, 15. οὐ γάρ πω ἦν ῥήτωρ] Est acerba reprehensio oratorum ita πολιτευομένων, non ut reip. prospicerent, sed ut suas sibi res curarent. SCHAEF.

1359, 17. ἐπιγραφομένων ταῖς ἀλλοτρίαις γνώμαις] Designat eos, qui se paterentur pro mercedula legis aut sciti alicujus, quod alius auctor latum vellet, auctores scribi et praescribi. Erant enim qui, cum suadere populo aliquid vellent, discrimen tamen mulctae aut infamiae subeundum, si lex sua improbaretur, reformidarent: quapropter alios, quibus opesque nullae et famae suae nulla cura esset, obscuros et pauperes quosdam homines, subornabant, qui paterentur se in ejusmodi legis aut sciti fronte pro auctoribus scribi. REISK. V. Meinekii Menandrea p. 169. SCHAEF.

1359, 18. *ὑπέπεσε Καλλιστράτῳ τῷ Ἀφιδναίῳ*] V. Ind. Graecitat. s. v. *ὑποπίπτειν*. Neque hoc videtur scripturus fuisse Demosthenes, qui hunc oratorem summi faceret. SCHAEF. Errare videtur Schaeferus. Nam neque bonus fit malus, si malus ei aduletur, neque oratori in rebus difficillimis saepissime versanti contemnendum erat auxilium, quod proficisceretur ab homine qui minus probitate quam calliditate excelleret, veluti Stephanus. MOLL. in comment. de Callistrato in Symbolis liter. Amstelod. a. 1843. fasc. 5. p. 48.

1359, 23. *οὐκ ἐλάττω*] Id est *οὐ μόνον οὐκ ἐλάττω*. REISK. Non male, si sensum spectes. Sed cave cogites de ellipsi. SCHAEF.

1359, 26. *ὅσῳ*] I. q. *ὅτι*. V. ad p. 896, 2. SCHAEF.

1359, 29. *τουτονὶ*] Redit ad Theomnestum actorem, cujus advocatus (*συνήγορος*) solummodo erat Apollodorus. *efficit ut hic* (Theomnestus) *et ipsum* (Stephanum puta) *et hanc* (Neaeram) *in judicium vocaret*. REISK. Recte interpretatur. SCHAEF.

1360, 7. *αὐτοῖς*] Scilicet *τοῖς ἐπιτηδείοις*. *sibi*, amicis. REISK.

1360, 12. *ἐν τῷ ἱερῷ*] Metroo forsitan, id est aede Matris Deûm, ubi arbitri sedebant, quia prope curiam erat. REISK.

ἀμφοτέρων] Phrynion et Stephanus designantur. REISK.

1360, 21. *πείθωσι*] *περὶ τῆς συνουσίας*. V. p. 1361, 10. SCHAEF.

1360, 22. *ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου*] Brevius scribi poterat *τοῦ λοιποῦ*. Quod cave sic putes dici *ἐλλειπτικῶς*, ut nostram phrasin habeas pro integra. Vera quaeque ab illius aetatis grammatico vix exspectes tradit Index ad edit. Lederlin. Aeliani s. v. *τοῦ Λοιποῦ χρόνου*. SCHAFF.

1361, 10. *αὐτοῖς*] *ἀλλήλοις*. SCHAEF.

1361, 11. *Ὡς δ' ἀπηλλαγμένοι—τοῖς πράγμασιν*] *Cum discessissent ii, qui utrique*, tam Stephano quam Phrynioni, *advocati in arbitratu et in toto illo contentioso negotio fuissent*. REISK.

1361, 15. *ὁπότε*] Malim *ὁπότεροι*. *uter tandem eorum*, sive Stephanus sive Phrynio, *haberet secum Neaeram*. REISK. *ὁπότε* satis tuetur v. 25. SCHAEF.

1361, 20. *Εὔβουλος Προβαλείσιος*] Eubulus Spinthari filius Probalisius memoratur a Pseudo-Plut. V. decem orat. p. 840 C. sed per errorem nominatus pro Eubulo Anaphlystio, ut in Prolegomenis ad orationem de falsa leg. monitum est.

Προβαλίσιος] V. ad p. 832, 3.

1362, 6. *Στρυβήλην*] Redit hoc nomen p. 1386, 11. Apud Athen. 13. p. 594 A. in codice *Στρυμβήλην* scriptum, in apographis quibusdam in *στροβύλην* mutatum.

1362, 8. *Αἰγιλιεῖ*] *Αἰγιαλεῖ* apud Athen.

1362, 10. *ἀκριβῶς—συνειλεγμένον*] Qui substantiolae quicquid esset misera cum diligentia et parsimonia collegisset, quod vix tuendae vitae sufficiat, ut recreationi et elegantiae deliciisque nihil supersit. REISK. Bene Reiskius. Conf. not. ad Gregor. Corinth. p. 170. SCHAEF.

1362, 13. ἐξουσίᾳ] *Licentia*. SCHAEF.

1362, 20. αὐτὴν] Mallem omissum. SCHAEF.

1362, 25. εἰς Ὠιδεῖον] De ista curia Suidas in Ὠιδεῖον, Pollux 8, 33. Aristoph. Vesp. 1104. Meursius Ceram. Germin. C. 11. et Attic. Lect. 4, 28. et Areopag. c. extrem. versus finem, Casaubonus ad Theophrast. p. 33. edit. Cant. P. Leopardus Emend. 11, 17. TAYLOR.

κατὰ] Vulgo τῆς προικὸς κατὰ—. τῆς προικὸς delevi ex mente Salmasii. Praeter auctores ad h. l. citatos a Tayloro v. Leopardus Emendat. 11, 17. vol. 3. Lampadis Criticae Gruteri p. 227. REISK. Retinendum videtur τῆς προικὸς, sed inserendum ἤ. λαχόντος δὲ τοῦ Στεφάνου αὐτῷ δίκην σίτου εἰς Ὠιδεῖον ἢ τῆς προικὸς κατὰ τὸν νόμον κ. τ. λ. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 67. Cave assentiaris. Nam si Apollodorus dixit δίκην σίτου—ἢ τῆς προικὸς, dubitavit utra esset actio a Stephano instituta. Sed res palam facta erat: ut omnium minime Apollodoro, quem oportebat in eam inquirere, dubia esse posset. Adde quod Stephanus τὴν δίκην τοῦ σίτου ἀνελέσθαι dicitur p. 1363, 14. Confer etiam quod ibid. v. 25. legitur. SCHAEF.

1362, 26. ἀποπέμπῃ] F. ἀποπέμπῃ τις. SCHAEF.

1362, 27. ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν] Vide Salmasium de M. U. p. 57. 151. 161. TAYLOR.

1362, 28. εἶναι—τῷ κυρίῳ] Haec jungenda. *licere domino*. ὁ κύριος est qui mulierem despondit: h. l. Stephanus. SCHAEF.

1363, 13. καὶ ταῖς ἐσχάταις ζημίαις est *vel ultimis suppliciis. even*. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 67. καὶ, opinor, malis deletum cum Reiskio. SCHAEF. Delevi.

1363, 28. ἣν ἔλαχεν ἐμοὶ Στέφανος] Notabilis conversio a tertia persona ad primam. SCHAEF.

1364, 18. πάλιν λαβεῖν] Nihil aliud hic loci πάλιν significat atque ἀνὰ in ἀναλαβεῖν v. 23. Phrastor puerum secum habuerat antea nunquam: non poterat ergo proprie dici πάλιν λαμβάνειν. Sed πάλιν non semper reversionem ad locum priorem significat, sed etiam interdum, ut hic, translationem a parte hac in partem aliam. Fuerat puer ante id tempus penes matrem: jam pater eum πάλιν ad se, h. e. in partem aliam, transferebat et adsciscebat. REISK. πάλιν λαβεῖν et ἀναλαβεῖν nolim componere ut ejusdem verba significationis. Phrastor antea puerum una cum matre repudiaverat: nunc mulieri placatus, πάλιν ἔλαβε, *rursus (e contrario) ut suum admisit, recepit*. πάλιν ἀναλαβεῖν τὸν παῖδα p. 1365, 13. SCHAEF.

1364, 23. γε] Positum post ὅτι refertur ad totam hanc notionem: ὅτι ὑγιαίνων οὐκ ἄν ποτε ἔπραξε. Si orator posuisset post ὑγιαίνων, (id quod licebat,) referretur ad hoc solum participium. SCHAEF.

1364, 26. ἀνέστη—τὸ σῶμα] Orationis redundantia affinis loquacitati nec Demosthenici coloris. SCHAEF.

1365, 8. Βρυτίδας] Citat h. l. Harpocation v. Βρυτάδαι. V. interpret. ad Hesych. vol. 1. p. 777. SCHAEF.

1365, 10. *γεννήτης*] Pollux 8, 111. *Ὅτε μέντοι τέσσαρες ἦσαν αἱ φυλαὶ, εἰς τρία μέρη ἑκάστη διῄρητο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττὺς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία. ἑκάστου δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες, καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους γενηταί.* Corrige Eytymol. M. *γεννηταὶ ἀπὸ γένους, σύστημα ἐκ λ ἀνδρῶν συνεστὸς, οὗ οἱ μετέχοντες ἐκαλοῦντο γεννηταὶ, οὐ κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντες, οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ δημόται καὶ οἱ φράτορες νόμων κοινωνίαν τινὰ ἔχοντες, οὕτω καὶ οἱ γενηταὶ συγγενικῶν ὀργίων ἢ θεῶν, ἀφ' ὧν ὀργεῶνες ὠνομάσθησαν,* caetera. Et similiter Suidam. Hesychium et Harpocrationem corrigi velim. De his nonnulla diximus in Vita Lycurgi, plurima restant dicenda in Commentario de Rep. Athen. Vide Salmasium ad Jus Attic. per totum cap. 4. et Heraldum in Animadversionibus, D'Arnaud Var. Conject. 2, 4. Maussacum ad Harpocrat. v. *Γεννηταί.* Valesium ad notas Maussaci p. 264. 315. Petitum Att. Leg. p. 165. 169. Meursium Attic. Lect. 1, 3. 51. 10. et ult. TAYLOR. V. E. Meieri librum de gentilitate Attica (Hal. 1835.) p. 20 seqq.

1365, 18. *ὀμόσαι*] De hoc jurejurando legibus praescripto conf. Isaeus p. 70 extr.

1365, 27. *εἶναι καὶ αὐτοὺς—Βρυτιάδαι*] Docet hic locus *τοὺς γεννητὰς* e diversis demis esse potuisse. Monet Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *γεννητής.* V. Buttmannus ad Platon. Alcibiad. 1. p. 147. SCHAEF.

1366, 22. *μεγάλας μαρτυρίας*] *μεγάλῳ τεκμηρίῳ καὶ περιφανεῖ ἐπιδείξω ὑμῖν* p. 1372, 27. *μεγάλῃ καὶ περιφανεῖ μαρτυρίᾳ ἐγὼ ὑμῖν δηλώσω* p. 1376, 21. V. ad p. 987, 21. SCHAEF.

1367. 5. *θεσμοθετήσαντα*] *θεσμοθετήσας*, *qui fuit thesmotheta*, ut *ἄρξας*, quod statim sequitur, *qui fuit archon.* SCHAEF.

1367. 16. *παραδοῦναι—τῷ ἑλόντι*] Constructio est : *κελεύει τοὺς ἐγγυητὰς παραδοῦναι αὐτὸν τῷ ἑλόντι.* SCHAEF.

1367. 17. *ἄνευ ἐγχειριδίου*] Quod dicitur *πλὴν θανάτου* p. 1374. 7. 10. 25. SCHAEF.

1367. 27. *ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως*] Heraldus legit *πωλῶνται πεφασμένως* vel *ἀποπεφασμένως.* Vide Animadvers. in Salmas. l. 5. c. 8. Adde Lysiam c. Theomnestum Orat. 1. (p. 361 R.) et Petitum Att. Leg. p. 573. Corrige autem versionem : *quae in taberna meritoria sedeant* aut publice prostituant. *πωλεῖσθαι. itare et ventitare* mercedis caussa. Antiqua erat ea labes, *πωλῶσι*, *vendere*, quae jam Harpocrationem in fraudem tantam induxit. TAYLOR. Harpocrationis glossae ex hoc loco sumtae duae sunt, altera, *Ἀποπεφασμένον, ἀντὶ τοῦ ἀποδεδειγμένον.* (Adde ex codd. Palatino et Paris. *καὶ πεφανερωμένον. οὕτω Δείναρχος καὶ Λυσίας καὶ*) *Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας,* "*ἀποπεφασμένως πωλοῦνται*" *ἀντὶ τοῦ φανερῶς.* (Cf. Phot. p. 427, 2. et Bekk. Anecd. p. 423, 1.) altera, *Πωλῶσι. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας* "*Ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως.*" *Δίδυμός φησιν ἀντὶ τοῦ πορνεύωσι φανερῶς· πωλεῖν γὰρ τὸ παρέχειν*

ἑαυτὴν τοῖς βουλομένοις· ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστὶ περνάναι. ἐγὼ δέ φημι ὅτι κυρίως ἔταξε νῦν ὁ ῥήτωρ τὸ πωλεῖν. φησὶ γὰρ τὸν νόμον οὐκ ἐᾶν ἐπὶ ταύτης μοιχὸν λαβεῖν ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως. Eandem legis Soloneae particulam attulit Lysias p. 117, 40. *ἐπανάγνωθι τουτὶ τοῦ νόμου τὸ τελευταῖον* "*Ὅσαι δὲ πεφασμένως πολοῦνται* (libri plerique *πωλοῦνται*) —." *προσέχετε τὸν νοῦν· τὸ μὲν πεφασμένως ἐστὶ φανερῶς, πολεῖσθαι δὲ βαδίζειν.* Plutarch. V. Solon. c. 23. *κἂν προαγωγεύῃ, δραχμὰς εἴκοσι* (*ζημίαν ἔταξε*), *πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται, λέγων δὴ τὰς ἑταίρας· αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τοὺς διδόντας.* His inter se comparatis non dubium esse potest quin Heraldus *πωλῶσί τι* recte in *πωλῶνται* (vel potius *πολῶνται*) mutaverit, modo paullo longius progressus etiam illud *ἐν τῇ ἀγορᾷ* delevisset, quod fecit Frankius in Ephem. Jenens. a. 1844. p. 741. Duplex enim hujus loci scriptura fuit, altera *ἢ πολῶνται πεφασμένως*, ab oratore, ut opinor, profecta, altera interpolata, quae jam Didymo fraudem fecit, *ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι.* Duas legislator distinguit meretricum classes, eas quae in domo meretricia (*ἐπ' ἐργαστηρίου*) prostent et eas quae in viis publicis versentur. Origo autem erroris repetenda ab verbo *πολεῖν* vel *πωλεῖν* (*versari*) cum *πωλεῖν* (*vendere*) confuso, interpolatae lectionis auctore non animadvertente alteri huic verbo inepte addi *πεφασμένως*, quasi fuerint etiam qui merces suas in foro *κρύβδην* venderent. Accedit ad haec quod *ἡ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐργασία* non fuit inhonesta habita, de quo lege adeo cautum fuit, ut apparet ex oratione in Eubulidem p. 1308. *παρὰ τοὺς νόμους, οἳ κελεύουσιν ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἢ τῶν πολιτῶν ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι.*

1367, 29. *αὐτοὺς*] Stephanum, Neaeram, Phanonem. REISK.

1368, 6. *αὐτοὺς*] Vulg. *αὐτόν.* Sed non Epaenetus absolvendus erat a vadimonio, sed praedes, Aristomachus et Nausiphilus. Quare autumo legendum esse *αὐτούς*. Et sic dedi de meo. REISK. Paulo lenius medeare loco, si *ἀφεῖσθαι* mutes in *ἀφέσθαι*. *ut ipse* (Stephanus) *illos* (praedes) *faceret missos.* SCHAEF.

1368, 18. *ἐκ πονηρῶν πραγμάτων*] *In schlimme Händel verwickelt.* [Anglice, *involved in unpleasant affairs.*] V. ad p. 1173, 25. SCHAEF.

1369, 1. *αὐτοῦ*] Post h. v. videtur *αὐτὸν* deesse, quod est ad Epaenetum referendum. Nam alias, illo omisso, exsisteret per leges constructionis haec absurdissima sententia, Nausiphilum et Aristomachum *γραφὴν* contra Stephanum ad judicem detulisse. Sed haec est sententia: *αὐτὸν*, eum, Epaenetum puta, id fecisse. REISK. Non addendum est *αὐτὸν*, sed subaudiendum. Saepius monui Graecos scriptores casus hujus pronominis obliquos omittere, ubi omissio nihil gignat obscuritatis. Hujus autem loci sententia tam manifesta est ut neminem, qui ante-

gressa legerit, latere possit. Quod Reiskius dicit de legibus constructionis, nimirum hae leges ita attendendae sunt, ut ne plus iis tribuas quam sanae rationi. SCHAEF.

1369, 6. Ἐπὶ τοῖσδε—] Notabilis haec constructio, quod formulam conditionalem ἐπὶ τοῖσδε sequuntur soli infinitivi. SCHAEF.

1369, 12. ἐτόλμησε] Male Reiskius οὐκ ἐτόλμησε. Falsum est enim Stephanum οὐ τολμῆσαι μοιχὸν λαβεῖν. V. p. 1367, 2. Nec λαμβάνειν μοιχὸν est *jure agere in aliquem titulo stupri illati*. Omnino Reiskius non vidit, quae sit hujus loci sententia. Hoc dicitur: Cum antea impudenter fecisset Stephanus vexando Epaenetum ut moechum, qui ex Attico jure non esset moechus, tum postea longe impudentior factus est. SCHAEF.

1369, 15. αὐτὴν] Redundat, sed non vitiose, positum in gratiam lectoris et auditoris, ut ad filum orationis revocetur. Constructio periodi trajectae haec est: εἰς τοσοῦτον ὕβρεως καὶ ἀναιδείας ἦλθε Στέφανος—, ὥστε μὴ ἀγαπᾶν, εἰ μόνον ἔφασκον ἀστὴν εἶναι τὴν περιφανῶς ἐγνωσμένην ξένην εἶναι. REISK.

κατιδόντες] Est nominativus absolutus, per sese stans. *cum vidissent* vel *animadvertissent* (Stephanus et Neaera et Phano). REISK. κατιδόντες intelligendum de Stephano et Neaera, non item de Phanone. Neque absolutus est nominativus, sed syntactice cohaeret cum sequentibus. Hoc unum dicas anomalum, quod orator de plurali deflexit ad singularem. Quod fecit coactus: quae enim statim narrat, de solo Stephano, non item de Neaera, dici poterant. SCHAEF.

1369, 18. εἰσήει] Non Stephanus, sed Theogenes. REISK.

1369, 20. τὴν ἀρχὴν] Non τὴν τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν, nam ea Theogenis erat, sed τῆς παρεδρίας, dignitatem assessoris in concilio vel collegio regis sacrorum. V. p. 1372, 25. REISK.

1369, 29. γεραιρὰς] Varie in codd. exaratur et in scriptoribus antiquis. Sed recepta lectio videtur multo caeteris praestare. γεραιραὶ, scilicet foeminae, quae Dionyso sacra γεραίρουσιν, uti infra legimus in formula jurisjurandi p. 1371, 25. De his Hesychius: Ἱέρειαι κοινῶς. ἰδίως καὶ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, ἀριθμῷ δεκατέσσαρες. Etymolog. M.: Γεραῖραι παρ' Ἀθηναίοις γυναῖκές τινες ἱεραί, ἃς βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαρίθμους τοῖς βωμοῖς τοῦ Διονύσου· παρὰ τὸ γεραίρειν τὸν θεόν. οὕτω Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. Praeter ea, quae de his sacerdotibus apud lexicographos reperiuntur, paucissima sane restant. Vide annotata ad Polluc. 8. 108. Spanhem. ad Callimach. Hymn. Apoll. v. 110. Casaubon. ad Athen. 10. 10. Herald. Animadv. ad Salmas. l. 2. c. 3. §. 8. Maussac. ad Harpocrat. in v. TAYLOR. Vulg. γεραιάς. Citat h. l. Harpocration h. v. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 231. Ibid. p. 228, 9. scribendum videtur Γεραιράς: ut lexicographus hunc ipsum locum spectaverit. SCHAEF. Praetuli γεραρὰς ex quattuor codicibus. V. quae ad H. Stephani Thes. dixi in ed. Paris.

1370, 10. ἀλλὰ καὶ τῆς—] Plene: ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς—. Quae

praepositionis ellipsis notanda. Sic p. 1386, 21. bis subaudiendum ἕνεκα, quod in primo membro v. 20. positum est. Diphilus Athenaei 9. p. 422 B.—τῆς γαστρὸς, εἰς ἣν πρῶτον ἂν πάντ' ἐμβάλοις, ἀλλ' οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον. Quod Casaubonus non debebat dicere duriusculum. Plutarchus V. Sullae c. 12. μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλους δεόμενοι τῶν ὅπλων ἢ τοὺς πολεμίους. SCHAEF.

1370, 11. εὐλαβείας] Annon praestat εὐσεβείας? TAYLOR. Praeferrem, si codex daret. Conf. p. 1371, 1. SCHAEF.

1370, 12. τὸ γὰρ ἀρχαῖον—] Narrationem incoeptat de rege et regina sacrorum apud Athenienses. Utile erit conferre Anton. van Dale Dissert. 2. cap. 3. TAYLOR.

ἔθεντο] Scilicet οἱ τότε Ἀθηναῖοι. REISK.

1370, 16. βασίλισσα] Βασίλισσα οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλίς. Phrynichus (p. 225. edit. Lob.), ubi hunc Demosthenis locum exagitat contraque fidem istius orationis concludit. Quidam sunt Atticistae ex antiquioribus, qui contendunt recte dici βασίλινναν pro *regina*. TAYLOR. βασίλιννα ex aliis codd. nunc editum. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 226. SCHAEF.

1370, 18. ᾑρεῖτο—χειροτονῶν] V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 2. p. 44. SCHAEF.

1370, 28. ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς] Ἀττικοῖς γράμμασι, Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας, ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. τὴν γὰρ τῶν εἴκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψὲ παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι etc. Harpocratio. Videndi sunt Jos. Scaliger ad Eusebium n. 1617. Salmasius ad Inscript. Herod. et Regill. p. 44 seq. edit. Cren. Suidas v. Ἀττικισμὸς, Maussacus ad Harpocrat. l. c. Valesius ad Maussacum p. 252. Spanhemius de Usu et Praest. Num. vol. 1. p. 91. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 461, 13. SCHAEF.

1371, 2. θεῷ] Libri σοί. "Fortasse ὅτι τὴν Διονύσῳ γυναῖκα δοθησομένην. P. 1369. ult. ἐξεδόθη δὲ (scilicet regina sacrorum) τῷ Διονύσῳ γυνή. Et p. 1383, 6. καὶ τῷ Διονύσῳ γυνὴ ἐδόθη, Neaera scilicet." TAYLOR. Vulg. τήν γέ σοι. Sine dubio fuit olim, ut Taylorus conjecit, τήν γε Διονύσῳ. Videtur ultima syllaba v. Διονύσῳ in σοι superesse. Aut alias legendum τὴν τῷ βασιλεῖ. Et recepi Taylori conjecturam Διονύσῳ. REISK. τήν γε σοὶ Bekker. notans haec: "σοὶ] Διονύσῳ Taylorus, frustra." σοὶ quid hic valeat ignoro. Latetne in eo θεῷ? SCHAEF. Hoc praetuli.

1371, 6. ἵνα μὴ—τὰ γεγραμμένα] Mirum videatur, quod ab omnibus sanctissime atque religiosissime observandum statuatur, id diligentissime celari. Sed veteres, quo quid vulgatius esset, tanto id profanius habebant. Quapropter quo quid augustius et sanctius vellent haberi, tanto curiosius id occultabant: unde sacra arcana. REISK. τὰ ἀμυδρὰ γράμματα et τὸ ὀλίγους εἰδέναι τὰ γεγραμμένα videtur orans commemorasse, et ne mirum videretur tale facinus Stephano successisse, et ut qui

illud non statim ulti essent haberent quod caussarentur. SCHAEF.

1371, 7. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ—] Thucydides 2, 15. τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς Γῆς καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. ubi v. interpretes. TAYLOR.

1371, 12. ἄξιον τιμωρήσασθαι] Cum modo praecesserit ἄξιον, malim ἀξίως τιμωρήσασθαι, *dignis modis animadvertere*. Vel potius ᾗ ἄξιον, *qua par est*, ut dedi de meo. REISK. Iteratum ἄξιον neminem offendet, qui ad hujusmodi repetitiones hac in oratione obiter attenderit. SCHAEF.

1371, 18. ἐν κανοῖς] *Apud* vel *ante canistra*. κανᾶ sunt illae scaphae, in quibus erat mola salsa, quae capiti victimae inspergebatur, una cum cultro. REISK. Malim vertere *canistra gestantes:* ut sit i. q. κανηφορούσας. Xenophon. Cyrop. 2, 3, 14. ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἠναγκαζόμεθα. SCHAEF.

1371, 19. τῶν λεγομένων] Malim τῶν γιγνομένων. *eorum, quae inter ista sacra fiunt*. REISK. Atqui nihil τῶν γιγνομένων commemoratur. τὰ λεγόμενα sunt τὰ νομιζόμενα πάτρια, quorum mentio fit in formula jurisjurandi. V. v. 27. SCHAEF.

1371, 23. ἀπὸ] F. ἀπό τε. SCHAEF.

1371, 24. Θεοίνια] Harpocratio v. Θεοίνιον:—τὰ κατὰ δήμους Διονύσια Θεοίνια ἐλέγετο, ἐν οἷς οἱ γεννηταὶ ἐπέθυον· τὸν γὰρ Διόνυσον Θέοινον ἔλεγον, ὡς δηλοῖ Αἰσχύλος κ. τ. λ. Ita etiam correxit Meursius in Graecia Feriata. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 264, 6. SCHAEF.

1371, 27. μὲν—τοίνυν] Adverte particulas, quae fere junguntur, hic dirimi voce interserta. SCHAEF.

1372, 8. εὐθὺς ἡ βουλὴ—] V. ad hunc locum Corsinus Fast. Attic. vol. 1. p. 33. REISK.

1372, 12. ἐζημίου] *Dictabat mulctam:* quam tamen, ut ex insequentibus constat, damnato postmodum remisit. REISK.

ὅσα κυρία ἐστὶν] Scilicet ζημιοῦν. SCHAEF.

1372, 20. λέγων ὅτι — ᾔδει — ἐξαπατηθείη — ποιήσαιτο — κηδεύσειεν] Adverte junctos eadem in periodo nulloque ad sensum discrimine indicativum et optativos. SCHAEF.

1372, 28. ἀποπέμψω ἐκ τῆς οἰκίας] Valckenarius ad Herenn. Philon. p. 160.: " Auctor orationis contra Neaeram ἀποπέμπειν et ἐκβάλλειν permutavit: quod enim h. l. τὴν γὰρ ἄνθρωπον ἀποπέμψω ἐκ τῆς οἰκίας, id mox [p. 1373, 10.] dicit τὴν ἄνθρωπον ἐκβάλλει ἐκ τῆς οἰκίας, *ejicit foras*, sive antiqua formula: *jussit eam toro suo divortere sibique res suas habere*." ἐκβάλλει τὴν ἄνθρωπον p. 1362, 22. Add. p. 1366, 11. 1373, 21. 1374, 16. ἐκπέμπειν dicitur p. 1364, 3. τὴν ἀπόπεμψιν τῆς ἀνθρώπου p. 1365, 12. SCHAEF.

1374, 2. εἰς ὃ] Fero, malim tamen εἰς ἃ, *in quae*, fana puta.

REISK. Non fana, sed sacra, quae sola dici possunt δημοτελῆ. τὰ ἱερὰ θύεσθαι ὑπὲρ τῆς πόλεως p. 1376, 13. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 228. SCHAEF.

1374, 4. ἀλλὰ μόναις—εἰς τὰ ἱερὰ] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 29. SCHAEF. Aeschines c. Timarch. p. 26, 10. ὁ δὲ Σόλων, ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, γέγραφεν ἀρχαίως καὶ σεμνῶς περὶ τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. τὴν γὰρ γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι, οὐδὲ εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ· ἐὰν δ' εἰσίῃ ἢ κοσμῆται, τὸν ἐντυχόντα κελεύει καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, εἰργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι· ἀτιμῶν τὴν τοιαύτην γυναῖκα, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον αὐτῇ παρασκευάζων. Apparet ex hac Aeschinis enarratione, apud Demosthenem legem non esse integram; in hac enim nihil est, quod ornari adulteram vetet. Ceterum verba "καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι καὶ τύπτειν," deinde verba "ἀνάπηρον ποιεῖσθαι" ab Aeschine ad uberius explicanda legis verba "νηποινὶ πασχέτω, ὅ,τι ἂν πάσχῃ" addita crediderim. SCHELLING. de Solonis leg. p. 103. Legem ab falsario negligenter esse compositam, ne adhibitis quidem accurate aut hujus oratoris aut Aeschinis verbis, recte monet Frankius in Ephemer. Jenens. a. 1844. p. 742.

1374, 7. πλὴν θανάτου] Hunc locum illustrat P. Faber Semestr. l. 3. c. 21. p. 334. TAYLOR.

1374, 8. ὑπὲρ αὐτῶν] Redit non ad mulieres, sed ad τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῶν τοιούτων γυναικῶν, ut si qua infamis in templum publicum ingressa fuerit. REISK. Malim referre ad τὰ ἱερά. SCHAEF.

1374, 10. πλὴν θανάτου] Falso igitur Heliodorus Aethiop. 1, 11. θάνατον τὸ τέλος τοῦ παρανομήματος dixit. V. quae de poenis adulterii collegit Becker. Charicl. vol. 2. p. 485 seqq.

1374, 15. ἄν τι ἁμάρτῃ] Subaudi γυνή τις. REISK. Verius subaudias ἡ γυνή. SCHAEF.

1374, 22. μηδὲ—δημοτελῆ] Citant Anecd. Bekk. p. 140, 2. sic, ut legant εἰς τὰ ἱερὰ ταῦτα. Aberravitne grammaticus ad v. 29.? Certe librariis hoc accidit codicum aliquot. SCHAEF.

1375, 5. βούλωνται] Id est βούληται: nam δῆμος est collectivum. Constructio est: καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ πολίτην, ἐάν τινα βούλωνται (scilicet οἱ Ἀθηναῖοι) ποιεῖσθαι πολίτην. *quarum legum e formula* vel *praescripto civem oportet creare, si quem creare velint.* h. l. Harpocration v. Δημοποίητος· ὁ ξένος μὲν ὢν τῇ φύσει, ὑπὸ δὲ τοῦ δήμου πολίτης γεγενημένος. ὃν δὲ τρόπον γίνονταί τινες δημοποίητοι, δεδήλωκε Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, εἰ γνήσιος. REISK.

1375, 7. οὕτω] ὡς Στέφανος. V. p. 1377. in. SCHAEF.

ὅμως] ὅμως, a Wolfio in ὑμεῖς mutatum, bene habet. Antea universe dixerat Athenienses jus civitatis ita impertire, ut quasdam leges sequantur. Nunc pergit: *Sed praestat de his me legibus singulatim loqui, quo magis intelligatis* etc. SCHAEF.

1375, 11. τῷ δήμῳ] Absunt ab aliquot codicibus. Quod nollem. Adjecta sunt enim significanter, ut satis ostendit Petitus LL. Attic. p. 206. TAYLOR.

1375, 13. ἔπειτ', ἐπειδὰν] Sonus harum vocum continuo pronuntiandarum (neque enim debebam dirimere interpungendo) fortasse offendat aures delicatas molliorum. Sed conf. quae congessit Kruegerus Commentat. post Dionysii Halic. Historiographica p. 376. SCHAEF.

1375, 14. ὁ δῆμος] Hic loci est heliaca populum repraesentans. REISK.

1375, 16. ὑπερεξακισχίλιοι] Malim ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι. Sic usurpata haec praepositio adverbii vice fungitur. Diodorus vol. 2. p. 528. ὑπὲρ χιλίων. ἑξακισχιλίων numerus pluribus in negotiis ad ferenda suffragia requirebatur. V. p. 715, 3. et Plutarchus V. Aristid. c. 7. SCHAEF. Accuratius μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων dixit Demosth. p. 715, 3. et ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ Andocides p. 12, 2.

1375, 17. τοὺς δὲ πρυτάνεις—καδίσκους] De hoc prytanum officio v. Schoemann. Antiq. publ. p. 222.

1375, 20. τὰ γέρρα ἀναιρεῖν] Solebant nundinatores scrutorum Athenis in foro rerum venalium tabernas e cratibus compactiles quotidie construendas et rursus demoliendas atque asportandas exstruere, sub quibus sedentes tuti ab imbribus merces suas venderent. Has tabernas Graeci γέρρα appellabant, nos *Buden* appellamus [Angli *booths*]. Citat h. l. Harpocration h. v. [cujus verba apposuimus ad p. 284, 25.] REISK. Auferebantur τὰ γέρρα, quo plures possent interesse concioni. SCHAEF.

1376, 4. πολλοὺς] Multa et antiqua hujus rei exempla commemorare orator operosum dicit. Quapropter satis habet duorum eorumque recentioris aetatis mentionem facere. SCHAEF.

1376, 5. Ἀπολλωνίδην] V. ad p. 125, 15.

1376, 7. ὥστε ἀγνοεῖν ὑμᾶς] Potuisset quoque ὥστε μὴ ἀγνοεῖν ὑμᾶς. Utrumque pariter bene, sed diversa ratione. Vulgata hoc dicit: *exempla haec ita vetusta non sunt, ut necesse sit ea a vobis ignorari.* Addita autem negativa haec exsistit sententia: *exempla haec vetusta non sunt, quo fit ut vos ea nequeatis ignorare.* REISK.

1376, 17. μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς] Quod Meierus (de gentil. Attica p. 28.) adscriptitiorum liberos gentibus receptos vult propterea quod h. l. et p. 1381, 21. his etiam sacerdotia capere et τελετῶν ἐκ γένους participes fieri licuerit, nihil aliud hinc probari potest quam *potuisse* Plataeensium (de his enim loquitur orator) gentibus recipi: recipiendi necessitatem gentibus impositam non credo. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 207.

1376, 22. βούλομαι δ' ὑμῖν—] *Volo autem altius repetens vobis antea narrare ut lex lata sit—.* Intelligenda lex Hippocratis, de qua v. p. 1381, 3 sqq. SCHAEF.

1376, 23. καὶ πρὸς οὓς—γεγονότας] Idem est ac si dixisset: καὶ ὡς ἀγαθοὶ ἄνδρες—ἐγένοντο οὗτοι, πρὸς οὓς διωρίσθη. *et quam fortes*

viri—fuerint hi, quorum in gratiam peculiariter haec lex sancita est. REISK.

1377, 6. τὴν χώραν] Subaudi ταύτην τὴν 'Αττικήν. REISK.

1377, 8. τὰς κυνᾶς τὰς Βοιωτίας] Galea Boeotica memoratur a multis. Xenophon Π. ἱππικῆς non procul a fine: κράνος γε μὴν κράτιστον εἶναι νομίζομεν τὸ βοιωτιουργές· τοῦτο γὰρ αὖ στεγάζει μάλιστα πάντα τὰ ὑπερέχοντα τοῦ θώρακος, ὁρᾶν δὲ οὐ κωλύει. Theophrastus Hist. Plant. 3, 10.: ἔχει δὲ πτέρυγας τὸ φύλλον καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι κυκλοειδῆ καὶ παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κυνέαις. Aelianus V. H. 3, 24.: λέγεται οὖν ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα 'Αργολικὴν ἔχειν, τὸν δὲ θώρακα 'Αττικὸν, τὸ δὲ κράνος βοιωτιουργές. Pollux 1, 149. εὐδόκιμα δὲ θώραξ ἀττικουργὴς, κράνος βοιωτιουργές. TAYLOR. Haec sunt tegmina capitum pelliceа sic dicta, quod primitus fierent e canum pellibus. *Mützen* nos appellamus. Medio aevo *camelaucia* appellabant, quod vocabulum est e Latino *capillicia* detortum. REISK. Citat hunc locum Photius p. 189, 19. SCHAEF.

1377, 12. οὐκ ἐτόλμησαν] *Non sustinuerunt.* SCHAEF.

1377, 13. ἡμετέρας] Malim ὑμετέρας. Et sic quoque v. 17. Non enim decet novitium civem Atheniensem tam arroganter ad judices loqui. REISK. Recepi ὑμετέρας.

μόνοι τῶν ἄλλων Βοιωτῶν] χωρὶς τῶν ἄλλων Βοιωτῶν. SCHAEF.

1377, 20. ἐν Σαλαμῖνι] Atqui Herodotus 8, 44.: ἐν Σαλαμῖνι—οὐ συνεναυμάχησαν Πλαταιέες 'Αθηναίοισι. ut orator μνημονικὸν ἁμάρτημα ἁμαρτεῖν videri possit. Sed fieri potuit ut Plataeensium pars apud Athenienses maneret: scilicet οἱ οὐκ ἀποβάντες πρὸς ἐκκομιδὴν τῶν οἰκετῶν, ut quibus carerent. SCHAEF.

1378, 7. 'Ελλήνων ἀρχηγὸς—ἀνέθηκε τόδε.] Thucydides 1, 132. Plutarchus de Herodoti malign. juxta finem et Suidas v. Παυσανίας eadem habent. Confer Wesseling. ad Diodor. 11, 33. Porro Cornelius Nepos in Pausania eandem historiam narrat: *Primum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo haec erat sententia:* SUO DUCTU BARBAROS APUD PLATAEAS ESSE DELETOS EJUSQUE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONUM DEDISSE. *Hos versus Lacedaemonii exsculpserunt, neque aliud scripserunt quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi.* TAYLOR. V. Jacobsius ad Antholog. Palat. p. 168. SCHAEF.

1378, 10. συμμάχων·] συμμάχων. Bekker. Quam interpunctionem si probas, periodus haec, quae p. 1377, 23. exorsa a verbis ἐπεὶ δὲ Παυσανίας— per ambages porrigitur tortuosius, apodosi caret. V. not. seq. SCHAEF.

δὲ] Non erat cur Reiskius particulam deletam mallet. V. Wolfiana ad Xenophont. Hellen. 1, 3, 20. p. 115. SCHAEF.

1378, 13. τὰ ἐλεγεῖα] Adverte usum pluralis. Singulari de hoc epigrammate utitur Thucydides 1, 132. SCHAEF.

1378, 21. ἔπραξε δὲ ταῦτ' ἐκ Θηβῶν δι' Εὐρυμάχου τοῦ Λεον-

τιάδου, ἀνοιξάντων τὰς πύλας τῆς νυκτὸς Ναυκλείδου] Thucyd. 2, 2. ἐπηγάγοντο δὲ (τοὺς Θηβαίους) καὶ ἀνέῳξαν τὰς πύλας Πλαταιῶν ἄνδρες, Ναυκλείδης τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, βουλόμενοι ἰδίας ἕνεκα δυνάμεως ἄνδρας τε τῶν πολιτῶν τοὺς σφίσιν ὑπεναντίους διαφθεῖραι καὶ τὴν πόλιν Θηβαίους προσποιῆσαι. ἔπραξαν δὲ ταῦτα δι' Εὐρυμάχου τοῦ Λεοντιάδου, ἀνδρὸς Θηβαίων δυνατωτάτου. De Eurymacho v. etiam Herodot. 7, 233.

1378, 25. ἐξαπίνης] V. Lobeckius ad Phrynich. p. 18. Vere autem H. Stephanus ait hoc adverbium *praesertim* apud poëtas legi. SCHAEF.

1378, 27. καὶ αὐτοὶ] Post haec verba deesse videtur καὶ αἱ γυναῖκες. REISK. Mihi non videtur. *ipsi quoque armati accurrerunt.* αὐτοὶ et Θηβαῖοι inter se opponuntur. SCHAEF.

1379, 4. οὖν] Rarius sic ab Atticis usurpari ait Fr. A. Wolfius ad Xenophont. Hellen. 1, 3. 20. p. 115. Mihi hic particulae usus satis frequenter occurrit. SCHAEF.

1379, 18. ἀπροφασίστως] "Indicta h. e. nulla edita caussa belli" Ind. Graecitat. Malim *recta, non amplius oblique*, ut ante fecerant προφασισάμενοι τὴν τῶν Θηβαίων ἔχθραν. SCHAEF.

1379, 19. τὰ δύο μέρη] *Duas partes.* Sed quotas? de tribus? an de quatuor? aut de quot tandem? Incommoda ratio loquendi, nil definiens et dubitationem relinquens. Sed sic solent Graeci: et videor e loco superiori p. 1247, 1., ubi actor, qui reum ἀπογραφῆς peregerit, dicitur τὰ τρία μέρη proscriptorum rei bonorum accepisse, colligere, semper in talibus totum illi numero, qui indicatus est, proximum designari: ut a binario numerus est proximus ternarius et ternario proximus est quaternarius. Cum ergo τὰ δύο μέρη appellantur, subauditur de tribus, et cum τὰ τρία μέρη, subauditur de quatuor. REISK.

1379, 21. Μαλιεῦσι] Varie in exemplaribus nostris exaratur; in nonnullis voces καὶ Αἰνιᾶσι desunt. Certe, si integra sit vulgata lectio, scriptoris istius fidem id merito levare potest, cum harum civitatum alias in fide semper videam perseverasse Atheniensium, alias serius in Lacedaemoniorum amicitiam receptos quam haec acta sint. TAYLOR.

1379, 25. βούλοιντο.] Hypostigmen delevit Bekker., ut βούλοιντο regat infinitivos qui sequuntur. Sic Wolfius: *sciscitabantur num urbem dedere vellent*, —. Mihi videntur infinitivi pendere ab antecedente ἐπηγγέλλοντο. Herodotus 4, 200. ἐπολιόρκεον τὴν πόλιν ἐπαγγελλόμενοι ἐκδιδόναι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου—. Qui locus docet quid ἐπηγγέλλοντο significet. SCHAEF.

τὴν μὲν πόλιν—] Haec non accurate ab auctore nostro traduntur. Thucydides, unde tota haec de Plataeensibus historia desumitur, ita habet 2, 72.: ὑμεῖς πόλιν καὶ οἰκίας παράδοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε, καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα, καὶ ἄλλο, εἴ τι δυνατὸν εἰς ἀριθμὸν ἐλθεῖν· αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε, ὅποι βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ· ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν. μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην ἐργαζό-

μενοι καὶ φορὰν φέροντες, ἣ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι. TAYLOR.

1380, 1. δέκα ἔτη] Peccat contra historiam hic numerus. Lege δύο ἔτη ex Thucydide et aliis. PALMER. Similiter Wassius ad Thucydid. 3, 52. TAYLOR. Imo vero δύο ἔτη biennium solummodo. Res nota est e Thucydide: et error hic Demosthenis, si ejus est et non potius librariorum, jam a viris doctis notatus est. Si Demosthenis haec oratio non est, cui eam magno consensu omnes abjudicant, quamquam nullam plane caussam video cur faciant, (ego equidem nullus dubito ejus esse, cujus in operibus circumfertur,) verumtamen si ejus non est, possit ex hac tam prolixa de sorte Plataeensium enarratione, tametsi cum caussa praesenti vel maxime est conjuncta, Lycurgum videri auctorem prodere, quem digredi in vetustas historias amasse docet ejus una adhuc superstes in Leocratem oratio. REISK.

1380, 5. σφᾶς αὐτοὺς] ἀλλήλους. SCHAEF.

1380, 6. νύκτα] Videtur ἀσέληνον deesse. *noctem illunem.* REISK. Non puto deesse. Tempestuosa enim nox ac pluviosa satis habebat tenebrarum, etiamsi non illunis esset. SCHAEF.

1380, 8. ἀποσφάξαντες τοὺς φύλακας] Sed neque hoc verum est. TAYLOR. Falsum quis dicat? Eruptio talis si accidit (et quis accidisse praefracte neget?), satis probabile est aliquot custodum caesos esse. SCHAEF.

1380, 11. ἁλούσης—κράτος] Neque illud. Thucydides 3, 52. Γνοὺς δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος—προσπέμπει αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες—οἱ δὲ (ἦσαν γὰρ ἤδη ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ) παρέδοσαν τὴν πόλιν. TAYLOR. Ut gravissima sit historici auctoritas, tamen propterea non ausim oratorem mendacii arguere. Etiam recentiorum historia temporum urbes memorat vi captas, dum hoc agebatur ut hostibus per pactionem traderentur. SCHAEF.

1380, 15. τοῖς οὖν—τῷ δήμῳ] Adverte artem oratoris coronae egregie palpantis: sed memento quod hic tribuitur summae in Athenienses benevolentiae rectius tribui posse immortali odio nominis Thebani. SCHAEF.

1380, 20. ὁ νόμος] Solonis puta de cautionibus et pactis observandis in adoptatione novi civis. Sententia est: Constabit e decreto statim recitando, quod Hippocrate auctore ratum habuistis, quanta vos ipsi religione Solonis illam legem soleatis observare. V. p. 1381, 16. REISK. Non Solonis lex est, sed Hippocratis. V. ad p. 1376, 22. Atque si res diligentius expendatur, apparet non legem fuisse, sed psephisma in gratiam solorum Plataeensium perlatum (διωρισμένον πρὸς τοὺς Πλαταιέας), quo callidus orator tanquam lege in omnes valente utitur, ut gravius premat Stephanum et Neaeram. SCHAEF.

1380, 23. Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους—] V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 282. SCHAEF.

1380, 27. πλὴν—ἐκ γένους] Ait Petitus ad LL. Attic. l. 2. tit. 3. haec non recte dici. quoniam *ne indigenae quidem cives poterant capi sacerdotes, ubi sacerdotium erat alicujus gentis aut familiae proprium*, ideoque legi debere arbitratur: *πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη ἢ τελετή ἐστιν εὐγενῶν, μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων.* Quod refutavit Wesselingius. TAYLOR.

ἐκ γένους] Subaudi *τούτων μὴ μετεῖναι αὐτοῖς.* REISK.

μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων] Subaudi *τῆς ἀρχῆς.* Sed videtur potius deesse *γενέσθαι* (v. p. 1376, 16.) aut *λαχεῖν* (v. p. 1381, 21.). REISK. Non deest: simpliciusque subaudias *εἶναι.* Tam scabra dictio in formulis legum et phephismatum haud rara est. SCHAEF.

1380, 29. *ἐς τοὺς δήμους καὶ τὰς φυλὰς*] De *δημοποιήτοις* tribubus et pagis adscriptis v. Schoemann. Antiq. publ. p. 192.

1381, 6. *δοκιμασθῆναι*] Hoc in decreto non est, sive id integrum adscriptum non est, sive orator oscitantia judicum abuti voluit. WOLF. Videtur hic locus arguere, p. 1380, 28. post verba *τοῖς δ' ἐκ τούτων* aliqua desiderari. Nam quae hic ex illo decreto repetuntur, ea ibi non leguntur. REISK. Idem arguunt quae mox sequuntur. De abusu oscitantiae judicum cogitari nequit. SCHAEF. Decretum non integrum adscriptum esse Meieri quoque sententia est in comment. de diaetetis p. 7. ad quam confugiendum ei fuit, quum acta publica Demosthenicis orationibus inserta pro genuinis habeat.

1381, 16. *τὸν νόμον—πρὸς αὐτοὺς εὐθέως*] Statim in ipso jam adhuc illo psephismate accommodavit ad eos (Plataeenses puta) exceptionem et circumscriptionem (vel definitionem) legis a Solone latae, paulo ante commemoratae, de ratione novos cives adoptandi inter cives. disertis verbis etiam in caussa Plataeensium iteravit cautionem illam vetustae legis, quae cautio vetat cives factitios ad ullum magistratum sacerdotiumve admitti et liberis eorum solummodo jus honores petendi tribuit. cum Plataeensibus illis in ipso statim suo psephismate sic decidit et pactus est eamque conditionem ab ipsis exegit, ut illa praecipua ne auderent unquam petere. REISK. V. ad p. 1380, 20. SCHAEF.

1381, 19. *καὶ μὴ ἐξεῖναι*] *καὶ* delet Sauppius.

1381, 20. *τῶν ἐννέα ἀρχόντων λαχεῖν*] *λαχεῖν — τῶν ἐξιόντων* p. 558, 15. "ubi subauditur *εἷς*" Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *λαγχάνειν.* Ne credas. *λαγχάνειν* est enim de numero verborum participandi, quorum solennis est cum genitivo constructio. Quoque minus credas, attende quod statim sequitur: *μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς.* SCHAEF.

1381, 21. *τοῖς δ' ἐκ τούτων*] Minus accurate et hic et p. 1381, 21. locutus est, quum jam filiis adscriptitiorum justis nuptiis procreatis illa jura tribuit, quae fortasse Plataeensibus tantum

Hippocratis lege (p. 1380, 27.) concessa erant, aut quod verius puto, lex a Polluce 8, 85. memorata, quae archontum magistratum ab iis tantum capi juberet, qui cives essent ἐκ τριγονίας, postea observari desierat. Cf. Sainte-Croix *sur les métoeques* p. 178. Meier. de bonis damn. p. 59. et 235. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 192.

1381, 24. καλῶς] H. l. accipio pro σαφῶς. REISK.

1381, 25. διορίσασθαι—ἐάσετε] .Cum orator ita usus sit infinitivo, ut nemo non etiam in posteriori membro secuturum exspectet infinitivum, fervore dicendi abreptus repenteque ad judices conversus indicativo utitur. Qua conversione quam vivida fiat oratio non opus doceri. Sic autem apparet p. 1382, 3. post ἐποιήσατο poni oportere signum interrogandi. Plane eadem figura elocutionis p. 1385, 5. reperitur. SCHAEF.

1382, 2. ἀστὴν—πολῖτιν] V. ad p. 1312, 9. SCHAEF.

1382, 6. μετὰ Σίμου—ἀκολουθοῦσα] Constructio non rara. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 354. et inprimis Dobraeus ad Aristophan. Plut. 824. SCHAEF.

1382, 7. Μηδίου] De hac nominis forma dictum ad p. 1052, 6.

1382, 12. ὑπηρετεῖν—ἡδονάς] Conf. p. 1384, 15. Fortasse alterutro loco olim lecta sunt quae ab Hermogene commemorata Taylorus attulit ad p. 1351, 21. SCHAEF.

εἶτα τὴν τοιαύτην—] Vix putarim haec Graeca esse, nisi vocula καὶ transposita et interpunctione mutata in hunc modum: εἶτα τὴν τοιαύτην περιφανῶς ἐγνωσμένην καὶ ὑπὸ πάντων γῆς περίοδον εἰργασμένην ψηφιεῖσθε ἀστὴν εἶναι; Poni autem videtur absolute γῆς περίοδον, quasi dicat κατὰ πᾶσαν τῆς γῆς περίοδον. JURIN. Nove sane illud dictum: εἰργασμένην περίοδον γῆς, *orbem terrarum propter quaestum corporis peragrari.* Neque satis placet ὑπὸ πάντων γῆς περιόδων. TAYLOR. Videndum ne orator in mente habuerit locutionem athleticam περίοδον νικᾶν s. ἀναιρεῖσθαι, de qua v. Casaubonus ad Athen. vol. 5. p. 313. Schw. SCHAEF.

1383, 7. εὖ post ὡς vulgo lectum delevit Bekker. Non imiter. Hic autem locus sic scribendus videtur: διηγούμενοι τὴν κατηγορίαν αὐτῆς ὡς εὖ καὶ μνημονικῶς καὶ ἐπιμελῶς περὶ ἑκάστου οὗ κατηγορήθη: ut ὡς εὖ—καὶ ἐπιμελῶς referatur ad διηγούμενοι. Lenis haec mutatio quid conferat ad elegantiam suavissimae interlocutionis nemo docendus est. SCHAEF.

1383, 11. τῶν τῆς πόλεως] τῶν ὁσίων. SCHAEF.

1383, 17. γενόμενον] γενομένου Wolfius. Accusativus bene habet. Aeschines p. 623 R. θαυμάζω δ' ἔγωγε ὑμῶν, —, πρὸς τί ἂν ἀποβλέποντες ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν. SCHAEF.

1383, 18. παντελῶς] Vide ne sit interpretantis. Ammonius p. 83. Κομιδῆ—σημαίνει τὸ παντελῶς. Hesychius vol. 2. p. 308. Κομιδῆ—παντελῶς. SCHAEF. Delevi.

1383, 21. τύχωσιν] Subaudi φάσκουσαι. SCHAEF.

1383, 27. ἀποδῷ] *Tribuat* tanquam debitum. Malim tamen

ἐπιδῷ, *addat dotis loco.* Pater enim filiam ἐκδοὺς, elocans in matrimonium, ἐπιδίδωσιν, *addit ei dotem.* REISK. Hoc satis probabile. SCHAEF.

1383, 28. ἀποφυγούσης ταύτης] Idem est ac si dixisset: ὃ γενήσεται, ἐὰν αὕτη δι' ὑμᾶς (aut παρ' ὑμῖν) ἀποφύγῃ. REISK.

1384, 2. πολιτίδων] Malim πολιτῶν cum Wolfio. Cur enim matres solummodo, non item patres commemorentur, quorum majus in ejusmodi re momentum est? REISK. πολιτῶν verum videtur. SCHAEF.

1384, 4. ἐξεῖναι αὐταῖς] Haec verba videri possint redundare. REISK. Ita redundat, ut non suspectandum sit. Simili redundantia Pseudo-Phalaris Epist. 87. οὐ γὰρ οἵα τέ ἐστι δύνασθαι —. Quod non esse tentandum nuper monui p. 272. Ac ne vere quidem redundat. Verte: *Neque enim talis est, quae possit* —. SCHAEF.

1384, 10. τοῦ μὴ —] Subaudi ὑπὲρ vel χάριν. Videtur tamen potius ἀντεχόμενος vel tale quid deesse. REISK. Non deest. Eadem constructio est p. 1383, 23. Nec quidquam subaudiendum. SCHAEF.

1384, 13. ἐν τῷ ἴσῳ] Praeferrem τῶν ἴσων, si liber offerret. SCHAEF.

1384, 15. μετὰ—τρόπων] Qui sint οἱ πολλοὶ τρόποι haud intelligens dubito sitne legendum potius μετὰ πολλῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνθρώπων, *in turba hominum et multorum et petulantium*, an potius μετ' ἀκολάστων aut μετὰ φαύλων καὶ ἀσελγῶν τρόπων, an denique vocabulum τρόπων non mores hic loci, sed σχήματα πορνικὰ, posituras et gesticulationes turpes atque infames meretricum significet. Quod postremum si probetur, stare possit vulgata. REISK. Hoc verum. V. ad p. 1382, 12. SCHAEF.

1384, 17. Ἀπολλόδωρον] Natum homine, qui olim fuit servus. Opp. πολίτας, quorum majores fuerunt cives. SCHAEF.

1384, 23. παραβεβήκασιν] Videtur orator dedisse: καὶ τί ἀπειλοῦσι τοῖς παραβεβηκόσιν. *et quid poenarum leges comminentur iis, si qui praecepta legum violaverint.* REISK. Vulgatam non tentabis, si memineris hoc quoque exemplum esse repentinae mutationis subjecti. ἀλλ' οὐ γυναῖκα (Νέαιραν) εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ παλλακὴν (Στέφανον) ἔχειν ἔνδον; p. 1385, 19. V. ad p. 1029, 11. SCHAEF.

1384, 25. τήν τε ὄψιν] Malim τὴν δὲ ὄψιν. REISK. Ego non item. Neaerae ἡ ὄψις videtur fuisse πορνική. SCHAEF.

1384, 27. Ἀρχίαν—ἀλλὰ τῆς ἱερείας] Citat h. l. Athenaeus p. 594 a., cujus lectiones cum vulgata nostra comparat P. Leopardus 11, 16. p. 226. vol. 3. Lampad. Crit. Gruter. REISK.

Ἀρχίαν, τὸν ἱεροφάντην] Memoratur a Plut. Mor. p. 595 sq.

1385, 1. ἐκολάσατε] Scilicet mortis poena. REISK.

1385, 2. Ἁλώοις] Harpocratio: Ἁλῶα. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. ἑορτή ἐστιν Ἀττικὴ τὰ Ἁλῶα. Vide Leopardum Emend. 11, 16. et Maussacum ad Harpocrat. p. 30. Ἁλῶα festum est agricolarum post comportatas fruges in area celebrari solitum.

ubi frumenti primitias consecrabant Cereri et Baccho, arationis sationisque inventoribus. Eadem videntur esse Θαλύσια et quae rhetores quidam, admonente Eustathio, Συγκομιστήρια vocant. Vide Hesychium v. Συγκομιστήρια. Favorinus: Θαλύσια αἱ ἀπαρχαί. ἤγουν αἱ μετὰ τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι θεῷ ὑπὲρ τοῦ καὶ εἰς ἔπειτα θάλλειν τὰς ἀρούρας.—ἰστέον δὲ ὅτι ἐπὶ συγκομιδῇ καρπῶν, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ Θαλύσια ἐθύετο, ἑορτὴ ἤγετο Δήμητρος καὶ Διονύσου κατὰ Παυσανίαν, Ἁλῶα καλουμένη, διὰ τὸ ταῖς ἀπαρχαῖς, καὶ μάλιστα ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τῆς ἅλω τότε καταχρῆσθαι, φέροντας εἰς Ἐλευσῖνα· ἢ ἐπεί, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐμφαίνει, ἐν ἅλωσιν ἔπαιζον κατὰ τὴν ἑορτήν, ἐν ᾗ καὶ Ποσειδῶνος ἦν πομπή. Ita Theocritus Idyll. 7:

> Οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανώσατε, Νύμφαι,
> Βωμῷ πὰρ Δάματρος Ἁλωάδος.

De Halois mentio facta est in Alciphronis Epistolis saepiuscule, Luciani Dial. Meretric. I. et VII., ubi consulendus est scholiastes, a Meursio de Festis Graecorum et Petito ad Leg. Attic. p. 125. Videtur ergo hoc festo die nefas fuisse victimam, ἱερεῖον, caedere, cum utique frugibus et ob fruges domum comportatas sacra fierent: eoque nomine luisse poenas hierophantam, quod, patrio ritu neglecto, Sinopae meretrici operam praestitit ejusque victimam ad aram Eleusiniam mactavit. TAYLOR. Eadem fere, quae produximus ex Phavorino, habet Lexicon Coislin. apud Montfaucon. n. 4. v., emendatum ab Hadriano Heringa Observ. Crit. p. 153. IDEM *in Schedis.*

1385, 2. ἐπὶ τῆς ἐσχάρας—] *Quod super foco, qui esset in aula domus illius, ubi Sinope Eleusine habitasset, Archias victimam immolasset, cum fas non esset ea die victimam animantem, sed fruges solummodo immolare, et praeterea fas quoque non esset ut sacerdos mas illa die sacra faceret, sed ut sacerdos foemina.* REISK.

1385, 13. τοῦτον] Significatur Bacchus, cujus numen Archias pariter atque Neaera offenderant: haec quidem eo, quod filiam regi sacrorum nuptum dedisset, quo factum ut illa filia Baccho desponderetur pro uxore; ille vero, quod sacra praeter fas ea die fecisset, quae Baccho communiter cum Cerere sacra esset. REISK.

1385, 15. καὶ τοὺς νόμους] Subaudi παραβεβηκυῖαν, quod implicite latet in ἠσεβηκυῖαν. SCHAEF.

1385, 18. αὐτῷ] ἀστῷ Reiskius. Conjecturam tueri videatur quod legimus p. 1387, 15. et p. 1388, 20: adeoque posteriori loco pro ἀστῷ est var. lect. αὐτῷ. Placet tamen αὐτῷ, scilicet Στεφάνῳ. Sic v. 19. sequitur αὐτοῦ. SCHAEF.

1385, 19. αὐτοῦ] Stephani puta. REISK.

1385, 26. ὡς ἔστιν—αὕτη est iteratio notionis praegressae: ὡς—οὐκ ἀληθῆ—μεμαρτυρημένα. Quales notionum iterationes, quo ἐναργεστέρα fiat oratio, non ut redundet inutiliter, saepius positae reperiuntur. SCHAEF.

ἀκούω δ' αὐτὸν—] Objectio haec est diversa illi superiori

v. 19., cum qua convenire videtur. Nam ibi Stephanus fingitur hac utens excusatione, se Neaeram non pro uxore, sed pro pellice, *παλλακῇ*, habere: hic autem inducitur Stephanus in hanc latebram se recipiens, Neaeram sibi non pro uxore, sed pro *ἑταίρᾳ*, socia, esse. Demonstratur itaque discrimen, quod inter uxorem legitimam et sic dictam *παλλακὴν* et tandem inter *ἑταίραν* seu meretricem intercedit. REISK.

1386, 2. *ἀπολογίας*] Post h. v. videtur *τούτου τε* deesse. REISK. Non defectu, opinor, locus laborat, sed redundantia. Deleam enim quod statim sequitur *καὶ*, natum illud e littera proxime antecedente: ut *ὁ λόγος αὐτοῦ* et *ἡ ἀπολογία τῶν μαρτυρεῖν αὐτῷ παρεσκευασμένων* inter se opponantur. Simul tollitur inelegans parumque decens oratorem locutio: *τὴν παρασκευὴν—τῶν—παρεσκευασμένων*. SCHAEF.

1386, 10. *σταδιαδρομοῦντα*] Sic S. pro vulgo *σταδιοδρομοῦντα*. *σταδιαδρόμος* quidem habet liber manu scriptus Pollucis 3. 146. SCHAEF.

1386, 20. *τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας*—] Hunc locum ita legit Athenaeus 13. p. 573. *τὰς μὲν ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν παλλακείας, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν.* At Stobaeus Serm. LXIV. cum vulgatis scriptoris nostri consentit. Constat interea ex hoc loco differentia, quam statuerunt Graeci inter *ἑταίραν*, *παλλακὴν* et *γυναῖκα* sive matrem familias. Prima est scortum, quae vulgo prostat et corpore quaestum facit: secunda ea, quae uxoris loco sine nuptiis in domo est (vide l. 144 D. de V. S.) vel, ut plenius ICtis definiri solet, *ea, quam quis non mariti animo, sed concubitus tantum caussa, sine stupri tamen crimine flagitiove domi habeat.* Concubina ergo cum uno peccat, meretrix cum pluribus: harum autem utraque voluptatis caussa. Sequitur tertio mater familias sive uxor justa, quam liberorum procreandorum ergo et in semen civitatis domum, peractis sacrificiis, rite ducimus. *Patere me*, ait Imperat. Verus in Spartiano c. 5., *per alias exercere cupiditates meas: uxor enim nomen dignitatis est, non voluptatis.* Non aliter de his distinguitur in Jurisprudentia Romana. TAYLOR.

1387, 14. *προὐκαλεῖτο*] *προκαλεῖται* S. Y. O. r. v. Quod etsi videatur probabilius, tamen imperfectum praeferes, si comparaveris et *ὁμολογοῖεν* v. 23. 26. et *ἤθελον* v. 28. et *βλαφθείησαν*—*βλαβείησαν* v. 29. V. ad v. 28. SCHAEF.

1387, 18. *παρὰ Στεφάνῳ*] Superior locus p. 1386, 8. addebat *οὖσα*. Potest abesse: mallem tamen etiam hic adesse. REISK.

1387, 20. *ἐκ*] *μὴ ἐκ* Wolfius male. Non enim negabat Apollodorus illos Stephani liberos esse, sed negabat eos Stephanum e foemina, quae civis Atheniensis esset, suscepisse, verum aiebat eos e Neaera quaesitos esse et Neaeram illos jam peperisse tum, cum Stephanus eam Athenas traduceret. REISK.

1387, 21. *Πρόξενός τε—καὶ Φανὼ*] Attractio verbi *εἰσὶ* in caussa fuit cur nominativi ponerentur. SCHAEF.

1387, 28. *ἤθελον*] *ἤθελε* Wolfius. *ἤθελον* bene habet: tota enim haec provocationis formula est mere *διηγηματικὴ* facileque admittit transitum a tertia persona ad primam. SCHAEF.

1387, 29. *βλαφθείησαν*—*βλαβείησαν*] Mirum ambo aoristos tantulo spatio deinceps poni: ut malim alterutram formam bis positam. SCHAEF.

ὅ τι βλαβείησαν] Malim *καθ' ὅ τι βλαβείησαν*. REISK. Ego non item. Noxae cujusque, quam tormenta afferrent, pretium leges videntur definivisse. SCHAEF.

1388, 1. *ἄνδρες*] Malim *ὦ ἄ.* SCHAEF.

1388, 14. *παρανενομήκασιν*] Exspectes *ἠσεβήκασιν*, ut v. 12. *παρανομεῖν εἰς τοὺς θεοὺς* satis insolenter dictum videtur. SCHAEF.

LX.

ORATIO FUNEBRIS.

A. WESTERMANNI PROLEGOMENA[a].

Demosthenem post pugnam ad Chaeroneam Ol. 110, 3. a populo constitutum orationem funebrem habuisse testis ipse est in or. de Corona p. 320. Πολλὰ καὶ καλὰ καὶ μεγάλα ἡ πόλις, Αἰσχίνη, καὶ προείλετο καὶ κατώρθωσε δι' ἐμοῦ, ὧν οὐκ ἠμνημόνησεν. σημεῖον δέ· χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα οὐ σὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα, καίπερ εὔφωνον ὄντα, οὐδὲ Δημάδην, ἄρτι πεποιηκότα τὴν εἰρήνην, οὐδ' Ἡγήμονα, οὐδ' ἄλλον ὑμῶν οὐδένα, ἀλλ' ἐμέ. κ. τ. λ.—Εἶτα καὶ προσήκειν ὑπελάμβανον τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι καὶ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν κοσμήσοντα μήθ' ὁμωρόφιον, μήθ' ὁμόσπονδον γεγενημένον εἶναι τοῖς πρὸς ἐκείνους παραταξαμένοις, μηδ' ἐκεῖ μὲν κωμάζειν καὶ παιωνίζειν ἐπὶ ταῖς τῶν Ἑλλήνων συμφοραῖς μετὰ τῶν αὐτοχείρων τοῦ φόνου, δεῦρο δ' ἐλθόντα τιμᾶσθαι, μηδὲ τῇ φωνῇ δακρύειν ὑποκρινόμενον τὴν ἐκείνων τύχην, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ συναλγεῖν. τοῦτο δ' ἑώρων παρ' ἑαυτοῖς καὶ παρ' ἐμοί, παρὰ δ' ὑμῖν οὔ. διὰ ταῦτ' ἐμὲ ἐχειροτόνησαν καὶ οὐχ ὑμᾶς. καὶ οὐχ ὁ μὲν δῆμος οὕτως, οἱ δὲ τῶν τετελευτηκότων πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ὑπὸ τοῦ δήμου τόθ' αἱρεθέντες ἐπὶ τὰς ταφὰς ἄλλως πως, ἀλλὰ δέον ποιεῖν αὐτοὺς τὸ περίδειπνον ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων, ὥσπερ τἆλλ' εἴωθε γίγνεσθαι, τοῦτ' ἐποίησαν παρ' ἐμοί. εἰκότως· γένει μὲν γὰρ ἕκαστος ἑκάστῳ μᾶλλον οἰκεῖος ἦν ἐμοῦ, κοινῇ δὲ πᾶσιν οὐδεὶς ἐγγυτέρω· ᾧ γὰρ ἐκείνους σωθῆναι καὶ κατορθῶσαι μάλιστα διέφερεν, οὗτος καὶ παθόντων ἃ μή ποτ' ὤφελον τῆς ὑπὲρ ἁπάντων λύπης πλεῖστον μετεῖχεν.

Quae si cum ipsa oratione comparas, quae inter Demosthenicas fertur LX., non mirum jam dudum viros doctissimos hanc summo oratore indignam judicasse. Ac veterum quidem Demostheni epitaphium abjudicarunt Dionysius Halic. de admir.

[a] Leguntur in Quaestionum Demosth. Particula II. (Lips. 1831.) p. 49—70.

vi dicendi in Demosth. c. 23. fin. vol. 6. p. 1027. c. 44. p. 1095. (ὁ φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος), Libanius in comm. περὶ τῶν μερῶν τῆς ῥητορικῆς p. 6., Harpocration s. v. Αἰγεῖδαι, Κεκροπίς, Photius Bibl. cod. 265., Suidas v. Δημοσθένης.—Recentiorum plurimi, Taylorus (Lect. Lys. vol. 6. p. 231 sqq.), Valckenarius (Anim. ad Ammon. p. 28. ad Herodot. 7, 139, 7. 9, 27, 2. et Oratt. p. 218.), alii.

Epitaphii defensionem veterum, quod sciam, nemo suscepit. Solus Syrianus ad Hermog. p. 17. Ald. Demosthenem in genere demonstrativo minus excelluisse dicit, διὰ τὸ ἀτριβὲς καὶ ἀμελέτητον. Quod judicium quum manifesto pendeat ex ipsis, quos habemus, epitaphio atque erotico—nam in panegyrico etiam dicendi genere, id quod patet ex or. Aristocratea atque Leptinea, egregie Demosthenem versatum esse auctor est Dionys. Halic. d. adm. vi dic. D. c. 45. p. 1095 R.—haud scio an non recte quidam[b] eo ad orationem inelegantem Demostheni vindicandam usi sint, recte reprehensi ab viro docto in Ephem. Jenens. a. 1818. Suppl. nr. 52. p. 26 sq. Ego hanc quaestionem denuo tractaturus paucis de externo epitaphii habitu praemissis singulos maxime locos monstrabo, e quibus Demostheni hanc orationem falso tribui appareat.

Quo solent plerumque critici ejusmodi litem disceptare argumento, ut ex dicendi genere de ipso scriptore conjecturam faciant, ab eo, nisi multa alia atque gravissima suppeterent, fortasse non plane abstinendum nobis esse duceremus. "Verum nimis est lubricum (ut bene monet Reiskius in annott. ad Amatorium) et fallax argumentum a dissimilitudine stili ductum; dicendi genus in eodem homine miris modis discrepare potest pro aetatum et fortunarum studiorumque diversitate; iidem enim non semper iisdem delectamur, non iidem manemus." Quare licet quaedam in illa oratione legantur, quae Demostheni excidisse demirere, ut p. 1396. ἅμα γὰρ τά τε τούτων πνεύματα ἀπηλλάγη τῶν οἰκείων σωμάτων, p. 1399. ποθοῦσι δ' οὐ μόνον οἱ συγγενεῖς καὶ πολῖται, ἀλλὰ πᾶσαν ὅσην Ἑλλάδα χρὴ προσειπεῖν, et quae sunt ejusmodi, haec tamen eis relinquo exploranda, qui talia diligentius solent odorari. Quod utcunque sit, hoc certe jure contendere posse mihi videor, desiderari hoc in sermone elegantiam, quam quidem digito non possum commonstrare, sed sensu quodam interno abunde percipere, qua alia ex aliis apte nectantur, suo quodque loco sit collocatum, nihil praepostere dictum, nihil perverse—ut uno dicam verbo, Demosthenicam elegantiam. Sed ut ponam nunc Demosthenem aliquando hanc deponere potuisse elegantiam, nonne tunc ei illud accidisse ab omni verisimilitudine abhorret, quum ipsius ut populo probaretur maxime interesset? Data nimirum, de qua post ipse gloriatus est, repulsis aliis haud spernendis oratoribus, Demostheni honorifica occasio publice laudandi viros eo bello caesos, cujus

[b] [His nuper accessit Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 573. G. DINDORF.]

ipse aliqua ex parte auctor fuerat. Jam recordare, quaeso, bellum infeliciter gestum, profligatos socios, caesorum parentes atque liberos suggestum circumstantes, universum populum in summa libertatis desperatione animis cadentem ac certe solatii aliquid et confirmationis a summo oratore exspectantem: in tanto rerum discrimine ne mediocri quidem studio Demosthenem versari potuisse dixeris, nedum ut nugatum eum esse ac pueriliter lusisse existimes. Quid enim? Adeone clade Chaeronensi afflictus erat, ut sapere desineret ac dicere dedisceret? Non erat, opinor, quem eodem tempore alia quaedam haud minus gravia pericula fortiter subiisse atque malignas adversariorum machinationes feliciter scimus confutasse. At, inquies, fortasse Demosthenes hanc orationem ex tempore dixit, non multo temporis epitaphium habituro ad orationem exarandam ediscendamque dari solito (V. Lys. or. fun. p. 50). Verum Demosthenem extemporali dictione usum esse negant [c]. Sed ponamus nunc, hanc subitam fuisse orationem, alius est auctoris, quae legitur inter Demosthenicas. Neque alios enim, neque ipsum hac turbulenta tempestate, quam ex tempore dixit orationem, postea literis mandasse est credibile, neque etiam sermonem tam inanem et exilem quem posteris memoriae traderet dignum ipse judicasset [d]. Sed singula jam videamus.

Exordium epitaphii, quod genus omnium maxime regulis quibusdam adstrictum erat, omnes, quorum funebres quidem orationes exstent, ab eodem desumpserunt argumento: legem dico, qua bello caesos milites publice laudari lator voluit. Sed ut in exordienda oratione summum artificium conspicitur, ita illi quoque in exordiis apte componendis maximam locarunt operam. Ac Pericles Thucydideus eis se non posse adstipulari libere confitetur, qui auctorem legis, quod sepulturae laudationem addidisset, impense laudent; quum enim difficile sit ad veritatem accommodate dicere, invidiam excitari atque diffidentiam; parendum tamen esse consuetudini. Id quod jam pridem Thucydidi tribuendum esse duxi, quippe paullulum succensenti ei, qui invitus quondam atque nescius effecisset ut historia rerum Graecarum aliquanto facta esset mendosior [e]. Lysias non ipsam

[c] Plutarch. Dem. 8 :—ἐδόκει δὲ τούτου σημεῖον εἶναι μέγα τὸ μὴ ῥᾳδίως ἀκοῦσαί τινα Δημοσθένους ἐπὶ καιροῦ λέγοντος, ἀλλὰ καὶ καθήμενον ἐν ἐκκλησίᾳ πολλάκις τοῦ δήμου καλοῦντος ὀνομαστὶ μὴ παρελθεῖν, εἰ μὴ τύχοι πεφροντικὼς καὶ παρεσκευασμένος κ. τ. λ. Et vit. X. or. p. 848 :—ὀνειδίσαντος δ' αὐτὸν Ἐπικλέους, ὅτι ἀεὶ σκέπτοιτο, αἰσχυνοίμην γὰρ, εἶπεν, εἰ τηλικούτῳ δήμῳ συμβουλεύων αὐτοσχεδιάζοιμι. At ne tum quidem ex tempore locutus esse videtur, quum Elatea a Philippo capta nuntiaretur. Venit enim nuntius vesperi, postero demum mane vocata concio. V. Dem. d. cor. §. 169 sqq. p. 284 sq. Cf. Diod. 16, 84. 17, 15.

[d] Plat. Phaedr. p. 257: Φ. Καὶ σύνοισθά που καὶ αὐτὸς ὅτι οἱ μέγιστον δυνάμενοί τε καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου μὴ σοφισταὶ καλῶνται. Σ. — καὶ — λανθάνει σε ὅτι οἱ μέγιστον φρονοῦντες τῶν πολιτικῶν μάλιστ' ἐρῶσι λογογραφίας τε καὶ καταλείψεως συγγραμμάτων κ. τ. λ.

[e] Himerius haud dubie hunc Thucydidis locum respexit or. II. sic exordiens: οὐ τοῖς ψέγουσι τὸν νόμον τῶν ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐγνωκότων λέγειν, ἀλλὰ τοῖς ἐπαινοῦσι συνθήσομαι. Idem Polemon or. II. in., quanquam hunc potius Platonem exscripsisse dixerim: τὸν μὲν τῆς πόλεως ἐπαινῶ νόμον κοσμοῦντα τὸν τῶν

urget laudationem, sed ex lege, quae quasi de industria propter rei magnitudinem non multum oratori temporis ad conscribendam concedat orationem, futurae in dicendo mediocritatis excusationem sibi petit. Exordium scite inventum et eleganter compositum. Qua in re imprimis excelluisse Lysiam testis est Dionysius Hal. jud. d. Lys. 17.—Plato lectorem statim in mediam rem inducit ita: rite soluto jam, quod mortuis debetur, restat ut orationem, quae lege constituta quamque haberi fas est, dicamus funebrem; debet ea autem ita esse comparata, ut mortuos apte laudet, liberos ad virtutem impellat, parentes consoletur.—Demosthenicae vero orationis vide quam vulgare et commune exordium: *Ἐπειδὴ τοὺς ἐν τῷδε τῷ τάφῳ κειμένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐν τῷ πολέμῳ γεγονότας ἔδοξε τῇ πόλει δημοσίᾳ θάπτειν, καὶ προσέταξεν ἐμοὶ τὸν νομιζόμενον λόγον εἰπεῖν ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἐσκόπουν μὲν εὐθὺς ὅπως τοῦ προσήκοντος ἐπαίνου τεύξονται, ἐξετάζων δὲ καὶ σκοπῶν ἀξίως εἰπεῖν τῶν τετελευτηκότων ἕν τι τῶν ἀδυνάτων εὕρισκον ὄν, κ. τ. λ.* Cum placuisset populo, obtemperavi. In quibus nihil quidem perverse dictum, sed ea desideratur cura, quam Demosthenes in componendis prooemiis solebat ponere.

Pergit orator: *ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐνθάδ᾽ εἶναί μοι δοκεῖ.* Cogitatio Demosthene non admodum digna, quem puto alios non modo imitari noluisse, sed etiam facile potuisse superare[f]. Noli autem modestiam existimare, quae est potius infirmitatis conscientia, qua declamator auditorum benevolentiam ac committendi furti captat veniam. Quam apte contra et ornate Lysias p. 51. §. 2. *Ὅμως δὲ ὁ μὲν λόγος μοι περὶ τούτων, ὁ δ᾽ ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρότερον ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰρηκότας.* Callide etiam Pericles Thucydideus c. 35.—*χρὴ ἐμὲ—πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν ὡς ἐπὶ πλεῖστον.* Quo uberior autem oratori post pugnam Chaeronensem ad dicendum materies suppeditavit, eo confidentius debebat affirmare se contentionem cum prioribus haudquaquam fugere.

Quae sequitur p. 1389. argumentorum dispositio tota ex Platone desumpta est.

Orat. Demosth.	Plat. Menex. 6. p. 237.
Ἐπειδὴ δὲ καὶ γεγενῆσθαι καλῶς καὶ πεπαιδεῦσθαι σωφρόνως καὶ βεβιωκέναι φιλοτίμως συμβέβηκεν αὐτοῖς, ἐξ ὧν εἰκότως ἦσαν σπουδαῖοι, αἰσχυνοίμην ἂν εἴ τι τούτων φανείην παραλιπών.	*Τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν, δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παιδείαν· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο.*

ἀγαθῶν ἀνδρῶν τάφον καὶ λόγῳ. ἔργῳ γὰρ εὖ πραχθέντων λόγοι ῥηθέντες καλῶς εἰσὶ τιμή. V. Plat. 5. p. 236. Quare quod nimis obscure significavit Schleierm. I. 1. p. 367., ut Plato Thucydidis orationem nonnunquam in mente habuerit, his verbis evincitur: *ὁ νόμος προστάττει ἀποδοῦναι τοῖς ἀνδράσι καὶ χρή.* Quod quum non intellexisset Dionys. Hal. d. adm. vi D. p. 1031. vehementer vituperavit.

[f] Non tollitur perversitas, si cum Dindorfio scribas: *ἐνθαδὶ κἀμοὶ δοκεῖ*, imo augetur, si cum Tayloro *ἐνθάδε δεῖν ἐμοὶ δοκεῖ.*

Atque omnino in Platone imitando sophista ille sibi placuit, palmarem scilicet existimans orationem, quae adeo populo probata esset, ut quotannis certo die publice recitaretur.

P. 1390. De nobili origine Atheniensium. Repetit auctor, qua omnes orationum funebrium scriptores Atheniensibus palpabant, fabulam de autochthonibus. V. Thuc. 2, 36. Lys. p. 192, 14. Plat. c. 6 sq. p. 237 sq. Himer. or. 2, 3. p. 374. Wdf. Cf. Isocr. Panath. p. 258 B. Hinc Phalaris in ep. ad Athen. eos sic alloquitur: *ὦ σοφώτατοι γηγενεῖς Ἀθηναῖοι*. imo Menander in lib. de encomiis ed. Heeren. p. 81. eos *μεθ' ἡλίου γενέσθαι* dicit. Cf. Meurs. de fort. Ath. init. Quod argumentum per se ridiculum—neque deerant qui Athenienses hanc ob caussam irriderent, ut Antisthenes, qui bruchis eos atque cochleis nihilo nobiliores esse dixit. V. Diog. Laert. 6. 1.—ut concedam epitaphio accommodatissimum esse, multum tamen refert quo artificio efficiat orator ut alicui honori illud ducendum esse videatur. Ac Thucydides quidem et Lysias hanc rem obiter tantum et quasi in transcursu perstrinxerunt: uberius tractat et admodum facete Plato, quem hic quoque exscribere non dubitavit declamator Demosthenicus.

Or. Demosth.

Μόνοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν ταύτην ᾤκησαν καὶ τοῖς ἐξ αὑτῶν παρέδωκαν, ὥστε δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι τοὺς μὲν εἰς τὰς[g] *ἐπήλυδας ἐλθόντας πόλεις καὶ τούτων πολίτας προσαγορευομένους ὁμοίους εἶναι τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων, τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι.—Δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ τοὺς καρποὺς οἷς ζῶσιν ἄνθρωποι παρ' ἡμῖν πρώτοις φανῆναι, χωρὶς τοῦ μέγιστον εὐεργέτημ' εἰς πάντας γενέσθαι, ὁμολογούμενον σημεῖον ὑπάρχειν τοῦ μητέρα τὴν χώραν εἶναι τῶν ἡμετέρων προγόνων. πάντα γὰρ τὰ τίκτοντα ἅμα καὶ τροφὴν τοῖς γιγνομένοις ἀπ' αὑτῆς τῆς φύσεως φέρει· ὅπερ ἥδε ἡ χώρα πεποίηκεν.*

Plat. Menex. 6. 7. p. 237.

Τῆς δὲ εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις, οὐκ ἔπηλυς οὖσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τούτους ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας καὶ τῷ ὄντι ἐν πατρίδι οἰκοῦντας καὶ ζῶντας, καὶ τρεφομένους οὐχ ὑπὸ μητρυιᾶς, ὡς ἄλλοι, ἀλλ' ὑπὸ μητρὸς τῆς χώρας ἐν ᾗ ᾤκουν.—Μέγα δὲ τεκμήριον τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι ἥδε ἔτεκεν ἡ γῆ τοὺς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέρους προγόνους. πᾶν γὰρ τὸ τεκὸν τροφὴν ἔχει ἐπιτηδείαν ᾧ ἂν τέκῃ.—Ὃ δὴ καὶ ἡμετέρα γῆ τε μήτηρ ἱκανὸν τεκμήριον παρέχεται, ὡς ἀνθρώπους γεννησαμένη. μόνη γὰρ ἐν τῷ τότε καὶ πρώτη τροφὴν ἀνθρωπείαν ἤνεγκε, τὸν τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν καρπόν, ᾧ κάλλιστα καὶ ἄριστα τρέφεται τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὡς τῷ ὄντι τοῦτο τὸ ζῷον αὕτη γεννησαμένη.

Hanc sophisticam pene argumentationem Plato mirifice eo quasi delinivit ac probabilem quodam modo reddidit. quod ei

[g] [*εἰς τὰς* post *ἐλθόντας* transponendum. G. DINDORF.]

ornatum attulit poeticum; quem rusticus homo detrahens simul omnem sermonis gratiam sustulit atque elegantiam.

P. 1390. Τὰ μὲν οὖν εἰς γένος ἀνήκοντα τοιαῦτα δι' αἰῶνος ὑπάρχει τοῖς τῶνδε τῶν ἀνδρῶν προγόνοις. τὰ δ' εἰς ἀνδρείαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν κ. τ. λ.

Novam viam sophista persequi instituit, priorem prae oblivione atque inconsiderantia derelinquens, quam ipse quoque suffuratus est, argumentorum dispositionem. Scilicet tripartitam modo (§. 4.) divisionem esse voluit, qua primum exponeret de genere, tum de educatione, denique de praeclare factis mortuorum. Jam nunc transacto de genere sermone de educatione ne verbum quidem, sed statim se convertit ad virtutes celebrandas, quarum prius originem ostendere debebat. At multo constantius Plato in proposito perseveravit.

P. 1390. 1391. Sequitur veterum historiarum enarratio, in quibus ordinandis cur a magistro Platone declamator decesserit non assequor. Totidem quot ille rerum a majoribus egregie gestarum facit mentionem, sed ordine mirifice turbato ac perverso. Primo enim loco Amazonum, altero Eumolpi ponit expeditionem, tum Heraclidarum ab Eurystheo expulsorum reductionem, denique expugnatam ab Atheniensibus Argivorum commemorat sepulturam. Sed Eumolpum Amazonibus, Adrastum atque Polynicem Eurystheo aliquanto fuisse antiquiores vel puerulus si ignorasset Athenis vapulasset, nedum ut orator, isque omnium facile princeps in rerum olim gestarum memoria redintegranda ima summis miscere potuerit. Quae quamvis antiquissima fabularumque tenebris obducta fuerint, ita ut non facile quis mendacii coarguatur, qui in aliam discedat opinionem, tantopere tamen hujus aetatis oratores ista antiquitatis monumenta venerabantur, ut quicquam temere mutare religioni sibi ducerent. Sed sophistam—quae eorum quidlibet audendi semper fuit iniqua potestas—hoc non curasse minime demiror, imo ne voluisse eum quidem temporum emendatorem agere, sed eo haec consilio permutasse credo, ne omnia ad verbum ex Platone descripsisse videretur.

P. 1391. Τῶν μὲν οὖν εἰς μύθους ἀνηνεγμένων ἔργων πολλὰ παραλιπὼν τούτων ἐπεμνήσθην,—ἃ δὲ τῇ μὲν ἀξίᾳ τῶν ἔργων οὐδέν ἐστι τούτων ἐλάττω, τῷ δ' ὑπογυιότερ' εἶναι τοῖς χρόνοις οὔπω μεμυθολόγηται, οὐδ' εἰς τὴν ἡρωϊκὴν ἐπανῆκται τάξιν, ταῦτ' ἤδη λέξω.

Haec de suo homo inscitus addidit inscitissime. Quam scite atque eleganter contra Plato l. l. c. 9. p. 239.—ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι, ποιηταί τε αὐτῶν ἤδη καλῶς τὴν ἀρετὴν ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες εἰς πάντας μεμηνύκασιν. Ἐὰν οὖν ἡμεῖς ἐπιχειρῶμεν τὰ αὐτὰ λόγῳ ψιλῷ κοσμεῖν, τάχ' ἂν δεύτεροι φαινοίμεθα. ταῦτα μὲν οὖν διὰ ταῦτα δοκεῖ μοὶ ἐᾶν, ἐπειδὴ καὶ ἔχει τὴν ἀξίαν. ὧν δὲ οὔτε ποιητής πω δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις λαβὼν ἔχει, ἔτι τέ ἐστιν ἐν ἀμνηστίᾳ, τούτων πέρι μοι δοκεῖ χρῆναι ἐπιμνησθῆναι κ. τ. λ. Quem locum exscriptor Demosthenicus haud dubie ante oculos habuit, verum tamen quid eo faceret nescivit. Quum vero aliud quid

sibi dicendum esse duceret, concinnam atque facilem Platonis argumentationem corrupit ac divulsit hoc modo: ad fabulas quod attinet ea modo memini, quae tam sunt pulcra tantamque habent virtutis ubertatem, ut ea ad celebrandum sibi poetae multi jam delegerint. In quibus nihil est quod reprehendi possit. Jam sic debebat pergere: quae vero nondum a poetis sunt tractata, ea nunc ego dicam. Sed nondum recte cogitare vir bonus didicit[h]. Urget potius quod omnium minime urgendum erat, rerum narratarum fabulositatem, sic argumentans: quae vero haud sunt narratis leviora, neque tamen, quod propius a nobis absunt, fabulis inquinata, neque ad heroicam aetatem referenda, haec nunc dicam. Alia quoque sic exoritur argumentationis perversitas, quam, quoquo te vertas, vix et aegre tollas. Licet quidem fabulis, ut poetam, ita oratorem ad rem magnifice demonstrandam uti, modo ne dicat esse fabulam ad quod ipse provocat argumentum. Demosthenes certe non dixisset, tum Atheniensium, qui istas res in deliciis habebant, tum sua caussa, ne quod modo factum esse dixit, rursum factum non esse necessario eo contendere videretur, quod hucusque fabulas sese narravisse asseveraret. Totum illud, licet hujusmodi in sermone usitassimum argumentum, missum fecit Thucydides, fabularum osor; Lysias contra, sincerus rerum memoriae traditarum narrator, fusius, quasi pro veris omnia habeat, de antiquo isto tempore disputat; breviter idem, ut vidimus, perstringit Plato, sed poetis ille, non rerum vanitati cedens. Transitus autem, qui fit a fabulis ad historiam in oratione Demosthenica, sophista dignus est. Subtile etiam discrimen, quod auctor inter mythicam atque heroicam aetatem statuit, rhetorum scholam mire quam redolet.

P. 1391. 1392. Hoc tandem loco, repudiata nimirum antiquitate fabulosa, atque de eo tempore dicendi oblata occasione, quod uno ore omnes hodieque admiramur, dicturum arbitreris oratorem, quae lectitasse aut audivisse operae pretium esse videatur. Nequicquam, o bone. Tam enim paucis, tamque humilibus ac vulgaribus hanc rem verbis transigit, ut Graecae historiae ignarus, quid ille sibi velit, vix dispiciat. Persas enim, Marathonem, Salaminem, Plataeas ne nominat quidem. At celebratissimum illud argumentum, quod orationum funebrium scriptores omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis solebant exornare—in qua caussa multum et egregie versantur Lysias ac Plato—Demosthenem, libertatis propugnatorem, intactum pene dimisisse ac silentio transire potuisse nego. Sophistam etiam hunc rhetorum campum, ut ait Cicero de off. I.

[h] Rectius cogitavit Hieron. Wolfius, qui quod debebat dici, quanquam frustra, elicere studuit e verbis *οὔπω μεμυθολόγηται*, quae reddit: "nondum a poetis celebrata sunt." Quod jure repudiat Schaeferus, significare verba illa hoc demonstrans: "nondum induta sunt ornatu mythico, nondum traxerunt colorem mythicum." Equidem propter oppositionem, quae est in verbis *οὐδ' εἰς τὴν ἡρωϊκὴν ἐπανῆκται τάξιν* potius ita explicuerim: nondum ad fabulas videntur pertinere.

18., tam cito deseruisse mirum est. Videlicet intellexit ampliorem esse Platonis de rebus Persicis disputationem quam ut impune eam exscribere, atque insigniorem quam ut eam inveniendo posset superare. Verum furari tamen nondum dedidicit, Isocratem quoque a quo mutuetur dignum existimans. En caussa.

Or. Dem. §. 13.	Isocr. Panegyr. c. 23.
Τοσούτῳ γὰρ ἀμείνους τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένων νομίζοιντ' ἂν εἰκότως, ὅσον οἱ μὲν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος ὄντες ἀριστεῖς δέκ' ἔτη τῆς Ἀσίας ἓν χωρίον πολιορκοῦντες μόλις εἷλον, οὗτοι δὲ τὸν ἐκ πάσης τῆς ἠπείρου στόλον ἐλθόντα μόνοι, τἄλλα πάντα κατεστραμμένον, οὐ μόνον ἠμύναντο, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν ὑπὲρ ὧν ἄλλους ἠδίκουν ἐπέθηκαν.	*Πῶς γὰρ ἂν γένοιντο σύμμετροι τοιούτοις ἀνδράσιν, οἳ τοσοῦτον τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένων διήνεγκαν, ὅσον οἱ μὲν περὶ μίαν πόλιν στρατεύσαντες ἔτη δέκα διέτριψαν, οἱ δὲ τὴν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀσίας δύναμιν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατεπολέμησαν, οὐ μόνον δὲ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας διέσωσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν ἠλευθέρωσαν;*

P. 1392. 1393. Jam nunc transitus ad eos fit, quorum in honorem haec scripta est oratio, sed tam verbosus ille atque inconditus, ut ne mediocriter quidem diserto homine dignus esse videatur. Vide modo quam argute sophista argumentetur: "Nemo putet me ista commemorasse, quod quae de hisce dicerem non habuissem; sed volebam ad majorum nobilitatem et res gestas horum annectere praeclare facta, ut qui sanguine conjuncti essent eorum laudes etiam conjungerem, gratissimum utrisque me facturum esse ratus, si mutuae virtutis non modo sanguine, sed etiam laudibus eos facerem participes." Itaque tamen rem ad voluntatis suae normam direxit. Nam id ipsum cur fecerit quaeritur. Poterat autem majorum facta plane mittere, quum praesertim ipse dicat: *ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ δίδωσιν αὐτὴ εἰπεῖν καὶ πρόχειρα, ἃ ῥᾴδιον μέν ἐστι διελθεῖν.* Sed excusatione plane nihil opus erat. Mos erat enim Atheniensium unicuique notissimus, ut qui orationem funebrem haberet a majorum egregie factis duceret exordium. Verum ineptum istum transitum declamator noster facillime evitasset, si, quae reliquarum hujusmodi orationum ratio est, res Graecorum ad id usque bellum enarrasset, in quo ceciderunt, de quibus jam laus rite est habenda. Sed hoc ipsius commodo fieri non potuit. Quae sequitur etiam captatio benevolentiae ab hoc loco prorsus aliena est. Perinde quasi hucusque auditorum benevolentia nondum indiguisset. At anxie tamen de eis quoque, quae jam dixit, se excusat. Nimis autem multus est orator in se ipso appellando, commendando, excusando. Atqui loco populi coram populo loquitur, cui ipsi, non oratori, quod habet res difficultatis imputandum. Sufficit igitur ut dixerit populum illud ad se munus detulisse, quod ex omni parte difficile sit explere. Supervacaneum certe, qui constituit, ut aures dedat multis exorare.

P. 1393 sq. Nunc demum ad eos pervenit orator, qui in pugna Chaeronensi ceciderunt. Quem locum (imprimis §. 20—23.) licet inter pulcerrimos hujus orationis annumerem, Demosthene tamen non satis eum dignum esse censeo, refertum nimirum ac distinctum passim dialecticis captionibus, quales ille nunquam aucupatus est. Sic §. 24. multis demonstrare studet non esse qui in bello occidantur victos, id quod tribus quatuor verbis indicare poterat; sed multum subtiliter argutatur, donec quod summum est sub finem breviter subjicit: *οὐχὶ τὴν ψυχὴν ἥττηται τῶν ἐναντίων.* Multo gravius Isocrates Paneg. c. 26. *ταῖς ψυχαῖς νικῶντες τοῖς σώμασιν ἀπεῖπον*, aliique quos in annot. ad h. l. nominavit Morus.

P. 1395. Locus sophistica arrogantia insignis. Hostis victor in Atticam non irrupit, sed pacem ultro obtulit, quo et stultitiae suae fecit documentum et ignaviae, et eximiae nostrorum militum virtutis.—Quid? Unumquemque militem Philippum sciscitatum esse putas, jamne placeret ut Atticam invaderent, an ut domum redirent ad hiberna? An putas Philippum non vidisse nunc demum se, si vellet, hostes capitales puniendi nactum esse occasionem? At noluit; non enim bellum gessit internecinum, sed satius habuit in eum hostes ordinem redegisse, quo neque quod ipse moliretur disturbare possent, neque reliquis Graecis plane essent impares.—Ceterum displicet quod Macedones omnes comminenda impudentiae criminatione victoriae virtute sua se non participes esse jubet confiteri, solumque Philippum, praeter fortunam, prudentia sua et audacia victoriam reportasse jactat. Quod argumentum quanquam A. G. Beckerus subtiliter admodum et artificiose in suam rem convertit ita ut diceret sophistam potius eam dictionis acerbitatem imitaturum fuisse, qua alias Demosthenes in Philippum soleret invehi: haec tamen tam abjecta est et humilis adulatio, totiusque loci ratio historica ita comparata ut quotiescunque legerem nequicquam mihi studerem persuadere Demosthenem haec potuisse scribere, virum veritatis ac patriae libertatis tantopere amantem ut ipse bellum illud excitaret, ac post mori quam in Macedonum potestatem se permittere multo mallet. Verum sophista gravissimo atque difficillimo argumento ordinando digerendoque prorsus impar Demosthenis nomine locutus est, ut ipse forte, si usus fuisset, hoc tempore dixisset.

P. 1395. Jam ne nullam plane laudem Atheniensibus ex rebus gestis duxisse videatur, Thebanorum contra Philippum cum ipsis initam commemorat societatem. Si quis est hominum, inquit, in quem hujus calamitatis culpa conferri possit, Thebanorum duces accusandi sunt, quippe qui fortissimo pugnantium animo ad victoriam patrandam recte uti nesciebant.—Videlicet laudandi quovis modo erant Athenienses, id quod vituperandis aliis facilius assequebatur auctor quam si in ipsorum agendi rationem accuratius inquisivisset. Facilius etiam homo fatuus in quo peccaveris quam quid egregie feceris potest invenire. Sed hanc

malignam criminationem, qua virtutem Thebanorum auctor detrectare nequaquam dubitat, dummodo ab Atheniensibus culpam demoveat, si Demostheni tribuerem, stupeo mecum reputans quanta virum egregium afficerem injuria. Fortasse non repugnarem, si vera esset ac justa criminatio. Sed ipsorum Atheniensium duces, Chares atque Lysicles, qui postea etiam capitis damnatus est, hanc cladem dicuntur contraxisse; incaute enim in mediam hostium aciem irruentes turbatique repentino phalangis impetu Atheniensium ordines ad internecionem sunt redacti. At multo ad commune judicium atque humanitatem accommodatius miserrimam Thebanorum sortem luxisset auctor, quippe quorum Philippus non solum captivos, verum etiam interfectorum sepulturam venderet. Rem conficit quod ipse quasi sentiens sophista quam lubricum hoc sit argumentum addit: *καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ἔστι τούτων, ὡς ἕκαστος ἔχει γνώμης, οὕτως ὑπολαμβάνειν.* Quo nihil inficetius.

P. 1396. Argutius quam verius caesorum virtutem Graeciae animam fuisse dicit: *ἅμα γὰρ τά τε τούτων πνεύματα ἀπηλλάγη τῶν οἰκείων σωμάτων καὶ τὸ τῆς Ἑλλάδος ἀξίωμα ἀνῄρηται.* Sed ut arguta argute refutem, quis, quaeso, sublata anima vivere non desinat? At Graecia esse non desiit. Quo autem animo hoc Athenienses, si audivissent, excepturos fuisse existimas? Laudare quidem Athenienses, ut ait Socrates, coram Atheniensibus non est difficile. Sed ne hoc quidem declamatori bene cessit. Quippe laudandis mortuis vivos immerito accusare iniquum est. Neque vero in hac hyperbole laudator acquievit; aliam addit, quam vel esse hyperbolen asseverare non dubitat: *μεγάλην μὲν οὖν ἴσως ὑπερβολὴν δόξομεν λέγειν, ῥητέον δ' ὅμως* (quae dictio est Demosthenica). *ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐκ τοῦ καθεστηκότος κόσμου τὸ φῶς ἐξέλοι, δυσχερὴς καὶ χαλεπὸς ἅπας ὁ λειπόμενος ἂν ἡμῖν βίος γένοιτο, οὕτω τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἀναιρεθέντων ἐν σκότῳ καὶ πολλῇ δυσκλείᾳ πᾶς ὁ πρὸ τοῦ ζῆλος τῶν Ἑλλήνων γέγονεν.* Meminit, nisi me fallit, Periclis in epitaphio, ut videtur, dicti: *τὴν νεότητα τὴν ἀπολομένην ἐν τῷ πολέμῳ οὕτως ἠφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ εἴ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι* (Arist. Rhet. 3, 10.). Quod suo modo declamator in immensum mirifice amplificat.

P. 1396. 1397. Transactis laudibus jam peroraturum oratorem opinere. Recte tu quidem, si hujus orationis auctor esset Demosthenes. Sed quem supra vidimus perverse rem atque praepostere agentem hic quoque sic de caussa digredi, ut non aliena quidem a toto argumento, sed ea nunc demum commemoret, quae jam dudum ante commemoranda erant, haudquaquam mirum est. Scilicet pergit explicare, quibus modis ad tantam illi pervenerint virtutem. De qua re quum §. 16. dicere instituisset, et recte quidem secutus *τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου τάξιν, ἥπερ ὑπῆρξε τοῦ βίου τούτοις,* non prius quid virtute sua, sed quomodo virtutem ipsam essent assecuti, ex omni parte debebat demonstrare. Ipsum etiam quod nunc affert argumentum ita

comparatum est ut facile appareat tantummodo sophistam eo in publica laudatione non abstinere potuisse. Comparat auctor civitatem liberae conditionis cum paucorum dominatu. Et in paucorum quidem dominatu belli tempore quisque nulla inusta ignominia vel summa pericula facile effugere potest, in liberae vero conditionis civitate, ubi libere unus quisque quid sentiat solet eloqui, ignaviae criminationem vel maxime timent. Hoc igitur timore capti hi quoque, qui nunc reip. impensis sepeliuntur, fortiter pro patria dimicaverunt.—Quod vereor ut laudi cuiquam duci possit. Sed tam multa praeterea laudabilia quoque insunt in liberae conditionis civitate, quae ad fortiter dimicandum civem permoveant, ut tarditatem mirer hominis, qui quae in oculis sunt posita non videat. Fortasse tamen Platonem meminit (c. 8. p. 238.) aristocratiae atque democratiae mentionem facere, ejusque tacito correxit, quam non intellexit, argumentationem. Quanquam illud nolo disceptare.

P. 1397—1399. Nondum ad perorationem ventum est, sed quod dixit auctor civitatis conditionem ad periculum fortiter subeundum *omnes* incitaase, ansam ei dat ad ostendendum quid *tributim* etiam unumquemque ut intrepide pugnaret instigaverit. Itaque tribus singulas enumerat, earumque ad auctores eorum, qui laudantur, virtutem ac praeclare facta accommodat. Quae digressio ut ab hujus dicendi generis gravitate aliena, ita nihil ea quicquam infieetius atque frigidius. Videamus singula. Ac primum quidem Taylor. Lect. Lys. p. 235 R. haud merito auctorem reprehendit, quod nomina tribuum non justo ac perpetuo ordine, sed temere ac promiscue posuisset. At Taylorum ipsum in errorem induxit Pollux, qui tribus Atheniensium hoc modo ordinat: Ἐρεχθηΐς, Κεκροπίς, Αἰγηΐς, Πανδιονίς, Ἀκαμαντίς, Ἀντιοχίς, Λεοντίς, Οἰνηΐς, Ἱπποθοωντίς, Αἰαντίς. Sed verum esse ordinem hunc: Ἐρεχθηΐς, Αἰγηΐς, Πανδιονίς, Λεοντίς, Ἀκαμαντίς, Οἰνηΐς, Κεκροπίς, Ἱπποθοωντίς, Αἰαντίς, Ἀντιοχίς, quem ipsum etiam servat declamator Demosthenicus, jam dudum demonstravit Corsinius in Fast. Att. vol. 1. diss. 3, 6. 4, 2. (qui Pollucis, Pausaniae, Ulpiani, Sigonii, Prideauxii, Dodwelli inter se discrepantes affert rationes), nuperque firmatum est inscriptionibus, quae leguntur in Boeckhii Corp. Inscr. vol. 1. nr. 168. 169. 171. 172. 275. 281. 284. 286. Cf. Schoemann. de comit. Athen. p. 16. [et Antiq. publ. p. 201.]—Ex quo, opinor, non conficitur ut Demosthenes illius orationis auctor fuerit, quippe quum talia sophista neminem religiosius solere perscrutari inter omnes constet.—P. 1397. Recte monet Taylor. duas fabulas auctorem permutasse. Hyacinthides enim non Erechthei, sed Hyacinthi Atheniensis erant filiae, Minoe Athenas obsidente sacrificatae. V. Apollod. 3, 14, 8. Verum Erechthei quoque filiae, Procris, Orithyia, Chthonia, Creusa, cupide mortem expetiverunt pro vita civium. V. Apollod. 1, 7, 3. 9, 4. 3, 15, 1. Cic. Tusc. 1, 48. al.—P. 1398. Ἐμέμνηντο Ἀκαμαντίδαι τῶν ἐπῶν ἐν οἷς Ὅμηρος ἕνεκα τῆς μητρός φησιν Αἴθρας Ἀκάμαντα εἰς Τροίαν στεῖλαι. Ho-

merus ut Taylori utar verbis, de Acamante, nedum de hoc facto, ne unum quidem verbum. Quin et vero simillimum est Aethram ipsam Trojae non fuisse. Istum enim versum Il. γ, 144. obelo notaverunt olim, ut videre est apud Plut. in Thes. (c. 34.) et Eustathius versum, si genuinus esset, de Aethra, Thesei matre, dici posse negat.—P. 1398. *Οὐκ ἐλάνθανεν Οἰνείδας ὅτι Κάδμου μὲν Σεμέλη, τῆς δὲ υἱὸν ὄντα ὃν οὐ πρέπον ἐστὶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοῦδε τοῦ τάφου, τοῦ δὲ Οἰνεὺς γέγονεν, ὃς ἀρχηγὸς αὐτῶν ἐκαλεῖτο.* Praeeunte Platone in Menex. c. 7. p. 238. *ὧν (θεῶν) τὰ μὲν ὀνόματα πρέπει ἐν τῷ τοιῷδε ἐᾶν.* Quod nisi commentus est Plato, cur sic instituerint non assequor. Sed mirum tamen est omnes orationum funebrium auctores deorum nomina constanter atque sedulo silentio transire. Cf. §. 42. Solum Lysiam p. 190, 34. Martem nominare memini. Ceterum hallucinatur sophista Oeneum Bacchi filium dicens, quem tantum ejus discipulum fuisse perhibent. Fingenda nimirum erat quaedam Cadmi cum Oeneo cognatio, quo novissimae Thebanis cum Atheniensibus initae societatis mentio commode posset fieri. At si undecim Atheniensium fuissent tribus de undecima quid diceret homo facetus frustra quaesivisset.

Quae quamvis in historia majori offensioni sint quam delectationi (cujusmodi argutiarum exempla quaedam ex Timaeo affert Plutarch. in Nic. c. 1.), orationi tamen ornatum ac splendorem interdum afferunt, dummodo modeste illud fiat ac ratione. Sed modum atque finem sophista manifesto transiit.

P. 1399. 1400. Sequitur peroratio, totius orationis pars facile pulcerrima. Quanquam ne hic quidem ineptiis orator plane destitit, ut p. 1399 extr.: *οὓς παρέδρους εἰκότως ἄν τις φήσαι τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι, τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχοντας τοῖς προτέροις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐν μακάρων νήσοις. οὐ γὰρ ἰδών τις οὐδὲ περὶ ἐκείνων ταῦτ' ἀπήγγελκεν, ἀλλ' οὓς οἱ ζῶντες ἀξίους ὑπειλήφαμεν τῶν ἄνω τιμῶν, τούτους τῇ δόξῃ καταμαντευόμενοι κἀκεῖ τῶν αὐτῶν τιμῶν ἡγούμεθ' αὐτοὺς τυγχάνειν.* V. Schaefer. ad h. l. et Censor in Eph. Jen. a. 1818. Suppl. p. 27. Ceterum usque ad extremum spiritum mortuos impense laudat, superstites in transcursu quasi consolatur, ut imitentur adhortari ne operae quidem ei est. In quo argumento ut uberius atque diligentius Lysias ac Plato versantur, ita non dubito quin post pugnam Chaeronensem Demostheni hujus rei exitum quam principium invenire multo fuerit difficilius.—P. 1400: *Ὑμεῖς δὲ ἀποδυράμενοι καὶ τὰ προσήκοντα ὡς χρὴ καὶ νόμιμα ποιήσαντες ἄπιτε.* Plato in peroratione similiter: *νῦν δὲ ἤδη ὑμεῖς καὶ ἄλλοι πάντες κοινῇ κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι ἄπιτε.* Lysias hoc omittit plane atque Hyperides, si ejus totam habemus perorationem: habet vero Thucydides 2, 46. *νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προσήκει ἕκαστος ἄπιτε*, ubi libri aliquot optimi *ἀποχωρεῖτε*.

Haec erant quae ad opinionem meam firmandam afferrem argumenta. Quibus quas commonstrasse mihi videor inanes argutiolas, opinionum perversitatem, argumentorum confusio-

nem, sermonis verbosam paupertatem, si compares cum egregia subtilitate, cum sententiarum gravitate, cum argumentorum accurata dispositione, cum sermonis pulcra simplicitate ac pressa elegantia, quam in Demosthenis orationibus ad unum omnes admiramur, non dubito quin optione data summum oratorem hujus sermonis auctorem esse posse praefracte neges. Saltem inter praeclarissimas Demosthenis orationes, quas de falsa legatione Ol. 109, 3. et de corona Ol. 112, 3. habuit, medius collocatus Epitaphius (Ol. 110, 3.) manduci inter Martem atque Jovem positi praebet speciem. Neque vero obscurum est quomodo oratio illa in Demosthenica irrepserit. Id quod dupliciter fieri potuisse patet. Aut enim casu in eodem volumine scripta esse poterat, quo reliqua omnia aut plurima certe Demosthenica continerentur, quodque ipsum Demosthenis nomine (namque a potiore fit denominatio) inscriptum esset.—aut, quod veri aliquanto est similius, postea ab homine fallaci addita. Qui sciebat habuisse Demosthenem epitaphium post pugnam Chaeronensem; mentio ejus etiam facta, ut videtur, in canone Alexandrino; ad hoc res lucro venditori, nec fraus depulsu facilis. Hinc speciem Demosthenicam declamator interdum haud male ementitus est, sed verum oratoris sanguinem non potuit ementiri.

1388, 1. *ἐν τῷδε τῷ τάφῳ*] Sic p. 1398, 17. *ἐπὶ τοῦδε τοῦ τάφου.* Concio enim habebatur ad ipsum sepulcrum, quod orator *δακτυλοδεικτεῖ.* Recte autem singularis positus est. Sic infra p. 1392, 28. *τοὺς—πρὸς τὸν τάφον ἠκολουθηκότας.* Scilicet *τὰ δημόσια μνήματα* fuerunt *κοινοτάφια.* V. schol. Bekk. ad Demosthen. Orat. de Cor. p. 320. edit. Halens. a. 1815. SCHAEF.

ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ] Ad Chaeroneam cum Philippo commisso, de quo praeter Diodorum Siculum et Justinum vide Plutarchum in Vita nostri auctoris et adversarias etiam Aeschinis et Demosthenis orationes. WOLF.

1389, 7. *ἀνυπέρβλητον*] Rectius scripsisset *ἀνέφικτον*, aliquanto aptius illud antecedentibus, *ἀξίως εἰπεῖν — εὕρισκον ὄν.* SCHAEF.

1389, 8. *διαλεχθῆναι*] I. q. *εἰπεῖν.* Qui hujus verbi usus est rarior. V. H. Stephani Thes. SCHAEF.

1389, 13. *ἀγαθοῖς*] Minus bene alii libri *χρηστοῖς.* Nam *ἡ ἀγαθότης* magis est virtutis bellicae, de qua h. l. agitur: *ἡ χρηστότης* civicae. SCHAEF.

1389, 16. *τῆς δ' ἀρετῆς καὶ τῶν ἐπαίνων*] Affinis nomina significationis. Hesiodus O. et D. 288.:

—πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

Nec soli poëtae v. *ἀρετὴ* hoc sensu usurparunt. Plutarchus V. Philopoem. c. 14. *πολὺ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς καὶ τῆς δόξης ἀφαιρεθεὶς—.* Anecd. Bekk. p. 443. extr. *Ἀρετή: Ἀνδοκίδης καὶ Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ εὐδοξία.* Add. not. ad p. 385, 12. SCHAEF.

1389, 18. *λόγων*] Vocabuli hujus hoc loco eadem est vis atque

Latini *artium*. REISK. Boissonadus ad Marin. p. 128.: "Credo λόγων esse eliminandum, utpote glossema pronominis ὧν." Nec Boissonadi crisin nec Reiskii interpretationem probo. Intelligendi οἱ ἐπιτάφιοι λόγοι. SCHAEF.

1389, 23. λοιπῶν] λόγων Y. v. Vere, ut opinor. *hac laudata, finem dicendi facerem.* Qui posset ἀπαλλάττεσθαι τῶν λοιπῶν, si nulla forent λοιπά? SCHAEF.

1390, 1. καὶ τῶν — κατ' ἄνδρα] *Singulosque viritim avos.* SCHAEF.

1390, 2. τὴν φύσιν] *Ortum*, rariori significatione. Infra v. 16. ἀπ' αὐτῆς τῆς φύσεως, *statim ac nata sunt.* Add. p. 1392, 22. 26. H. Stephanus Thes. s. h. v. SCHAEF.

1390, 25. πρόγονοι καὶ πατέρες—] πρόγονοι significat totum majorum genus: quae sequuntur nomina complectuntur varias hujus generis formas. SCHAEF.

1391, 8. τῶν Ἡρακλέους παίδων] Ea de re exstat Euripidis tragoedia, Heraclidae. WOLF.

1391, 13. τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας] S. στρατεύσαντας. Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις dativo, ut subintelligas ἀποθανόντες, apud Aeschylum inscribitur tragoedia. Vide Ἱκέτιδας et Phoenissas Euripidis et Antigonen Sophoclis. WOLF.

1391, 17. τοὺς ἐμμέτρους] ἔμμετροι ποιηταὶ sunt οἱ ἐν μέτρῳ, τουτέστιν ἔπει, γράψαντες, qui carmina versibus justae magnitudinis condiderunt, verbo epici, qui opponuntur τοῖς τῶν ᾀδομένων (scilicet μελῶν) ποιηταῖς, hoc est, lyricis. REISK. οἱ ἔμμετροι ποιηταὶ etiam de tragicis intelligendum. SCHAEF.

1391, 18. τῆς αὐτῶν μουσικῆς] *Eruditionis et eloquentiae suae*, ut etiam ad συγγραφέας, id est, rerum gestarum scriptores, referatur. WOLF. V. Locellae disputationem ad Xenophont. Ephes. p. 125 sqq. Miror autem Wesselingium ob hanc ipsam phrasin suspicantem, oratorem, cum haec scriberet, spectasse etiam Herodoti locum 9, 27. Hoc enim argumentum ab historico tam leviter perstringitur ut nequeat dici ὑπόθεσις τῆς αὐτοῦ μουσικῆς. SCHAEF.

1391, 21. οὔπω μεμυθολόγηται] Vertendum: *nondum induta sunt ornatu mythico, nondum traxerunt colorem mythicum.* V. p. 1398, 5. Quod autem sophista dicit οὔπω, sperare se ait progressu temporis rem confore: quanquam facile suspiceris jam ipsius aetate τῷ ἱστορικῷ satis admistum esse τοῦ μυθικοῦ. Quae cum spes non fefellit. Ita quas nos vivendo attigimus summi ad omnem humanitatem res momenti post multas annorum centurias μυθολογήσονται. SCHAEF.

1391, 23. μόνοι δὶς ἠμύναντο] Pugna Marathonia et expeditio Xerxis vel pueris notae sunt. WOLF. μόνοι addidit ῥητορικώτερον ἢ ἀληθέστερον. Idem ἀλαζόνευμα p. 1392, 6. SCHAEF.

1392, 3. τοσούτῳ—ὅσον] Aut τοσοῦτον—ὅσον scribendum, aut τοσούτῳ—ὅσῳ. Hoc praeferam. V. ad p. 896, 2. SCHAEF.

1392, 6. ἐκ πάσης τῆς ἠπείρου] *E tota Asia.* V. interpret. ad Isocratis Panegyric. c. 36. et 46. SCHAEF.

1392, 8. ᾐδίκουν] Recte refertur ad τὸν στόλον ut collectivum nomen. SCHAEF.

1392, 15. ἀπηριθμηκέναι] Simpliciter enumerasse, non oratorie persecutum esse. SCHAEF.

1392, 22. τὰς φύσεις ἦσαν συγγενεῖς] Quomodo? Ut majores et posteri. Nam ad Chaeroneam interfecti ab illis Persarum victoribus oriundi fuerunt. WOLF.

1392, 25. κἀκείνους—ἀμφοτέροις] Verte: *rem fore neque illis ingratam et utrisque gratissimam.* SCHAEF.

1392, 27. ἐν τῷ μεταξὺ διαλαβεῖν] *Interrumpere tenorem orationis.* Poterat sic scribi: ἀνάγκη δὲ μεταξὺ λέγοντα πρὸ τοῦ—. SCHAEF.

1392, 28. καὶ] *Etiam.* Nam cognatorum benevolentia parata erat. SCHAEF.

1393, 6. τούτους] Alii libri τούσδε. Conf. p. 1389, 27. 1390, 18. 1392, 28. 1396, 6. 10. 17. 1397, 11. SCHAEF.

1393. 7. συμβουλομένους] Est Latinum *volentes*, h. e. *benevolentes, faventes.* SCHAEF.

τῇ προθυμίᾳ] καίπερ προθυμούμενος. SCHAEF.

1393. 10. αὐτάρκεις ἔχει τὰς ὀνήσεις] *Uberes suis possessoribus fructus suppeditant nec alienis adminiculis egent.* αὔταρκες. *seipso contentum, quod ipsum sibi satis est, quod nihil aliunde requirit ad se tuendum.* WOLF.

1393, 11. ἐν] F. delendum. *iisque vincant quicunque possident.* SCHAEF.

1393, 15. ῥηθῇ] Impersonaliter dictum. SCHAEF.

1393, 16. κἂν ὑπερβάλῃ] Subaudi τις aut ὁ λέγων. REISK. Simplicius Wolfius ad ἡ τῶν λόγων πειθὼ refert. SCHAEF.

προσέστη τοῖς ἀκούουσι] *Assistit audientibus*, id est, *offendit audientes.* De hac phrasi diximus in Isocratis Vita. WOLF. V. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 140. SCHAEF.

1393, 18. πρὸς αὐτοῖς εἰμὶ τοῖς ἔργοις] *Ad ipsa horum virorum facta accessi.* SCHAEF.

1393, 20. εἰς ἕνα καιρὸν] τοῦ νῦν λέγειν. SCHAEF.

1393, 27. ἴχνη γνωρίζουσα—] *Memoria cognatorum eis vestigia recognoscens* etc. S. τῶν παιδευμάτων, *exercitationum.* Si pro τοιγαροῦν legeretur τούτων οὖν, planior esset Latinis constructio hujusmodi ἐλλείψεων insuetis. WOLF. Locutio sumta est e re venatica. Xenophon de Venat. 6, 4. οὐ γὰρ ἐπιμένει τοῦ ἴχνους ἡ φύσις—πᾶσαν ὥραν. SCHAEF.

1394, 6. τῇ δὲ σώζεται] Fortasse legendum: τῇ δὲ τὰ ὄντα σώζεται. *altera autem fortunae cuique suae conservantur.* REISK. Immo subaudiendum τὸ πρακτέον. Recte interpretatur Reisk. in Ind. Graecitat. SCHAEF.

1394, 7. καὶ γὰρ εἴ τις ἐφύετο—παρεκάλεσαν] Atticus orator optativum cum imperfecto dedisset. SPENGEL. ad Anaxim. Rhet. p. 238.

1394, 12. ταῦτα] Scilicet τὰ νῦν παρόντα πράγματα φαύλως διακείμενα. REISK.

1394, 12. προορώσης—εἰρωνευομένης] προορώσης redit ad ἀγνοίας, εἰρωνευομένης autem ad κακίας. Haec enim εἰρωνεύεται, simulat stupiditatem aut ignorantiam, non autem ignorantia ipsa. Quare malim προορῶσιν et εἰρωνευομένοις, utrumque in dativo plurali, ut referatur ad praemissum Ἕλλησιν. REISK. Non opus vulgatam mutari. ἄγνοια μεμιγμένη κακίᾳ cogitanda ut unum aliquod commistum vitium, quod partim οὐ προορᾷ, partim εἰρωνεύεται. SCHAEF.

1394, 13. ὑπήκουσαν] Graeci stupiditatem seu simulantes seu veram rebus prodentes. REISK.

1394, 15. ἐμνησικάκησαν] Athenienses hoc bello defuncti, quorum laudes hac oratione praedicantur. REISK.

1394, 18. ἐξ ἀνάγκης—νικᾶν] Callide tacet pugnam aequo Marte pugnatam. Omninoque totus qui sequitur locus insigne est specimen artis sophisticae rem injucundam ita velantis ut Atheniensium vanitas de eventu paene gloriari posse videatur. SCHAEF.

1394, 21. οἱ τελευτῶντες ἑκατέρων ἐν τάξει] Qui ex utrisque, id est utrinque, in acie occumbunt, tam in victore quam victo exercitu. WOLF.

1395, 1. τοῦ τῆς χώρας ἡμῶν—] Satis ex his arbitror constare, orationem hanc, si unquam dicta fuit, in caesos in pugna ad Chaeroneam esse dictam, sed ab homine metu et desperatione perculso, cui spiritus essent dejecti et plane exstincti. REISK.

1395, 7. δηλοῖ δὲ—εἰρήνης] Humanitas quidem Philippi in caussa fuit ut et Diodorus et Plutarchus testantur. WOLF.

1395, 10. πρόφασιν] Subaudi αὐτῆς, scilicet τῆς εἰρήνης. Qui sequitur genitivus, τοῦ—τὸν τῶν ἐναντίων κύριον—βούλεσθαι—, pendet a comparativis antecedentibus. SCHAEF.

τοῦ τῆς τῶν] Notabilis concursus articulorum. Qualia exempla sibi a me indicata Eichstadius commemoravit praefat. ad Diodor. Sic. vol. 1. p. 38. SCHAEF.

1395, 15. καὶ τῇ—τόλμῃ] Orator hoc dicit: Athenienses succubuisse, non Macedonum fortitudini, sed Fortunae Philippoque. Jam Fortunae nullos non cedere cogi: quod autem Philippi ars bellandi audacia juncta praevaluerit, solos duces culpandos esse. SCHAEF.

τῇ—τόλμῃ] Philippum acerrimus ejus hostis, Demosthenes, summis laudibus, etiam inter accusandum, vehit. Quare necesse est eum excellentem fuisse virum, tametsi callidior in gerendis rebus quam in servanda fide religiosior fuisse perhibetur. WOLF. Atqui hae ipsae laudes satis arguunt hanc orationem non esse Demosthenis. SCHAEF.

1395, 18. ἀντιποιήσεσθαι] ἀντιποιήσασθαι S. Y. O. v. Quod ut placere possit, vulgata tamen satis bona est. Periodus enim ex obliqua oratione in rectam conversa sic habet: εἰ δέ τις—, οὐδείς, οἶμαι, οὔτ' ἀναίσχυντος οὔτε τολμηρὸς οὕτως ἂν εἴη, ὅστις ἀντιποιήσεται—. SCHAEF.

1395, 21. ἀφεῖσθαι κακίας] *Liberari crimine ignaviae.* V. quae

congressi in Jacobsii Annotat. ad Antholog. Palatin. p. 973., e quibus huc aptissime quadrat Euripideum : *καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι.* SCHAEF.

1395, 22. *περὶ ὧν—εἰκότως*] Tota haec sententia abest ab libris pluribus. Multo mallem hi libri omitterent quod statim sequitur: *εἰ δ' ἄρα—εἰκότως.* Mihi quidem videtur pannus tam inepte assutus, ut interpretum de hoc loco silentium mirer. SCHAEF.

1395, 23. *ἐπὶ τούτῳ*] H. l. est idem atque *καθ' ἑαυτοῦ*, *contra se*, in castris sibi oppositis. Pari modo accipitur v. 26. REISK. Idem in Ind. Graecitat.: *adversus se stantes.* Scilicet in Reiskiana continuantur *ὑπερῆρε τοὺς ἐπὶ τούτῳ ταχθέντας.* Mihi *οἱ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες* (*huic rei s. provinciae assignati*) videntur dici *οἱ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες.* SCHAEF.

τοὺς πολλοὺς] Milites sub ducibus utrinque suis militantes. SCHAEF.

1395, 25. *ἐκείνων*] Eorum puta, qui in castris Philippi militarunt. REISK

1396, 1. *οἱ—ἐχρήσαντο*] Conf. Diodorus 16, 85. extr. SCHAEF.

1396, 15. *ὥσπερ—ἐξέλοι*] Simili hyperbole Pericles ap. Aristot. Rhet. 1. 7. ab Spengelio ad Anaximen. Rhet. p. 164. comparatus, *οἷον Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη.*

1396, 22. *δέος—παριστᾶσιν*] Notissimum poëtae apophthegma, *ἵνα δέος ἔνθα καὶ αἰδώς*, sophistae huic non magis probatur quam philosopho, cujus disputationem habet Platonis Euthyphro c. 12. (13.) SCHAEF.

1396, 23. *ὁ ἀγὼν—τοῦ πολέμου*] V. not. ad Sophocl. Ajac. 1163. Electr. 682. SCHAEF.

1396, 26. *ὁμιλίας*] *θεραπείας.* SCHAEF.

1397, 5. *βλάσφημον*] Noto hic significare *ἀληθὲς ὄνειδος.* SCHAEF.

1397, 7. Adverbium *εἰκότως* jungendum participio *φοβούμενοι.* SCHAEF.

1397, 8. *εὐρώστως*] Mox v. 15. *εὐρώστους.* De animo hic dicitur. SCHAEF.

1397, 15. *ᾔδεσαν ἅπαντες—*] Haec e casibus heroum eponymorum ducta ad virtutem acuendam momenta sophisticum et Lycurgeum sapiunt ingenium. Demosthenes fortibus et virilibus utitur armis, non his umbraticis. REISK. Verissime : ut etiam hinc appareat magnum oratorem haec scribere non potuisse. SCHAEF.

1397, 16. *τὸν ἐπώνυμον αὑτῶν*] *Eum heroem, a quo cognominati sunt.* *ἐπώνυμοι* dicuntur hi decem, qui hic enumerantur, qui tribubus nomina imposuerunt. WOLF.

Ἐρεχθέα] Cum ab Eumolpo Thrace bello peteretur, responsum est a vatibus, fore superiorem, si filias suas immolasset. Sic Codrus, sic Macaria, Herculis filia, sic apud Romanos Decii

perierunt, mendacis illius et sanguinarii insidiis, qui hominum interitu delectatur. WOLF.

1397, 17. Ὑακινθίδας] Suidas aliter τὰς Ὑακίνθου τοῦ Λακεδαιμονίου θυγατέρας sic dici scribit. WOLF. V. Valesius ad Harpocrat. v. Ὑακινθίδες. TAYLOR.

1397, 22. θνητὸν σῶμα] Opponitur corpus τοῦ ἀπ' ἀθανάτων πεφυκότος, quod non totum mortale esse hominibus illis videbatur. SCHAEF.

1397, 24. ἰσηγορίαν] *Aequalitatem, par et aequum jus,* hoc est, *democratiam.* WOLF.

1397, 26. παρὰ τοῖς Ἕλλησι] Sententia postulat παρὰ τὴν ἑαυτῶν δειλίαν, *propter suam ignaviam.* REISK. Non postulat. *coram Graecis.* Democratico statu Athenienses inter Graecos vel maxime gloriabantur. SCHAEF.

1397, 27. φιλοψυχήσαντες] *Formidine mortis, in vitae cupiditate.* WOLF.

Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν] Vide Metamorphoseos Ovidianae libr. 6. WOLF.

1398, 3. ἐφ' οἷς] Id est ἐπὶ τούτοις, ἐν οἷς vel δι' ὧν. *super illis contumeliis, quibus foedari Graeciam viderent.* REISK. Immo sic resolvenda attractio: ἐπὶ τοῖς ἃ—ὑβριζομένην. SCHAEF.

1398, 5. τὰς Λεὼ κόρας] De his Pausanias in Atticis et Suidas in voce Λεωκόριον. WOLF. V. Photius p. 218. et Anecd. Bekk. p. 277, 13. SCHAEF.

1398, 10. τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς—] Locus Homeri mihi neque succurrit neque investiganti occurrit. Nescio an Atheniensium libri hoc in loco Homeri ad Athenas pertinente a lectione librorum, quibus nos hodie utimur, haud parum discrepaverint. REISK. V. Heynius ad Iliad. vol. 4. p. 477. SCHAEF.

τῆς μητρός] Homerus Il. Γ, 144.

> Οὐκ οἴη· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο,
> Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ Κλυμένη τε βοῶπις.

WOLF.

1398, 11. Αἴθρας] Alii libri Φαίδρας. "Aethra Acamantis avia fuit, Phaedra mater, quam Euripides in Hippolyto suo suspendio periisse tradit. V. schol. Eurip. Hec. 125. schol. Hom. l. c." WOLF.

1398, 15. ὅτι Κάδμου μὲν Σεμέλη,—] υἱὸν ὄντα malim abesse ut e scholio nata. In Σεμέλη et τῆς δὲ subauditur a communi, quod aiunt, e proximis insequentibus vocabulum γέγονεν et ἐκεῖνος. *Semelen esse natam e Cadmo, e Semele autem natum esse illum, quem fas non est—.* REISK. Satis hoc probabile. Vulgata quidem tam scabra est, ut a scriptore levis studioso constructionis profecta non videatur. SCHAEF. Delevi υἱὸν ὄντα, frustra defensum ab Maetznero ad Antiphont. p. 239.

1398, 16. ὃν οὐ πρέπον ἐστὶν] Bacchum scilicet, quia pollui dii superi et immortales putabantur ea mentione: sicut postea τῶν Ἀλόπης γάμων paucis meminit, quia inter nuptias et funus sum-

mum est dissidium. Suidas Alopen Cercyonis filiam esse scribit, e qua Neptunus Hippothoontem procrearit, tribus Hippothoontiae Eponymum. WOLF.

1398, 18. *ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι*] Athenis et Thebis propter Bacchum ibi natum. WOLF. Malim sic: Athenis et Thebis, ubi Bacchus natus est. SCHAEF.

1398, 20. *ἀγωνίαν*] *Contentionem*, ut recte Reisk. in Ind. Graecitat. V. H. Stephani Thes. SCHAEF.

1398, 21. *ἐκτεῖναι*] Herodotus 7, 10, 7. *αὐτοῦ δὲ τούτου εἵνεκα δοκέεις μοι πᾶσαν προθυμίην ἐκτείνειν.* SCHAEF.

τὸν ἑαυτῶν ἀρχηγὸν—τὴν ἀλκὴν δὲ δράκοντι] V. Eudocia p. 252. et Tzetzes Chiliad. p. 181. edit. Kiessl. et ad Lycophron. 111. SCHAEF.

1398, 23. *αὐτοῦ*] Dedi de meo *αὐτόν*. Nihilominus tamen *αὐτοῦ* subaudiri debet ad *σύνεσιν* et *ἀλκήν*. *quum quod ipsius sapientia eum homini similem reddiderit, fortitudo autem draconi.* REISK. *αὐτοῦ* verum puto: ut *προσομοιοῦν* habeat significationem neutralem. *quum quod ejus sapientia referret sapientiam hominis, fortitudo fortitudinem draconis.* De hac in comparationibus breviloquentia v. ad schol. Apollon. Rhod. p. 164. SCHAEF.

1398, 27. *τὸ πρέπον φυλάττων*—] V. Wolfius ad v. 16. SCHAEFER.

1399, 8. *τῶν ὑπαρχόντων*] Dubito utrum a *τὰ ὑπάρχοντα* repetam, an ab *οἱ ὑπάρχοντες*. Si illud, *digne fortunis illis, quae sibi aut nascentibus ab ipsa generis nobilitate additae aut majorum virtute et gloria partae fuissent.* Sin hoc, *digne conditoribus sui generis. ὑπάρχειν τὸ γένος* est *ordiri stirpem, condere genus.* REISK. Ego vero non dubito neutrius esse generis. *ἀξίως τῶν ὑπαρχόντων διελθεῖν* p. 1403, 11: quod quomodo intelligendum sit docet plenior phrasis *τὰ—ὑπάρχοντά σοι ἀγαθὰ* ibid v. 5. Add. p. 1416. 16. coll. v. 22. *τὰ κάλλιστα τῶν ὑπαρχόντων* p. 258. 2. SCHAEF.

1399, 13. *πλήρη*] Post h. v. videtur *ὁρῶντες* deesse. REISK. Certe participium requiritur. SCHAEF.

δ' εὐδαίμονες] Libri *δὲ δαίμονες*. Recte Felicianus *δ' εὐδαίμονες*. Primum enim hoc poscit oppositum v. 10. *ἐλεεινοί*. Deinde idem tuetur quod legimus v. 27: *πῶς οὐ χρὴ τούτους εὐδαίμονας νομίζεσθαι*; Denique infra demum v. 28. de mortuis orator ita loquitur, ut *παρέδρους τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι* dicat. SCHAEF.

πρῶτον] *οἵ γε πρῶτον* Bekkerus. Admodum probabiliter. Nisi forte, membro *οἱ δὲ—λογισμῷ* contributo antecedentibus, post plenam interpunctionem sic pergendum est: *πρῶτον μὲν γ' ἀντὶ*—. SCHAEF.

1399, 25. *πᾶσαν*] *πᾶσα* codex unus. Ne probes, quantumvis blandiatur. Nam sophista ob postpositum Ἑλλάδα maluit uti idiomate attractionis, cujus exempla habet Heindorfius ad Platonis Lys. p. 47. SCHAEF.

1400, 1. *τοῖς προτέροις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν*] Ut Aeacus, de quo Isocrates in Euagora, Minos, Rhadamanthus, etc. WOLF.

1400, 2. *οὐ γὰρ ἰδών τις*—] Tali occupatione perquam oppor-

tuna utitur Isocrates in Nicocle de monarchia Jovis et in oratione contra sophistas de deorum apud Homerum deliberationibus. WOLF. Caussam haec reddunt τοῦ εἰκότως. Sed sophista hic parum apte agit personam sceptici. Orator toto orans pectore dicturus erat οὓς παρέδρους ὀρθῶς ἄν τις φήσαι— neque additurus quod sequitur philosophema. SCHAEF.

1400, 5. τούτους] Cohaeret cum τυγχάνειν. *hos opinione atque praedicatione nostra divinantes* (h. e. non certo cognita atque explorata affirmantes, sed conjectantes solummodo) *censemus eosdem adipisci honores etiam ibi*, in beatorum insulis, quos illi vetusti heroes dicuntur et existimantur adepti esse. καταμαντεύεσθαί τινος est *aliquid de aliquo praedicare, non ex certa scientia, sed ex opinione e probabili conjectura ducta.* REISK. V. not. ad Longi Pastoral. p. 379. SCHAEF.

1400, 12. καὶ πάσῃ—ὁμοίους εἶναι] *Omnemque fortunam aequo animo ferre.* SCHAEF.

1400, 22. φύντας ἀνθρώπους] *Qui nati sunt homines.* SCHAEF.

1400, 26. ὑμεῖς δὲ—ἄπιτε] Similis clausula Epitaphii et Platonici et Thucydidei. V. Westermanni Prolegomena supra p. 1404.

LXI.

DECLAMATIO AMATORIA.

EXCERPTA EX

A. WESTERMANNI COMMENTATIONE.

(Quaestion. Demosth. Part. ii. p. 74 seqq.)

Sermonem amatorium, qui Demosthenis nomine fertur, jam Dionysius Halic. et Libanius summo oratore indignum judicarunt. Ac Dionysius quidem de adm. vi dic. Dem. c. 44. in scriptis Demostheni suppositis enumerat epitaphium, *καὶ τὸ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου μεστὸν ἐγκώμιον εἰς Παυσανίαν*. Quod non dubito quin invito ac memoriter commemoranti aut aliud ejusdem argumenti opusculum in animo habenti exciderit, quum *εἰς Ἐπικράτην* vellet scribere. Epitaphius certe cum erotico saepius hoc nomine conjungitur. At de Pausania haud liquet. Accedit quod ad ipsum Dionysium provocat Libanius in Comm. *περὶ τῶν μερῶν τῆς ῥητορικῆς* p. 6, 5 sqq. Dem. Reisk. Utrumque secutus est Photius bibl. Cod. 265. Dubitat etiam Pollux 3, 144. Non item Syrianus ad Hermogenem, qui ex his duabus orationibus de Demosthenis demonstrativi generis inscitia conjecturam facit. [V. Prolegomena ad orationem praecedentem in initio.] Recentiorum eroticum Demostheni abjudicarunt quum alii tum Wesselingius, qui in annot. ad Herod. 1. 29. auctorem facit Androtionem, de quo infra dicetur.

Ad orationis genus quod attinet non possum facere quin Reiskii judicio subscribam: "Oratio hujus libelli composita, gravis, morata, sapiens, virtutem respirans atque commendans, haud tamen pro more Demosthenis." Interdum dictio propius a poesi abest, ut p. 1404. *τὰ δὲ—εἰς τοῦτο προαγαγὼν ἥκεις*, p. 1408. et 1410. *εὐκτὸν*, p. 1410. *ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἡδίστην θέαν παρέχεται τὰ ναυαγοῦντα*. alia aliis jam notata. Sed ex interno quoque habitu si judices, nihil est negotii hanc orationem de loco suo deturbare. Ac primum de prooemio dicendum, quod

continetur §. 1—4. neque tamen plane cum ipsa oratione cohaeret, sed ita comparatum est ut dialogi illud exordium esse quivis facile videat. Qua orationis forma Demosthenem non usum esse pro certo ausim affirmare. Certe si ejusmodi exordio, quo de consilio suo ac proposito certiorem faceret lectorem, opus esse censuisset, ipse suo, puto, nomine exorsus, non alius, qui praefaretur, personam commentus esset. Sed si quid conjectura licet assequi, nisi oratio, certe exordium totum ex Lysiae ac Platonis pendet orationibus. §. 1. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἀκούειν βούλει τοῦ λόγου, δείξω σοι καὶ ἀναγνώσομαι. Item Phaedrus urgente Socrate de scripto recitat sermonem Lysiae.—Δεῖ δέ σε τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ πρῶτον εἰδέναι. Quippe Plato Lysiam vehementer exagitat, quod non statim ab initio quid sibi vellet exposuerit. V. Phaedr. p. 237. 263 sq.—Βούλεται μὲν γὰρ ὁ τὸν λόγον ποιῶν ἐπαινεῖν Ἐπικράτην, ὃν ᾤετο κ. τ. λ. Nescio quo casu acciderit ut Lysias quoque παρ' Ἐπικράτει (Phaedr. init.) diceret eroticum. Imo nisi vererer ne nimis audax esse viderer, contendere non dubitarem sophistam nominis indigentem non diu circumspexisse, sed tanquam legitimum in istiusmodi sermone nomen ejus posuisse, quem maxime Lysias tum videtur allocutus esse. Ceterum similis Platonis conferatur argumenti expositio p. 237.—Ὁρῶν δ' ὡς ἔπος εἰπεῖν τὰ πλεῖστα τῶν ἐρωτικῶν συνταγμάτων αἰσχύνην μᾶλλον ἢ τιμὴν περιάπτοντα τούτοις, περὶ ὧν ἐστι γεγραμμένα, τοῦτο ὅπως μὴ πείσεται πεφύλακται, καὶ ὅπερ καὶ πεπεῖσθαί φησι τῇ γνώμῃ, τοῦτο καὶ γέγραφεν, ὡς δίκαιος ἐραστὴς οὔτ' ἂν ποιήσειεν οὐδὲν αἰσχρὸν οὔτ' ἀξιώσειεν. Haec aperte ad priores sophistarum contentiones pertinent. Jam Lysiam, oratorem ceteroquin haud mediocriter disertum, hac in caussa tamen si Demosthenes refutandum sibi sumpsisset, vix operae pretium fecisset, nedum ut summus orator, si ista declamatio ad Lysiam nihil pertinet, sophistarum ineptas argutiolas quas longo sermone confutaret dignas censuisse videatur.—§. 3. —πάντα δὲ ταῦτα γέγραπται τὸν τρόπον ὅν τις ἂν εἰς βιβλίον καταθεῖτο, κ. τ. λ. Quo loco, quem ex Isocratis Paneg. c. 2. desumptum esse suspicor, duo consequi velle videtur auctor, ut et ipse, si minus eleganter et accurate dixerit, a lectore veniam impetret, et ii in vituperationem veniant, quorum oratio poetico ornatu atque tumore turgeat. Platonem nimirum taxat in Phaedro furentem pene ac dithyrambos recitantem.

Sequitur oratio ipsa, quam inani verborum strepitu refertam ut Demosthenis non esse demonstrem ad verbum, uti supra epitaphium, pertractare ac perscrutari taedet. Quamvis enim eroticum quoque regulis quibusdam adstrictum fuisse crediderim, haud scio tamen an hoc in argumento digerendo atque illustrando multo quam in epitaphio liberius auctori licuerit versari. Quare explicata simul argumentorum serie satis erit, si locos singulos, e quibus Demostheni hanc orationem falso tribui certo colligas, tractavero.

Ac statim exordium, si quid video, sophista dignum. Pri-

mum immensa ac molesta verborum comprehensione (§. 5—7 p. 1402.) vituperata juvenum pulcrorum atque amatorum, qua et se ipsos et honeste amantes injuria afficiant, superbia atque ferocia, insipientibus non obtemperandum esse dicit sapientibus, *μάλιστα μὲν ἐνθυμουμένοις ὅτι τῶν πραγμάτων οὔτε καλῶν οὔτ' αἰσχρῶν ἀποτόμως ὄντων, ἀλλὰ παρὰ τοὺς χρωμένους τὸ πλεῖστον διαλλαττόντων, ἄλογον μιᾷ γνώμῃ περὶ ἀμφοτέρων χρῆσθαι.* Quae sententia per se licet sit verissima, minimeque a demonstrativo genere abhorreat, ab hoc loco tamen est alienissima. Recte quidem Isocrates in Panath. p. 279. eandem profert sententiam, quo criminetur Lacedaemonios, qui concordia, re per se ipsam haud vituperabili, ad Graeciae civitates oppugnandas abutebantur. Sed juvenem eum in affectum, qui nullis vinculis vult coerceri nisi quibus se ipsum obstringit, inductum tam frigida, qua ne opus quidem erat, argumentatione ut in amore perseveraret adhortari tantummodo sophista poterat. Quod autem addit, *ὃ μόνον ἴδιον ἔθνος (τῶν ἐραστῶν) οὐχ ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖς καλοῖς καὶ σώφροσιν οἰκειοῦσθαι πέφυκεν*, vereor ne inconsideratius quam verius dictum sit, praesertim quum ipse paullo ante *τοὺς λυμαινομένους τῷ πράγματι* a *τοῖς μετὰ σωφροσύνης πλησιάζειν ἀξιοῦσι* sejunxisset.

P. 1402, 1403. Ad Epicratem fit artificiosus transitus. (§. 8.) Non mirum, inquit, amare nolle, qui aut nondum vidit amorem talem feliciter exeuntem, aut timet ut ipse cum amante continenter ac modeste consuetudinem possit jungere (itane!): te vero eosque qui eodem modo comparati sunt amantes quicquam turpiter posse agere ne suspicari quidem licet. Tum multum de proposito suo deque ipsius Epicratis, quo haec accipere velit, animo disserens, p. 1403. demum sermonis argumenta disponit hunc ad modum: *ἡγοῦμαι πάντας ἂν ὁμολογῆσαί μοι τοῖς τηλικούτοις μάλιστα κατεπείγειν κάλλος μὲν ἐπὶ τῆς ὄψεως, σωφροσύνην δ' ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ἀνδρείαν δ' ἐπ' ἀμφοτέρων τούτων, χάριν δ' ἐπὶ τῶν λόγων διατελεῖν ἔχοντας·—ἃ δ' ἑκάστου τούτων ἐγκώμια εἰπεῖν ἔχω, ταῦτα δηλῶσαι πειράσομαι μετ' ἀληθείας.* Qua in dispositione exquisite inventa ac more sophistico (id quod ad universam quoque orationem pertinet) antithetis distincta non est quod vituperationem subeat. Itaque primum

p. 1404—1406. de Epicratis pulcritudine disserit. Sed tot haec laudationis pars argutiis atque ineptiis referta est, quot in reliquis omnibus sexaginta, quae Demostheni tribuuntur, orationibus nequicquam quaeras. Quippe nesciens quomodo satis splendidam Epicratis imaginem effingat, quo simul incepti veniam impetret, quicunque hunc sermonem legat, ipsum jubet intueri. Callide tu quidem et artificiose. Sed ubi est, quaeso, quem intuear Epicrates? Ignorastine hunc quoque mox esse perventurum, quo pius Aeneas, quo divus Tullus et Ancus? At nugor, nec debebam oblivisci hanc declamationem non esse *κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα.* Non discrepant ab his sequentia: in quibus postquam de florente ac nullo vitio

contaminata juvenis pulcritudine dixit, a facie totius corporis, maximeque ab oculis, ipsius faciei parte nobilissima principium laudandi ducit. Ecce lepide argumentantem hominem: *οὐ γὰρ μόνον πρὸς τὸ τὰ κατεπείγονθ' ὁρᾶν αὐτάρκη παρέσχηται (τὰ ὄμματα τὸ δαιμόνιον), ἀλλ' ἐνίων οὐδ' ἐκ τῶν πραττομένων γιγνωσκομένης τῆς ἀρετῆς, σοῦ διὰ τῶν τῆς ὄψεως σημείων τὰ κάλλιστα τῶν ἠθῶν ἐνεφάνισε—ὃ καὶ μάλιστ' ἄν τις θαυμάσειεν.* Sed viam non persequitur sophista, quanquam uti in epitaphio auctor quid unumquemque ad fortiter pugnandum impulerit demonstraturus singulas Atheniensium tribus enumerat, hic quoque partes corporis ex ordine describere poterat, quo totidem inde deduceret virtutes, ut ex fronte sapientiam, ex naso modestiam, ex ore eloquentiam, ex brachio fortitudinem, et quae sunt ejusmodi. Vides igitur, nondum via ac ratione hallucinari sophistam didicisse. Sed damnum in sequentibus resarcit tam humili adulatione, ut erubescentem juvenem videres, nisi ejus imagini densae verborum offusae essent nubes.

P. 1406. 1407. Laudatur modestia Epicratis, eaque maxime in coercendis amatoribus ac verecundo cuivis honestoque amore injiciendo conspicua. Qua re verbosius quam elegantius transacta auctor locuples ac patronus hoc quoque clienti suo laudi esse jactat, quod non ut alii multi juvenes modestiae speciem silentio aucupetur, sed haud minorem sibi, quam ex factis reliquis, ex uno quoque verbo gloriam conciliet. Quod etsi haud inepte sophista comminiscitur, hoc tamen loco silentio illud transeundum, atque in eam orationis partem rejiciendum, qua de eximia quae esset in Epicrate sermonis suavitate ex composito (v. §. 12.) dicturus erat. Sed suam ipsius argumentorum dispositionem temere relinquens alieno loco velut in transcursu breviter perstringit, de quo ex ordine nec minus fuse lateque quam de reliquis, exponere debebat.—At hanc sermonis partem vide quam scite lepideque peroret: *καὶ γὰρ εὐήθης ἀναμαρτήτως καὶ δεινὸς οὐ κακοήθως καὶ φιλάνθρωπος ἐλευθερίως καὶ τὸ σύνολον τοιοῦτος εἶ οἷος ἄν τις ἐξ Ἀρετῆς υἱὸς Ἔρωτι γένοιτο.* Et Reiskius quidem, o quam amabile, inquit, corpus existere necesse est e congressione tot laudum et decorum, quot sunt Cupidini et Virtuti propria! Fingi animo vix queat aliquid perfectius atque amabilius.

P. 1407—1410. Sequitur laudatio fortitudinis, qua nihil quicquam magis rhetoricae disciplinae alumnum olet. Laudi nimirum ducitur Epicrati, quod missis reliquis certaminis generibus, quae humilia ac tali homine indigna esse ostendere conatur auctor, solum id quod *τὸ ἀποβατικὸν* appellabatur (de quo exponit Valesius in not. ad not. Maussaci ad Harpocr. p. 233 sq.) exercuerit. Quasi juvenem omni numero perfectum in humilioribus etiam artibus excellere dedeceat. Verum ut certamen desultorium reliquis longe multumque praestare demonstret, ad Homerum provocat, qui jam olim Graecos atque barbaros hoc modo inter se decertantes fecerit; imo etiam nunc non parvas,

sed maximam quamque Graeciae urbem in ludis solemnibus eodem certamine uti. Barbaros videlicet non dedignatur aemulari, quem pudet eodem, quo servi atque peregrini, certamine contendere. Neque etiam maximarum urbium cives cursu atque lucta unquam, puto, abstinebant. Sed taedet jam ineptias tales serio refutare.

P. 1410. Omnia rursus, pulcritudinem, modestiam, fortitudinem complectitur sophista; quae possidentem mirum ni amicum omnes avidissime expeterent, quum quibus illarum virtutum una tantum esset insita, ut Aeacum et Rhadamantum, Herculem, Castorem et Pollucem, Ganymedem et Adonin, vel dii quibuscum consuetudinem jungerent dignos habuissent.—P. 1410. 1411. Quare et parentibus de tali filio et amicis tali de amico gratulatur.

P. 1411—1417. Finita laudatione nondum perorat auctor, sed totidem pene verbis juvenem etiam atque etiam cohortatur, ut animum ad studium philosophiae diligenter adjungat, quippe quo solo duce ad vitam bene beateque agendam pervenire possit. Quae quamvis totius orationis pars sit facile pulcerrima, merito tamen jam in ea Reiskius offendit, nec diffitendum est, sophista eam esse digniorem quam summo oratore, Demosthene, quem potius ad artem oratoriam factitandam juvenem fuisse cohortaturum dixeris. Accedit quod quaedam hac in digressione inveniuntur, quae Demosthenem non scripsisse pro certo ausim affirmare, cujusmodi est quod legitur p. 1416. (ὁ Σόλων ὑπόμνημα καταλιπὼν) τῆς ἄλλης συνέσεως τοὺς νόμους οἷς ἔτι καὶ νῦν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων χρώμενοι διατελοῦσιν. Ibidem leguntur haec:—ὅμως τούτων αὐτῷ καλῶν ὑπαρχόντων ἐπ' οὐδενὶ μᾶλλον ἐσπούδασεν ἢ τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν ὅπως γένηται κ. τ. λ. Qui locus Wesselingium primum, tum Coraem et Orellium, adduxit ut *Androtionem* hunc eroticum scripsisse opinarentur. Quippe Aristides in or. 48. περὶ Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεσσάρων vol. 3. p. 517 (2. p. 311. Jebb.), οὐχ Ἡρόδοτος, inquit, Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; οὐ Πυθαγόραν πάλιν; οὐκ Ἀνδροτίων τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε; λέγει δὲ τοὺς σοφούς. καὶ πάλιν αὖ Σωκράτην τὸν πάνυ; Non repugnarem, si addidisset Aristides ἐν τῷ ἐρωτικῷ. Sed ut Androtionem in genere demonstrativo versatum esse concedam, eo minus tamen fore puto qui neget et ipsum alia in oratione septem sapientes sophistas appellare—praesertim quum in eadem oratione (πάλιν αὖ), ut videtur, Socratem quoque hoc nomine appellaverit—et alium etiam rhetorem aut sponte, aut Isocratis sive Androtionis locum ante oculos habentem eandem in cogitationem venire potuisse. Sophistam certe artis suae admiratione captum sapientissimos quosque etiam sophistas dicere non miror[a]. Ceterum Aristidem tacito orationem Andro-

[a] Antiquo tempore sophistam appellari non dedecori. Isocr. de permut. §. 251: Σόλων μὲν τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν ἐκλήθη καὶ ταύτην ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν τὴν νῦν ἀτιμαζομένην καὶ κρινομένην παρ' ὑμῖν. Cf. schol. Luc. praecept. rhetor. init. Philostr. V. S. prooem. p. 484. Ol.

tioni tribuisse, quae haud dubie tunc jam dudum in Demosthenica recepta erat, non est credibile. Jam vero ad tempus, quo iste sermo scriptus esse videatur, quod attinet, rem conficit, opinor, locus qui legitur p. 1415: εἰ δὲ δεῖ μὴ παλαιὰ λέγοντας διατρίβειν, ἔχοντας ὑπογυιοτέροις παραδείγμασι χρῆσθαι, τοῦτο μὲν Τιμόθεον—τοῦτο δὲ Ἀρχύταν κ. τ. λ. Scilicet argumentor hoc modo. Demostheni fallacem hominem opusculum illud supposuisse non est credibile. In quam cogitationem vix poterat aliquis incidere, quia omnino Demosthenem eroticum scripsisse omnes ignorabant, neque quid ut scriberet adducere eum potuerit assequebantur. Dionysius etiam, qui a. 26. ante Chr. n. Romam venit, eum novit quidem, sed in canone Alexandrino inter Demosthenica non videtur invenisse. Itaque fortuito huc irrepsit. Atqui haud magis verisimile est posterioris aevi sophistam priorem aetatem temere ementitum esse, quum omnia manifesto ad certum quendam referantur sibique constent. Ergo non dubitandum mihi esse duco quin non multo post Timothei atque Archytae tempora haec scripta videatur declamatio. Fortassis idem ejus auctor qui epitaphii, quod conjecit v. d. in Ephem. Jenens. a. 1818. Suppl. p. 27. Eadem enim in utroque pene dictio, eaedem argutiae.

1401, 1. Ἀλλ'] Reisk. in Ind. Graecitat. "Usurpatur ἀλλὰ initio orationis, neque colligi inde potest, aliquid deesse." Sane nihil deest. Nec tamen ipsam orationem h. l. orditur, sed dialogum continuat, cujus antecedentia scriptor, ut in mediam rem nos raperet, tanquam subaudienda reliquit. Vere Hoogeveenus Doctr. Partic. L. Gr. vol. 1. p. 16.: "Qui colloquia conscribunt, utuntur ἀλλὰ ἀποστατικῶς, fingentes se in medios colloquentium sermones incidere: in quo casu ἀλλὰ nihil plane habet, quo referatur, nisi comminiscimur quae praecedere potuerunt, et multiplicia esse possunt." Similis hujus particulae usus, decens ille vividum ingenium Graecorum, deprehenditur in aliorum exordiis scriptorum. Cave igitur talia scripta habeas pro ἀκεφάλοις. SCHAEF.

1401, 3. ὁ τὸν λόγον ποιῶν] ὁ τοῦ λόγου ποιητὴς, *scriptor libelli.* SCHAEF.

1401, 13. ὃ] Vulg. ὁ. Dedi ὃ, neutrum articuli postpositivi pro masculino praepositivi. *Quod habeas maxime amatorium hujus opusculi,* (id est, id, quod habeas praecipue pro natura et extremo hujus amatoriae disputationis,) *hoc est.* τὸ ἐρωτικὸν est id, quo et amantis erga amatum amor maxime declaratur, et amati res, decus, salus maxime ornatur atque stabilitur. REISK. ὁ typothetae errore in edit. nostra positum pro ὅ.

1401, 18. βιβλίον] Est libellus pugillaris, in quem subitarias cogitationes conjicimus verbis sponte succurrentibus, non meditatis, et in quo lucubrationum rudimenta delineamus. V. p. 1283, 5. REISK.

1401, 20. λεκτικοῖς] *οἱ λεκτικοὶ τῶν λόγων* sunt commentationes simplici, illaborata, facili, populari dictione conscriptae, qua solemus ἐν τῷ λέγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, in fortuitis aut familiaribus congressibus uti. REISK. Recte. Sic Dionysius Halic. de C. V. p. 392. meae edit. *κῶλον συγκείμενον λεκτικῶς* opponit *κώλῳ ἐκ δυοῖν συνεστηκότι μέτρων*. Similiter noster Sophista *τοὺς λεκτικοὺς τῶν λόγων* opponit iis, quibus *ἁρμόττει ποιητικῶς συγκεῖσθαι*. SCHAEF.

ὁμοίως οἷς—τις εἴποι] Idem est ac si dixisset: *ὁμοίως τούτοις τοῖς λόγοις, οὓς ἂν εἴποι τις ἐκ τοῦ παραχρῆμα*. REISK. *οἷς* mihi videtur generis esse neutrius. SCHAEF.

1401, 22. *ποιητικῶς—συγκεῖσθαι*] Poëmati similes et exquisitum in modum confectas esse. WOLF.

τοὺς μὲν, illos prioris generis, *τοὺς λεκτικούς*. *τοὺς δὲ*, hosce posterioris, in longius tempus duraturos. REISK.

1401, 23. ἐπιδεικτικοὺς] *Ostensionales*, e genere orationum demonstrativo vulgo sic dicto. Quod nomen cur illi generi sit impositum, dixi pluribus ad Anthologiam Constantini Cephalae p. 161. Vim ejus non videtur percepisse ille, quisquis fuit, qui in margine Lutetianae ad *προσήκει* apposuit *τοῦ βίου*. Quod etiam [Y et] Barocc. 1. additum habet. REISK.

1401, 25. *παρὰ τὸν λόγον*] *ἀπροσδιόνυσα*. SCHAEF.

1402, 11. *διακειμένους*] *ὁρᾶσθαι διακειμένους* Reiskius.

1402, 18. *ἀμφοτέρων*] *τῶν τε καλῶν καὶ αἰσχρῶν*. SCHAEF.

1402, 21. *οἷς μόνον ἴδιον ἔθος*.] *Quibus duntaxat peculiaris hic mos insitus est, ut non omnes, sed bona et honesta ingenia sibi concilient.* Potest etiam sic exponi, nec verbis nec sententia repugnante: *quibus solis, nec iis tamen omnibus, sed bonis et honestis duntaxat, proprius mos conciliari solet ἴδιον ἔθος*, s. *τῶν ἐρωμένων*. Animi amasiorum solis honestis amatoribus ita sunt dediti, ut eorum proprii esse videantur. In quam sententiam Aeschines in Timarchum et Lucianus in Amoribus et alii passim plura disserunt quam bonis moribus expedit. WOLF. Prior Wolfii interpretatio vera. SCHAEF.

1402, 25. *κατεγνωκόσιν αὑτῶν, ὡς—*] *Qui, conscii suae incontinentiae, se abstinere a flagitio, data occasione, non posse sperant:* de quibus illud usurpari queat, *ὅτι προφάσεως δέεται μόνον ἡ πονηρία, improbitati nihil deesse praeter occasionem.* WOLF.

1402, 29. *ηὐξήθησαν*] *Cumulate ornateque sint peractae.* V. p. 1406, 6. REISK.

1403, 1. *ὑποψίαν ἔχειν*] *ὑπόπτους γενέσθαι. suspectos haberi de turpitudine.* WOLF. De passiva significatione hujus phrasis v. ad p. 1306, 7. Sed h. l. activam esse docet oppositum p. 1402, 27. *οὐκ ἄλογον ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν*. SCHAEF.

1403, 13. *ὑπεύθυνον—καταστῆσαι*] Non modo eventus dati consilii a consultore praestandus est, sed etiam vitae ratio moresque, ne praeceptis repugnent. REISK.

1403, 27. *ἀμφοτέρων τούτων*] *τῆς τε ὄψεως καὶ τῆς ψυχῆς*. Negat sophista hanc aetatem decere *ὄψιν θηλυπρεπῆ*. SCHAEF.

1403, 29. περίβλεπτον—διατελεῖν] Averte verbum διατελεῖν junctum et adjectivo et participio: cujus constructionis, quamvis aliis parum concinna, aliis ne Graeca quidem videatur, exempla passim occurrunt. Simillimum citavi ad Dionys. Halic. de C. V. p. 202. SCHAEF.

1404, 1. παρὰ] I. q. διά. V. Julianea p. 8. SCHAEF.

προαγαγὼν ἥκεις] Pro προήγαγες. *tua diligentia eo evexisti.* ἥκεις, pro quo alias τυγχάνεις dicunt. WOLF. Phrasis decens orationem altius surgentem ideoque poëtis frequentata. V. Brunckius ad Sophocl. Philoct. 181. SCHAEF.

1404, 21. φύσεως] φύσις τῶν θεῶν ἀξία, *natura divinam aequiparans.* SCHAEF.

1404, 22. ἀνυπονόητον] Nemo suspicatur, illum colorem pigmentis quaesitum esse seu factitium. REISK. Similiter in Ind. Graecitat.: "cujus caussae sunt extra suspicionem." Malim haec vertere: *nullis autem criminibus obnoxium* SCHAEF.

1405, 1. ἐφυλάξατο—ὥστε—καταστῆσαι] *Cavit—ne suâ culpâ—faceret.* Vides cur positum sit ἐφυλάξατο. Nam ipse deus, si solus spectatur, nequit dici φυλάττεσθαι κῆρας, a quibus divinae naturae nihil metuendum est. SCHAEF.

1405, 5. τῶν ὀμμάτων] Subaudi ὄντων ἐπιφανεστάτων a communi. REISK.

1405, 7. τὸ δαιμόνιον] I. q. ὁ θεός. Mox v. 13. sequitur ἐπιδείξας, inflexa πρὸς τὸ σημαινόμενον constructione. Nec quidquam differt ἡ τύχη v. 20. Minus accurate Lennepius ad Phalar. p. 339. SCHAEF.

1405, 18. τοσαύτας ὑπεναντιώσεις—] Id est, cum vitia virtutibus proxima sint: unde fit ut locus reprehensioni facillime detur. Hinc sunt illa Ciceronis in Partitionibus de cavendis iis vitiis, quae virtutem videntur imitari: "Nam et prudentiam (inquit) malitia, et temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, et magnitudinem animi superbia in animis extollendis et despicientia in contemnendis honoribus, et liberalitatem effusio, et fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duritia immanis, et justitiam acerbitas, et religionem superstitio, et lenitatem mollitia animi, et verecundiam timiditas, et illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum, et hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi: studiis autem bonis similia videntur ea, quae sunt in eodem genere nimia." WOLF.

1405, 21. ὥσπερ εὐχὴν ἐπιτελοῦσα] *Quasi signum aliquod perficiens e voto dedicandum,* aut *ac si signum aliquod perfecisset, quod ille sibi a fortuna perfici et elaborari votis conceptis flagitasset.* REISK. Simpliciter verte: *tanquam votum implens.* SCHAEF.

1405, 26. ἐπαινοῦντες] Post ἐπαινοῦντες aut circa deesse videtur τι aut τοῦτο μόνον. *hanc solam tuarum laudum* REISK. Immo jungenda οὐδὲν τῶν προσόντων σοι. *totum quod tibi est formositatis decus laudandum nobis videretur.* SCHAEF.

1406, 1. ἧς] Malim ἥν: nam cum accusativo construitur, si

bene commemini, verbum ὑπερτείνειν in sensu superandi, non cum genitivo. REISK. Constructio cum genitivo non habet quod quenquam offendat: quippe ὑπερτείνειν est de genere verborum, quorum excellentiam significantium solennis haec structura est. V. not. ad Porsoni Med. p. 77. edit. tert. Lips. SCHAEF.

1406, 3. ἀκίνητον ἔχει τὴν θεωρίαν] *Sic spectanda se dant, ut maneant immota* SCHAEF.

1406, 12. κατὰ τὴν ὥραν] κατὰ τὴν ἡλικίαν. SCHAEF.

1406, 17. τῶν τοιούτων] Utrum τῶν ὁμιλιῶν ἢ ἀνθρώπων; *ita tractas eos homines* an *ita te geris in iis familiaritatibus?* Etsi eadem est utrobique sententia. WOLF. τῶν τοιούτων neutrius generis videtur. προστῆναι πράγματος, *rem tractare*. SCHAEF.

1406, 28. τούτων] Malim ἐν τούτῳ. REISK. Ego non item. Scilicet τῶν ἄλλων. SCHAEF.

1407, 1. περιγεγενῆσθαι] Subaudi τῆς πέμψεως καὶ ἐπιπλήξεως. *ut saevorum et morosorum omnium criminationes atque reprehensiones clauseris atque viceris eo, quod*—. REISK. Immo τῶν χαλεπῶν καὶ δυσκόλων ἁπάντων neutrius sunt generis. Paulo ante dicuntur ἀδύνατα. SCHAEF.

1407, 3. τῆς—δυσχερείας] *Eam, quae adversus ipsos est, difficultatem.* τὸ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐντυγχανόντων δυσχεραίνεσθαι (p. 1406, 25.). *odium eorum, qui te salutant et tuam consuetudinem expetunt.* WOLF. *offensam apud illos.* Minus recte Wolfius. SCHAEF.

1407, 7. ὃν] Scilicet ἐραστήν. SCHAEF.

1407, 8. ἀρέσκειν] Subaudi σε. Constructio haec est: συμβέβηκε σοὶ τὸ ἀρέσκειν σε πᾶσι. *evenit tibi ut omnibus arrideres.* REISK.

1407, 11. καλὸν] Subaudi μὴ ἄμοιρον καθεστάναι. SCHAEF.

1407, 25. ἐξ Ἀρετῆς υἱὸς Ἔρωτι] Sententia paulo floridior et poëticae magniloquentiae similior. *cujusmodi ferme filius Cupidini deo e Virtute dea nasceretur,* si nasceretur unquam, laudibus utriusque parentis omnibus ornatus et cumulatus. O quam amabile corpus exsistere necesse est e congressione tot laudum et decorum, quot sunt Cupidini et Virtuti propria! Fingi animo vix queat aliquid perfectius atque amabilius. REISK.

1407, 26. τὴν τοίνυν ἀνδρείαν] Inchoata hic sententia non directe absolvitur, sed interrupta ab interjectis quibusdam, quae signis parentheseos secrevi, rursus p. 1408, 3. resumitur in istis: σοῦ δ' ἐπὶ πολλῶν—. REISK.

1407, 28. οὐ] Post χρόνου addidi οὐ de meo. REISK. Frustra. Quae enim antecedit negativa simul refertur ad hoc posterius membrum. SCHAEF.

1408, 2. μετὰ] F. κατά. Recte dici ἔπαινος κατά τινος docent quae congessi H. Steph. Thes. ed. Lond. Sic dicitur ἐγκώμιον κατά τινος. V. ad p. 68, 2. SCHAEF.

1408, 3. εὐκτὸν] Recurrit p. 1410, 26. τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην Sophocles Fragm. ex inc. Tragoed. 60. V. Zonaras p. 917.. qui quod Demosthenem citat auctorem, si hunc specta-

vit locum, quae Tittmanni opinio est, parum emunctae naris fuit. De hoc adjectivo nonnulla dedit Bastius Epist. Crit. p. 217. Conf. ejusdem Adversaria de Vocibus nihili post Scapulam Oxoniensem v. Εὐκτέον. SCHAEF.

1408, 4. τῆς ἀσκήσεως] Designat exercitationem campestrem seu eam, quae fiebat in campo, ubi juventus docebatur arma tractare, rotare, jaculari, pyrrhichas agere, et quae sunt alia hujus generis. REISK. Non quamlibet exercitationem, sed peculiare ejus genus, quod mox describitur. SCHAEF.

1408, 10. συνειδὼς] Plus valet quam simplex εἰδώς: *persuasum sibi habens.* V. p. 1416, 2. SCHAEF.

1408, 12. τοῦ δ' ἀποβαίνειν] V. Harpocration v. Ἀποβάτης. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 425. 426. et Ind. Graecitat. s. v. ἀποβαίνειν. SCHAEF.

1408, 16. ἀνδρείαν—εὐψυχίαν] Mihi videntur synonyma. Conf. ad p. 566, 17. 579, 6. SCHAEF.

1408, 26. παντοδαπωτάτων] Sic correxi quod in libris est παντοδαπῶν, non conveniens praecedenti πλείστων. Rarior hujus superlativi usus est, qui apud Hippocratem legitur p. 286, 7. ὕδατα παντοδαπώτατα, restituendusque est eidem p. 365, 29. ὡς πλεῖστα καὶ παντοδαπώτατα (vulgo παντοδαπὰ) σιτία. Isocr. de antid. p. 493. ed. Bekk. γυμνάσια πλεῖστα καὶ παντοδαπώτατα. Et sic superlativum eidem p. 49 D. ex cod. Urb. restituit Bekkerus et ego ejusdem codicis ductu p. 223 D. Comparativum (quo utitur Aristot. H. A. 4, 2.) annotatu dignum habuit Photius p. 379, 14. παντοδαπώτερον· συγκρίνοντες λέγουσιν.

1408, 27. τοῖς τιθεμένοις] τὰ τιθέμενα, scilicet ἆθλα, sunt praemia victoribus ab athlothetis proposita. REISK.

1409, 4. τοιαύτης] ἡ μεγαλοπρέπεια καὶ ἡ σεμνότης τῆς παρασκευῆς laudatur p. 1408, 22. SCHAEF.

1409, 22. δυνάμει] Pro δυνάμει fortasse rectius συνέσει aut εὐνοίᾳ legeretur. WOLF. Significantissimum est δυνάμει. Hoc dicitur: Si omnia certamina commemorarem, audientes multitudine eorum prorsus obruerem. SCHAEF.

1409, 25. ἀμφοτέρων] Significat, Epicratis currum neque inter primos neque inter postremos, sed in media isse turba, et vel sic tamen palmam abstulisse. REISK.

ὡς ἑκατέρων προσῆκε] *Ut decebat ambo seorsum vincere*, h. e. *non cedendo posterioribus, priores praevertendo.* Isocrates Panegyr. c. 20. ἀμφοτέρων κρατήσαντες, ὡς ἑκατέρων προσῆκε. ad q. l. Coraes vol. 2. p. 40.: Ὡς ἑκατέρων προσῆκε.] Ὡς ἐχρῆν κρατῆσαι ἑκατέρων, τῶν μὲν πολεμίων δηλονότι, τοῖς ὅπλοις, τῶν συμμάχων δὲ, τῷ ὑπερβαλέσθαι τὴν ἐκείνων ἀρετὴν, καὶ τῶν ἀριστείων ἀξιωθῆναι. Ἐλήφθη δὲ τὸ, Ἑκατέρων, ἐκ τοῦ περὶ τῆς Ἀντιδόσεως, ἀντὶ τοῦ κακῶς ὧδε γραφομένου, Ἑκατέρῳ, δῆλον ἄλλως ὂν καὶ ἐκ τοῦ εἰς Δημοσθένην ἀναφερομένου Ἐρωτικοῦ (σελ. 1409), γραφέντος δὲ, ὡς εἰκότως ὑπειλήφασί τινες, Ἀνδροτίωνι τῷ Ἰσοκράτους μαθητῇ, ὃς, πρὸς οὐκ ὀλίγοις τοῖς ἄλλοις, καὶ τοῦτο ἐμιμήσατο τοῦ διδασκάλου τὸ ἐνθύμημα. Isocratea autem phrasis videtur multum placuisse.

Morus ad l. c.: "Lycurgus in Leocr. c. 17., qui locus expressus est ex Isocratico: *ἀμφοτέρων περιγεγόνασιν, ὡς ἑκατέρων προσῆκε.*" Ceterum vel haec imitatio docet *τὸν Ἐρωτικὸν* non esse Demosthenis. SCHAEF.

1410, 1. *τὸ σωθῆναι*] Periculo non carere ejus generis ludos, etiam his temporibus vidimus, et ex fictitio Orestis Sophoclei interitu intelligitur in Electra v. 724 seqq. Vide totam illam narrationem, e qua hunc locum rectius fortassis intelliges. WOLF.

1410, 3. *ὁρῶν αὐτῶν ἐνίους*—] *τὸ αὐτῶν* neque ad *ἵππους* referri neque ad spectatores neque ad certatores commode potest, cum nihil praecesserit. Quare expungendum censeo et legendum *γενικῶς ὁρῶν ἐνίους*, iis intellectis, qui extra periculum erant. WOLF. *ὁρώντων* malim, ut ad *ἁπάντων* redeat: *αὐτῶν* autem, quod redit ad *ἵππων*, servatum velim. *quippe qui viderent, horum equorum nonnullos*—. REISK. Nihil mutandum. *αὐτῶν* non de equis intelligi oportet, (mirabile quid *ἵπποι ὑπεραγωνιῶντες*!) sed de spectatoribus, de quibus etiam *ἁπάντων* dicitur. Conf. v. 12. *ὁρῶν*, *etsi videns*. Nam facilis est metus contagio. SCHAEF.

1410, 5. *οὐχ ὅπως*—, *ἀλλὰ*—] *Non modo non (adeo non) perculsus es: tantum abest ut* etc. WOLF. Hac in constructione nunc simplex *ἀλλὰ* nunc comitem habens *καί* sequitur. SCHAEF.

1410, 6. *κρείττων*] Subaudi *τῶν ἀντιπάλων*. SCHAEF.

1410, 7. *τοὺς διευτυχηκότας*] Jam ab initio usque prospero cursu usos, quibus nemo se contrarium, ut tibi, intulerat. WOLF. eos, qui a principio certaminis secunda fortuna usi fuissent et certam jam manibus tenere victoriam sperarent, quam tu eis extorsisti. REISK.

1410, 11. *τὰ ναυαγοῦντα*] Vocat etiam Sophocles (Electr. 730.) eversionem curruum *ναυάγια*. WOLF. V. Valckenarius Animadv. ad Ammon. p. 158. Talis imitatio dictionis tragicae prodit sophistae calamistrum. SCHAEF.

1410, 20. *σωφροσύνην*] Vide num potius legendum sit *δικαιοσύνην*, ne sit *παρ' ἱστορίαν*. WOLF. Nec vulgata est *παρ' ἱστορίαν*. Quippe *ἡ σωφροσύνη* (*sapientia*) ut *γενικὸν* complectitur etiam *τὴν δικαιοσύνην* ut *εἰδικόν*. SCHAEF.

1411, 2. *προκρίνας*] Idem est atque *κρίνας πρὸ ἄλλων*. *quos cum tu prae aliis te dignos judicasses, amicos tibi deligis.* REISK.

1411, 18. *τούτων*] Scilicet *τῶν ὁρατῶν*. SCHAEF.

1412, 5. *οἱ μὲν—ψευσθέντες*] *Qui in aliis deliberationibus falluntur.* WOLF. Sententia est: qui aliis quidem in partibus doctrinarum aut a vero aberrarunt aut justum modum consecuti non sunt sive sua sive magistrorum culpa. REISK. Tu Wolfium audi. SCHAEF.

1412, 21. *πραγματείας*] *Labores.* SCHAEF.

1412, 28. *τῇ διανοίᾳ δουλεύειν εἴωθε*] Dicuntur haec *δουλεύειν τῇ διανοίᾳ*, ut quae *ἁπάντων ἡγεμονεύει* (v. 16.) s. *ἐπιστατεῖ τῶν ἄλλων* (v. 28.) Add. p. 1413, 1. SCHAEF.

1412, 28. τὴν δ' ἐπιστατοῦσαν—διακείσεται βέλτιον] καλῶς διακεῖσθαι τὴν γνώμην satis nota formula. Sic Isocrates in Euagora: θαυμάζων δὲ, ὅσοι τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα τῶν ἄλλων ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτῆς δὲ μηδὲν τυγχάνουσι φροντίζοντες, ἔπειτα καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν διάνοιαν εἶχεν. *Demirans eos, qui vitae caussa caeterarum rerum curam susciperent, ipsam vero mentem, a qua vitae totius universa ratio pendet, omnino negligerent, in rebus deinde administrandis idem plane sensit ac tenuit.* WOLF. Vereor ut Wolfius haec recte intellexerit. E pervulgato syntaxis Graecae idiomate sunt dicta pro his: ὅπως δ' ἡ ἐπιστατοῦσα—διακείσεται βέλτιον, μὴ ζητεῖν. SCHAEF.

1413, 3. τοῖς σπουδαιοτάτοις] S. ἀνθρώποις. *admirationi esse inter praestantissimos viros.* Si subintelligas πράγμασι, *propter res praestantissimas in admiratione*, durius videbitur. WOLF. Mihi quidem non videtur. Quin neutrius esse generis τοῖς σπουδαιοτάτοις arguit quod sequitur μηδενὸς τῶν ἐνδόξων. Nec tamen quidquam in his est elliptici. SCHAEF.

1413, 5. τῆς μὲν γὰρ] S. τύχης. WOLF.

τῆς δ'] τῆς ἐπιμελείας. WOLF.

1413, 17. τί ποτ' ἂν—μὴ ταύτην κατασχεῖν] *Cur ea potiri nolimus?* WOLF. ταύτην κατασχεῖν τὴν πραγματείαν i. q. τῷ τοῦτο πραγματεύεσθαι ἐγκαρτερῆσαι. SCHAEF.

1413, 27. παρὰ τὴν ἐπιστήμην] *Quod attinet ad scientiam.* SCHAEF.

1414, 1. μάλισθ'] Subaudi a communi βελτίους γίγνονται αὗται αἱ φύσεις παρὰ τὴν παιδείαν. REISK.

1414, 5. ἀχρήστως ἔχουσαν] Scilicet si quis ἐν τῇ πείρᾳ διασφαλῇ. REISK.

1414, 12. ἐπίστασθαι—περὶ τῶν μεγίστων] V. H. Stephani Thes. s. v. ἐπίσταμαι. SCHAEF.

1414, 15. τοὺς πολιτικοὺς λόγους] Sic nominat etiam praecepta gerendae reipublicae, non tantum forensem et senatoriam dictionem. Vide Vitam Isocratis et Orationem κατὰ σοφιστῶν. WOLF.

1414, 16. τῆς γὰρ γεωμετρίας—] Satis hoc σωκρατικῶς non item cetera, sed σοφιστικῶς. SCHAEF.

1414, 25. πλησιάσαντα] Recurrit p. 1415, 13. Verbum solennis usus de discipulo magistrum sectante. V. H. Stephani Thes. SCHAEF.

1414, 28. ὑπερηφάνως] Unde etiam suspectus fuit affectati regni. WOLF.

ταπεινῶς] Referendum hoc videtur ad familiaritates scurrarum et meretricum et ingenii levitatem: qui se omnium moribus accommodarit, nec tamen libidinibus suis modum fecerit. Unde etiam apud Lacedaemonios ἡ αὐτὴ ἦν γυνὴ, ut ait Plutarchus. WOLF. Plutarchus V. Alcib. c. 23. de homine usurpat Euripideum (Orest. 129.): Ἔστιν ἡ πάλαι γυνή. SCHAEF.

1415, 12. διενεγκεῖν] Per διήκειν explicat Reisk. in Ind. Graecitat. Recte. Subaudi ἑαυτήν. SCHAEF.

1416, 5. οὐκ ἀπεληλαμένος τῶν ἄλλων τιμῶν] Xenophon Cyrop. paed. 1, 2, 15. τούτων δ' οὐδεὶς ἀπελήλαται νόμῳ τιμῶν καὶ ἀρχῶν. SCHAEF.

1416, 11. σοφιστῶν] Solonem etiam Isocrates in Oratione περὶ ἀντιδόσεως inter sophistas recenset. Malim tamen hic σοφῶν legere. WOLF. Sed v. Wesselingius ad Herodot. 1, 29. SCHAEF.

1416, 13. ἧττον] Jungenda οὐχ ἧττον καλῶς. SCHAEF.

1416, 15. ἐγὼ μὲν οὖν—] Sententia est: Non aliter sentio quam verbis prae me fero. Philosophiam non tacite mecum contemno, quam oratione extollo, sed ut eam tibi commendo velut instrumentum omnibus remp. gesturis necessarium, ita memet ipse quoque ea indigere mihi inculco. REISK.

1416, 17. ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου] V. p. 1403, 5. SCHAEF.

1416, 18. ἀνακτήσεσθαι] *Non redire in gratiam*, ut Wolfius interpretatur, sed *amicum conciliare*. SCHAEF.

1416, 21. ἐὰν μὴ—ποιήσῃ] Subaudi αὐτήν. SCHAEF.

1416, 25. ἅπασι] Pro neutro habuit Reiskius. Sed est masculinum. SCHAEF.

1417, 8. ἑτοίμως—δοκιμασίας] ἑτοίμως Reiskius recte junxit antecedentibus. ἐν ἀγῶνι γενήσεσθαι τῆς σῆς δοκιμασίας, *periclitaturum esse de eo, quod probaveris* s. *elegeris*. Nam δοκιμασία i. q. αἵρεσις. SCHAEF.

1417, 10. εἶναι δόξαντα] Haec arcte jungenda. *cum esse visus sis*. SCHAEF.

1417, 11, τῆς σῆς φιλίας] S. ἕνεκα. *mihi tua amicitia non debet crimini dari* aut *esse fraudi*. WOLF. Non subaudiendum ἕνεκα. SCHAEF.

1417, 12. εἶναι] Refer non tantum ad proxime antecedens ἀνεπιτίμητον, sed etiam ad remotius ἄξιον. SCHAEF.

LXII.

PROOEMIA.

PROOEMIA pro supposititiis habent Boeckhius (de Oecon. Athen. vol. 1. p. 239. vol. 2. p. 417 a.) et Bekkerus. Alia sententia fuit Fabricii Bibl. Gr. 2, 26. vol. 1. p. 868. edit. pr. "Exordia" inquit—"a Demosthene per otium elaborata, quibus in tempore uteretur." (V. ad p. 1443, 11.) Neque absurda videatur opinio suspicantis hanc syllogen (a Technico, opinor, contextam) non sola progymnasmata, sed etiam deperditarum exordia orationum complecti. Sed rem utcunque disceptaveris, mihi quidem haec Prooemia lectu dignissima videntur: tantum enim abest ut redoleant umbram rhetoris obscuri, ut pleraque os referant vivum summi oratoris. SCHAEF. Dobraeus "satis mihi liquet spuria esse Prooemia, sophista tamen non ita inepti lusum." Contra immerito ea Demostheni abjudicari censet Schoemann. de comit. p. 305. Nihil in his Prooemiis est quod non vel ab Demosthene ipso scribi potuerit vel ab aliis ejusdem aetatis oratoribus, nec quidquam caussae est cur Demosthenem hujusmodi prooemia praeparata habuisse negemus, qualia Cicero se habuisse narrat in Epist. ad Atticum 16, 6. ("*Habeo volumen prooemiorum. Ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui.*") et Antiphon habuisse videtur, cujus *προοίμια καὶ ἐπίλογοι* memorantur ab Suida s. v. *ἅμα, αἰσθέσθαι* et *μοχθηρός*. Demosthenica vero utrum talia habeamus qualia orator in schedis suis reliquit, an ab rhetore aliquo ex Demosthenicarum aliarumque orationum exordiis, modo servatis modo mutatis oratorum verbis, composita sint, non puto ad liquidum perduci posse, etsi non diffiteor alteram sententiam mihi probabiliorem videri quam priorem.

1418, 1. Eἰ *μὲν περὶ καινοῦ*—] Initium hujus exordii fere convenit cum exordio primae Philippicae. WOLF. Eidem orationi alia nonnulla horum prooemiorum apta esse observavit Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 193. Sunt ea haec: 21. p. 1431, 21. (coll. p. 1432, 8. cum Philipp. 1. p. 50. et p. 1432, 25. *οὐ γὰρ οἱ ταχὺ—σχοῖμεν ἂν κακῶς* cum Philipp. 1. p. 44, 6.) 23. p. 1433,

22. (coll. p. 1434, 7. *ἐγὼ μὲν οὖν*—cum Philipp. 1. p. 54, 25.) 30. p. 1439, 19. (coll. p. 1440, 7. *ἔπειτ' οὐκ ἀθυμητέον*—cum Philipp. 1. p. 40, 11.)

1419, 3. *πρῶτον*—] Olynth. 2. p. 24, 29. sqq. vel Cherson. p. 99, 13. DOBR.

1419, 7.—13. Vid. Phil. 3. p. 127, 10. etc. DOBR.

1419, 10. Olynth. 3. p. 29, 17. DOBR.

1419, 14. *εἰ μὲν*—] Philipp. 1. p. 51, 7. DOBR.

1419, 15, *τὰ πράγματα*] Est nominativus. SCHAEF.

1419, 21. B.] Cum hoc prooemio Olynthiacae tertiae exordium est comparandum. In margine B. adscriptum Γ. *ὀλυνθιακός*.

1419. 22. *ὑμῶν*] Ambiguum est *ὑμῶν* utro referatur, ad *πολιτείας* ne an ad *ἀκούσω*. Malo tamen exponere *audito e vobis reipublicae nomine*, quam *audito reipublicae vestrae nomine*. Sequitur enim v. 25. *τὴν πολιτείαν δημοκρατίαν ὀνομάζετε*. *rempublicam democratiam nominatis*. WOLF. Neutrum placet. *nomen a vobis inditum τῇ πολιτείᾳ*. SCHAEF.

1419, 27. *ὃ καὶ θαυμάζω*] V. ad p. 1277, 10.

1419, 28. *ἡ πρόφασις*] Subaudiendum pronomen *αὐτοῦ*. SCHAEFER.

πότερον—οἴεσθε;] *Utrum gratuito dicere illa ipsos putatis?* Perstringit oratores adversae factionis ut largitionibus corruptos. WOLF.

1420, 1. *καὶ πλείω—ἂν δοῖεν*] *Plura etiam silentio potius darent*, id est, tacentibus quam dicentibus. Et fortasse legendum *σιωπῶσι*. Hoc non ita intelligo, ut Demosthenes in Harpali caussa, Plutarcho auctore, viginti talentis tacuit. Sed hoc dici puto, illos oratores non modo esse corruptos, sed etiam ineptos, ut qui illis noceant, quos defensos velint. Praestat autem taceri omnino quam male agi caussam. WOLF. Non *quos defensos velint*, sed *quorum rationibus prodesse velint*, scilicet damno civium suorum. SCHAEF.

1420, 2. *μᾶλλον*] F. *μάλα*. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 67. Ne audias. SCHAEF. *Τῶν ἄλλων*, *eorum qui optimatibus adversantur*, Sauppius. Dobraeus "Hoc dicere videtur. *Nam illorum orationem inemptam putatis, quorum silentium venale esse constat?* Sed emendatione opus est."

1420, 11. *τὸ μὲν οὖν*—] Quartum hoc est Prooemium in Bavarico. REISK. Jungenda haec esse antecedentibus particula *οὖν* manifesto ostendit. Quanquam Wolfius, qui et ipse novum Prooemium (tertium) hinc orditur, *οὖν* omisit: fortasse consulto, ut compages dissolveretur. SCHAEF.

1420, 16. *τὸ δὲ—τὸν δῆμον*] *At rei prorsus nullius participem esse populum*, id est, sublatam esse populi auctoritatem. Potest etiam exponi: *illud autem, quod populus nihil omnino mutat, nullum hisce malis remedium quaerit*, etc. Sic verbo *μεταλαμβάνειν* usus est Isocrates in Panathenaico: *καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με ταῦτ' εἰρηκέναι περὶ ταύτης, ἣν ἀναγκασθέντες μετελάβομεν.* *Nec vero de*

ea me republica quisquam dixisse haec existimet, quam coacti pro altera sumus amplexi. Dubitari tamen potest, an ibi legendum sit potius μετεβάλομεν, a μεταβάλλειν, non a μεταλαμβάνειν, quod Hesychius μεταλαγχάνειν καὶ μετέχειν exponit. WOLF. μεταλαμβάνειν non intelligo. Estne idem atque μεταγινώσκειν, *mentem mutare, aliam inire viam consiliorum et rerum gerendarum?* Videtur. REISK. F. καταλαμβάνειν, *comprehendere,* h. e. *intelligere.* SCHAEF.

1420, 17. τοὺς ἀντιπράττοντας περιεῖναι] S. τῷ δήμῳ. *eos, qui populo adversantur, superiores esse* vel *superstites, non tolli e medio.* Nam utraque est verbi περιεῖναι significatio. WOLF. Prius verum. SCHAEF.

1420, 21. Γ.] Olynthiacae primae exordium leviter mutatum.

1421, 5. ἀπάντων ἀκοῦσαι] ἀπάντων generis est neutrius: scilicet τῶν ῥηθέντων. Docent quae statim sequuntur. SCHAEFER.

1421, 7. ἐκ μὲν οὖν τοῦ θορυβεῖν—] Hoc est, τῷ θορυβεῖν καὶ δυσχερᾶναι. *dum tumultuamini et fastiditis ea, quae dicuntur.* Nihil opus est subtiliter disputare, utrum τὸ θορυβεῖν antecedat et τὸ δυσχερᾶναι sequatur, an τὸ δυσχερᾶναι caussa sit τοῦ θορυβεῖν, cum utraque conjungi soleant. WOLF.

1421, 12. τούτῳ] τῷ μακρολογεῖν. SCHAEF.

1421, 17. τὸ—χαριεῖσθαι] *Ea dicere, quibus te gratiam initurum putes.* WOLF.

1421, 18. ὑφίστασθαι περὶ ὧν—] περὶ ἐκείνων, ἃ—. *sustinere propter ea, quae prodesse putet, sive explodi, sive quid vobis aliud visum fuerit.* WOLF.

1421, 25. ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε] ὁρμᾶν τι phrasis rarior. V. not. ad p. 179, 15. SCHAEF.

1422, 2. οἴεσθαι] Subaudi ὑμᾶς. SCHAEF.

1422, 8. Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, —] Est in Bavarico septimum: et sic ibi decurrunt ex ordine numeri usque ad p. 1431, 20., quod est 21. exordium: deinde confusus est ordo et exordiorum et numerorum. Verba haec, πολλῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, desunt Bavarico. Post πολλῶν addit Aldina δ'. REISK. Initium hujus prooemii adumbratum ex Philippicae tertiae exordio.

1422, 10. ὄντας—εὑρῆσθαι] *Esse propiores, ut, quid agi debeat, inventum sit,* id est, *nihilo propius accessisse ad inventionem* vel *aeque longe abesse ab ejus inventione, quod fieri conveniat,* etc. WOLF.

1422, 15. ἑαυτῶν] Id est, ἀλλήλων. *mutuo accusant,* vel *se invicem accusant.* WOLF.

1422, 20. δικασταὶ καὶ κριταὶ] Redundantia dicendi Demosthenica. Neque enim magis hic quam alibi videtur obtinere significationis discrimen, quod inter haec nomina intercedere docet Wyttenbachius ad Julian. p. 219. edit. Lips. SCHAEF.

1422, 22. ὅτι δὲ—συμφέρει] *Quia vero vobis non confert,* scilicet *aures praebere vitilitigatoribus.* WOLF.

1422, 26. τῶν αὐτῶν—ποιήσω] *Nihil eorundem illis faciam*, id est, *eos minime imitabor*. WOLF.

1423, 1. Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες —] Exordium orationis περὶ συμμοριῶν, verbo uno duntaxat atque altero mutato. WOLF.

1423, 22. Ἀμφότεροί μοι δοκοῦσιν —] Exordium orationis ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν. WOLF. Adscriptum Bavarico: περὶ Μεγαλοπολιτῶν. REISK.

1424, 15. Οὐχὶ ταὐτὰ etc.] Detorsit, consultone an per errorem nescio, exordium Olynthiacae tertiae. DOBR.

1424, 27. τοῦ δύνασθαι λέγειν δόξαν] Idem legimus p. 1423, 6. Statim sequitur synonymum φιλοτιμίαν. SCHAEF.

1425, 5. οἱ παραχρῆμα λόγοι χάριν] Malim οἱ λόγοι τὴν παραχρῆμα χάριν. REISK. Lenior haec ratio: οἱ λόγοι παραχρῆμα χάριν —. SCHAEF.

1425, 8.] Cum hoc prooemio comparandus Isocr. p. 160 B. a Sauppio citatus.

1425, 12. Ad εἰ δὲ σκοπεῖτε καὶ βουλεύεσθε subaudi τί βέλτιστον ὂν τυγχάνει πρᾶξαι. SCHAEF.

1425, 15. παρὰ μὲν γὰρ τῶν—] Lutetiana hoc scholium habet adscriptum: Οἱ κωλυόμενοι ὑφ' ὑμῶν λέγειν ἄλλοι μὲν χρήσιμόν τι ἐνθυμηθέντες λέγειν, σιωπῶσι· καὶ οὕτω παρὰ τούτων οὐδὲν λεγόντων ἀποστερεῖσθε τὸ ποιεῖν ἐκεῖνο, ὃ ἐντεθύμηνται, χρήσιμον ὄν. ἄλλοι δὲ ἀφέντες ἃ τυγχάνουσιν ἐγνωκότες, καὶ ἃ προὐμελέτησαν, χρήσιμα ὑμῖν ὄντα, ἀναγκάζονται τὰ ὑμῖν ἡδέα ποιεῖν συμβουλεύειν. Scite interpretatur scholiastes quomodo intelligi oporteat παρὰ μὲν τῶν ἀποστερεῖσθε. Quod dictum est ῥητορικῶς, non item λογικῶς: quippe ipsa concio ἀποστερεῖ ἑαυτὴν τῷ κωλύειν τοὺς τοιούτους λέγειν. SCHAEF.

1426, 2. δεῖ τοίνυν —] Scilicet qui ante Demosthenem verba fecerant, neglecta re quae agenda erat, mutuis se accusationibus, qui tunc fuit mos oratorum, erant insectati. SCHAEF.

1426, 22. προϊεμένους] Subaudi τούτοις. SCHAEF.

1427, 8. ἀλλ' οὐδ'—γιγνώσκειν] *Sed nec prope esse recte sentiendo*, id est, *multum abesse, ut recte sentiant*. WOLF.

1427, 15. ὥσπερ ἐκ γένους] *Tanquam e familia* vel *genere*, hoc est, *haereditariam*. WOLF.

1427, 27. τὰ τῶν ἄλλων] S. ἔργα τὰ προσήκοντα τοῖς ἄλλοις. *quid alii praestare debeant*. WOLF.

1427, 28. οὐ χαριεῖται] F. οὐχ ὁρᾶται, aut ποιεῖν—οὐχ αἱρεῖται. REISK. *Non gratificabitur civitati, non promerebitur de civitate*, scilicet τῷ ὑποστῆναι λειτουργίας. V. p. 1428, 2. SCHAEFER. Recepi Reiskii emendationem οὐχ αἱρεῖται.

1428, 3. ἔσεσθε] Censeo legendum διαπεπραγμένοι vel πεποιηκότες ἔσεσθε. WOLF. Non opus. Est i. q. δι' ὧν τι τῶν καθηκόντων ἅπαντες λειτουργήσετε. SCHAEF.

1428, 4. ὃς—ταύτης] *Quod intra istam dissimulationem veniat*, id est, *interpellet, objicere conetur*. WOLF. Figura a militibus sumta intra tela hostium irruentibus atque ita irrita reddentibus. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 67. εἴσω ἀφίξεται quid valeat.

docet quod statim sequitur, τὰ πράγματα ἐγγυτέρω προσάγοντα. De v. εἰρωνεία v. Ind. Graecitat. SCHAEF.

1428, 6. προσάγοντα] προσάγειν οἱ πολέμιοι dicuntur hostes, cum exercitum admovent. Legi etiam queat προσιόντα. WOLF.

1428, 8. ἔχητε] ἕξητε γρ. S. Q. Scribendum ἕξετε, quo probato etiam μάχησθε in μαχεῖσθε mutandum. SCHAEF.

1428, 10. IE] Cum hoc prooemio comparentur Olynth. III. p. 29, 8. I. p. 14, 1.

1429, 6. τὴν δόξαν—κατὰ τῆς πόλεως] *Opinionem—de urbe.* SCHAEF.

καὶ βούλομαι] Scilicet ἀληθῆ εἶναι. REISK. in Ind. Graecitat. s. v. κατά. SCHAEF.

1429, 15. τοῦτ', ἀφέντας] Lego: εἰ δὲ μὴ, τότ' ἀφέντα—. *sin minus, tum omissis*—. WOLF. τοῦτ' ne mutes. Subaudi προσήκει. SCHAEF. ἀφέντα nunc legitur ex codicibus.

1429, 17. τὰ] Non cohaeret cum proximo πράγματα, sed cum remotiori λελυμασμένα. REISK. Non assentior. *res omnes pessundatas.* SCHAEF.

1429, 20. τοὺς—πεῖραν] *De quibus id nondum compertum est.* Sententia est, veteres magistratus emolumenta, novitios gloriam habere propositam, neutros spectare utilitatem publicam. WOLF. τούτου, τοῦ δημηγορεῖν scilicet. *qui, quid in dicendo efficere possint, nondum specimen dederunt.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 68.

1429, 23. δεῖν] Scilicet ποιεῖν. SCHAEF.

1429, 26. ἃ παραινῶ] Quid si ἅπερ αἰνῶ legas? *ea, quae probo.* WOLF. Cave legas. τι παραινεῖν v. 11. SCHAEF.

1430, 13. καὶ τοῦ—συμφέρειν] Si legas καὶ τοῦ σκέψασθαί τι, πότερον δ. σ., vertes: *et considerandi quippiam, utrum id profuturum esse videatur.* WOLF. Vulgata bene habet. πρῶτον συμφέρειν i. q. μάλιστα συμφέρειν v. 20. SCHAEF.

1430, 16. αὐτὸς] Ipse per me, non vobiscum. SCHAEF.

1430, 22. ταῦτ' ἀμφότερα] ἅ τε συνερῶ καὶ ἃ ἀντερῶ. SCHAEF.

1430, 26. μηδετέρους ἀδικοῦντι] Quippe ambobus non tantum refragabor, sed etiam suffragabor. SCHAEF.

1431, 21. Εἰ—] V. ad p. 1418, 1.

1431, 22. μηδενὶ συμπολιτευόμενοι] *Nemini* τῶν πολιτευομένων *auscultantes.* Significat omnes reipublicae calamitates hinc ortas esse, quod prava τῶν δημηγορούντων consilia secuti sint. SCHAEFER.

1431, 25. νῦν] Quando vel maxime oportet μὴ ἄγειν ἡσυχίαν. SCHAEF.

1432, 1. ἅπερ] Subaudi εἰώθατε. REISK. Immo ἐψηφίσασθε. SCHAEF.

ἅπερ ἐκ τῶν] ἅπερ λύσω Aldina. Sed hic video ordinem in Aldina mirifice conturbatum. Ponam hic, ut fragmenta sese in ista editione consequantur. Ab ψηφιεῖσθαι, ἅπερ λύσω omnia desunt in Aldina usque ad p. 1449, 5. οὐδένα. Inde procedunt omnia ex ordine usque ad p. 1456, 5. οὐ μὴν. Extremum hoc

est vocabulum. Inde rursus orditur a p. 1440, 7. a ὀνηθῆναι et procedit ad p. 1449, 3. ad συμβουλεύω: et rursus orditur a p. 1432, 1. ab ἐκ τῶν παρεληλυθότων et procedit ad p. 1440, 7. ἑλεῖν. Denique orditur a p. 1458, 1. ἀλλά μοι et sic continuat ad finem. Hic est ordo Aldinae, quem retuli fide uxoris meae, quae variantes Aldinae meam in gratiam enotavit. Pari modo etiam in Bavarico Prooemiorum ordo est conturbatissimus, quem hic ponam, prout ipse illinc enotavi in schedis. Post ψηφιεῖσθαι, ἅπερ itaque est in Bavarico vacuum spatiolum trium aut quatuor literarum: tum λεύσω (sic) οὐδένα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πάντων ὑμῶν οὕτως οἴομαι κακόνουν εἶναι τῇ πόλει. (V. p. 1449, 5. et 6.) συμβουλεύσω. Οὐδένα etc. Tum sequebatur novum prooemium: ἔδει μὲν οὖν ταῦθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς —. V. p. 1449, 21. Tum continuabat in eodem prooemio ad οὐδέν ἐστιν (p. 1450. 5). Tum rursus in eodem prooemio procedit οὐδεὶς πώποτε ἴσως (p. 1450. 23.) et finit hoc prooemium in v. παθεῖν p. 1451. 6. Tum incipit novum prooemium a λέγω δὲ ταῦτα ibidem. quod finit in νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου p. 1452. 12. Tum novum incipit prooemium ὑμεῖς τοίνυν οἱ πολλοὶ p. 1452. 12.. quod procedit usque ad καθ' ὑμῶν λέγῃ p. 1453, 29. Tum novum incipit prooemium εἰ μὲν οὖν ταύτης ibidem, quod procedit usque ad παρὰ τοῦτ' ἀκούειν p. 1455. 3. Tum prooemium novum ἴσως ὀχληρὸς procedens ad βασάνου p. 1456. 22. Tum novum τὴν μὲν οὖν τούτων p. 1456. 22. procedens ad κακὸν λάβῃ p. 1457, 13. Tum novum ἐγὼ δὲ οἶδα ibidem procedens ad τῶν ἐχθρῶν περιέσεσθαι p. 1440, 25. Tum novum εὔχομαι δὲ τοῖς θεοῖς τῆς ἢ φιλονεικίας p. 1440, 25., quod finit in βελτίστοις δημηγοροῦσιν p. 1441, 17. Incipit novum εἰ μὲν γὰρ ἀγνοοῦσιν, ὅτι τὸν μέλλοντα πράξειν —, quod finit in τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι χρήσασθαι p. 1442, 11. Incipit novum μάλιστα μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθ., βουλοίμην ἂν ὑμᾶς ἃ μέλλω p. 1442. 13: finit in κἂν ἀρέσκῃ χρῆσθαι p. 1443. 8. Incipit novum οὐκ ἄδηλον p. 1443. 10. finiens in διδάξω p. 1444. 10. Novum ἔδει μὲν p. 1444. 11. desinens in καὶ τοὺς ἀντειπόντας p. 1445, 2. Novum τοιγάρτοι p. 1445. 2. finiens in καὶ οὐδὲ τὰ πάντα ἐρῶ p. 1446. 5. Novum ἡγοῦμαι γὰρ ἐξαπατᾶν ibidem finiens in καὶ προαγαγεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον p. 1447. 2. Novum τὸ μὲν οὖν ὀργίλως ὑμᾶς ἔχειν ibidem finiens in βεβαίους ποιεῖται ἥττας p. 1448. 2. Novum οἴομαι μὲν οὖν ibidem finiens in αἱ ληστρίδες προσέσχον, scilicet post ταῦτα συμβουλεύω (sic) p. 1449, 3. Statim sequebatur ἐκ τῶν παρεληλυθότων χρόνων καθέλκειν τριήρεις, ἐμβαίνειν. Incipit novum ὡς γὰρ ἂν χρήσαιτο p. 1432, 8.: tum οἶμαι πάντας p. 1433, 4. cum numero ΚΓ., qui numeri in superioribus a ΚΒ. omissi erant. ΚΔ. διὸ δεῖ σκοπεῖν καὶ προσέχειν p. 1433. 15. ΚΕ. οἱ μικρὸν p. 1433, 22. Κϛ. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν p. 1434, 1. ΚΖ. ἐγὼ μὲν οὖν ἐβουλόμην p. 1434, 7. ΚΗ. εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο τις p. 1434, 15. Incipit novum, sed sine numero: Ἄξιον δ' εἶναί μοι δοκεῖ p. 1435, 2. ΚΘ. εἰ μετὰ τῆς αὐτῆς γνώμης p. 1435, 22. Insequentia prooemia rursus numeris carent. Δεῖ μέντοι περὶ πραγμάτων p. 1436. 22. Ἔστι μὲν οὖν, ὡς ἐγὼ νομίζω (sine πολλὰ) p. 1437, 23. Πρῶ-

τον p. 1438, 25. *Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες* p. 1439, 20. *Τῆς μὲν οὖν τούτων κακίας* p. 1458, 20. *Φέρε δὴ σκέψασθε* p. 1459, 17. *Ἦν τις, ὡς ἔοικε* p. 1460, 20. *Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθ., πεπεικότα ἑαυτὸν* p. 1461, 20., in quo finiunt prooemia. Errores hi omnes notati erant aliquoties in Bavarico, dederatque librarius, qui idem codicis corrector fuit, ut signis quibusdam demonstraret, quomodo quaeque cohaererent. Primo loco p. 1432, 1. adscripserat haec: *σημείωσαι. τὸ τοῦ λόγου ὀρθὸν ἔμπροσθεν ἐν τῷ σημείῳ* ☾ *ἅπερ ἐκ τῶν παρεληλυθότων.* Tum ad verba *αἰτίους εὐδοκιμεῖν. οὐ μὴν δυνηθῆναι* (sic) adscripserat in altero margine *λήθη*, quo vocabulo errorem a librario commissum denotavit, in altero: *σημείωσαι. τὸ τοῦ λόγου ὑπόλοιπον ἔμπροσθεν ἐν σημείῳ* ☌ *οὐ μὴν ἀλλά μοι δοκοῦσι.* Tum ad verba p. 1432, 1. *συμβουλεύω ἐκ τῶν παρεληλυθότων* adscripta sunt haec: *τὸ τοῦ λόγου ἀκόλουθον ὄπισθεν ἐν σημείῳ* Δ *συμβουλεύω.* Tum p. 1440, 7: *ἐλεῖν. ἀλλά μοι δοκοῦσιν* adscripta sunt haec: *ὄπισθεν τὸ τοῦ λόγου ἀδιάψευστον ἐν σημείῳ* ⏄ *ἐλεῖν δυνηθῆναι.* Tandem in ima ora haec universalis admonitio: *αἱ τοιαῦται μεταθέσεις κατὰ λήθην τῆς ὅλης ὑφῆς τοῦ λόγου ἐκ τῆς τοῦ ἀντιβόλου*[a] *γεγόνασι τῶν φύλλων ἀναρμόστου συνθέσεως. ἡ δὲ μέμψις μάλιστα καὶ τῇ ἀπροσεξίᾳ*[b] *τοῦ γράψαντος ταῦτα.* Annotavit etiam hanc exordiorum perturbationem Wolfius, e quo intelligo Felicianum primum verum ordinem restituisse. REISK.

1432, 6. *Φίλιππος*] Conf. Olynth. III. p. 29, 20. De Marathone Phil. I. p. 50, 1. DOBR.

1432, 13. Conf. Phil. I. p. 49 sq. Π. *συντάξ.* p. 167, 21. DOBR. Conf. ad p. 1418, 1.

πορίεῖτε] Diogenes Laërtius 7, 11. *τὸ δ' ἀνάλωμα τὸ εἰς τὰς στήλας γινόμενον* *μερίσαι* *τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως.* Scribendum puto: *πορίσαι.* SCHAEF.

1432, 22. *ῥᾷστον*] Conf. Olynth. I. p. 13, 26. DOBR.

1432, 25. *ἀναβαλεῖν*] Malim *ἀναβάλλειν* ex Q. v. Aptius enim junguntur *ἀναβάλλειν* et *ἐμποιεῖν.* SCHAEF.

οὐ γὰρ οἱ ταχὺ —] Ex Phil. I. p. 44, 5. DOBR.

1433, 10. *εἰς οὓς ἂν ἥκωσι*] S. *αἱ πράξεις.* *ad quos eae venerint.* Res enim in eorum potestate sunt, a quibus administrantur. WOLF.

1433, 15. *χρὴ μὲν οὖν —*] Conf. de Rhod. libert. p. 196, 16. DOBR.

1433, 22. *Οὐ μικρὰν—*] V. ad p. 1418, 1.

1434, 1. Conf. Olynth. I. p. 14, 3. DOBR.

1434, 5. *δεινὰ*] Post h. v. Reiskiana positum habet signum exclamandi. Bene, siquidem novitio hoc signo in Graecis uti placet: sin, poteris majuscula littera scribere *Ὡς—.* Est enim haec indignantis vox, quam statim sequitur alia: *Μέχρι—πράγματα;* SCHAEF.

[a] *τὸ ἀντίβολον* in Callimachi Fragment. vol. 1. p. 566., quod perperam mutavi in Jacobsii Annotatt. ad Antholog. Palat p. 326. SCHAEF.

[b] Non mali vox commatis, etsi a Lexicographis neglecta. SCHAEF.

1434, 7. ἐγὼ μὲν οὖν ἐβουλόμην—] Conf. Phil. I. p. 54 sq. DOBR.

1434, 17. οἱ πρέσβεις] Rhodiorum, iique de factione aristocratica, quod arguunt extrema hujus Prooemii. Conf. Orat. de Rhodior. libert. SCHAEF.

1434, 22. λέγειν] Intelligenda confutatio ἀδίκων ἐγκλημάτων, qualia nunc Rhodiorum legati in Athenienses jactarunt. SCHAEFER.

αὐτῆς — εὑρήσομεν] Quo magis venia ego sum dignus, qui nunc surgens ad orandum tale dedecus a vobis depellere studeam. SCHAEF.

1434, 28. πλεονεκτοῦσιν] *Abutuntur, ut lucrum faciant.* SCHAEFER.

1435, 15. εὖ πράττουσιν εὖ φρονῆσαι] Conf. de Rhod. libert. p. 195, 1. DOBR.

1435, 26. πράξασι] Id est, εἰ ἐποάξατε, *si felix esset eventus.* WOLF.

λέγειν—δεῖ] *Semper enim bene ominari oportet.* SCHAEF. Hac parenthesi rationem reddit, cur dicat potius εὐτυχῶς καὶ καλῶς: quod alterum membrum hac de caussa praetermisit. WOLF.

1435, 27. τὰ τῆς αἰτίας] *Caussa* hic potius, ut de rebus prosperis, quam *crimen.* WOLF.

1435, 28. ἐξαπατᾶν ὑμᾶς αὐτοὺς] *Ab eis seduci vos.* WOLF. ὑμᾶς αὐτοὺς voce pronuntiandum aequabili. Quod si ita pronunties, ut tonus acuat αὐτοὺς, significat *vos ipsos.* SCHAEF.

1436, 3. ὡς ἄνθρωπος] *Quantum homini licet.* Referendum ad ζητῆσαι καὶ λογίσασθαι τὰ βέλτιστα. Perperam Wolfius sequentibus junxit. SCHAEF. Conf. de Coron. p. 292, 17. Cherson. p. 107, 2. DOBR.

1436, 7. προσυποσχεῖν] S. λόγον. *fortunam quoque praestare.* Sic Cicero: *Nihil est sapientis praestare praeter culpam.* WOLF.

1436, 9. ἀσφαλῶς ἄνευ κινδύνου] F. ἀσφαλῶς καὶ ἄνευ κινδύνου. SCHAEF.

1436, 13. ὡς εὔνους] ὡς εὔνους ad antecedentem infinitivum sic referendum, ut ὡς ἄνθρωπος v. 3. ad antecedentes infinitivos refertur. *turpe arbitror esse, si verba quidem ad vos facerem ut vobis benevolus, —.* SCHAEF:

1436, 17. νικῆσαι] *Sententiam suam probare: efficere ut sententia sua aliorum sententiis praeferatur.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 68.

1436, 18. μανίας] Pendet ab infinitivo εἶναι. SCHAEF.

1437, 6. ἔστι δὲ—τοὺς ἀντιλέγοντας] *Est autem, qui ista, in quibus nunc estis, maxime persuaserunt, his vel maxime utile, ut, qui contrarium sentiunt, audiantur.* τούτοις pleonasmus elegans. καὶ μάλιστα, *vel maxime,* οὐχ ἥκιστα. Similis sententia est in fine orationis περὶ συμμοριῶν p. 189, 27. κἂν ταῦτα ποιῆτε, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τοῖς τἀναντία πείθουσι τὰ συμφέροντα πράξετε· οὐ γὰρ ὀργισθήσεσθε αὐτοῖς ὕστερον νῦν ἁμαρτόντες. WOLF.

1437, 9. *τοῦτο πράξαντες*] Id est, *ἀντιλέξαντες*. WOLF. Verius *διδάξαντες*. Quanquam illud eodem redit. SCHAEF.

ἀθῴους] Dicitur h. l. de re, ob quam quis non punitur. Quae significatio est rarior. SCHAEF.

1437, 10. *δυνηθῶσιν*] Scilicet *οἱ ἀντιλέγοντες*. Eodem etiam redit *ἕξουσιν*. REISK.

1437, 12. *τούτων*] *τούτου* v. Quod probans scribendum suspicor: *ὃ ἀνθρώπων ἦν ἔργον, ἀκοῦσαι, τούτου* —. *ἀκοῦσαι* additur *ἐξηγητικῶς*. Quanquam non sine caussa suspiceris hunc infinitivum e margine irrepsisse. Conf. variet. lect. SCHAEF.

1437, 16. *Οἶμαι δεῖν*—] Exordium orationis de libertate Rhodiis restituenda. WOLF.

1437, 22. *ἴσον*—*ὅσον περ*] *τὴν ἴσην ὑπερβολὴν*—*ὅσην περ* p. 1440, 3. Add. p. 1441, 6. 1458, 8. et annot. ad 528, 18. SCHAEF.

1438, 17. *δοκιμάζοντες*] *τῇ δοκιμάζειν*. *non inopia judicii, sed pravitate ingenii.* WOLF. *Non quod judicio erraveritis.* SCHAEFER.

1438, 23. *οἱ δ'*] Post *οἱ δ'* videtur ponenda lineola, signum orationis graviter ac more Demosthenico abruptae. Ut orator fere hoc in mente habuerit: *οἱ μὲν ἀγνοεῖν τὸ συμφέρον, οἱ δὲ τὰ πράγματα διαφθείρειν παρεσκευάσθαι δόξουσιν*. Nam *ἐρεῖ* non posse referri ad *οἱ μὲν* et *οἱ δ'* satis, opinor, ostendit quod scriptum legimus *ὅ τι ἄν τις βούληται*, non *ὅ τι ἂν ἕκαστος βούληται*. SCHAEF.

1438, 25. *τοῖς δόξασι παρ' ὑμῖν*] *Decretis vestris.* SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 68. Scholiastes Lutetianae: *τοῖς δόξασι*] *τοῖς ἐγνωσμένοις. σύνταττε δὲ ταῦτα τῷ ῥήματι, ἀντεροῦσιν. παρ' ὑμῖν* non antecedentibus cum Seagero jungam, sed sequentibus. SCHAEF.

1439, 18. *κόπτω*] *Obtundam, fatigem.* Fere idem valet quod *ἐνοχλῶ*. Quae verba junguntur etiam p. 1446, 15. V. H. Stephanus Thes. SCHAEF.

1439, 19. *Ἔδει μὲν*—] V. ad p. 1418, 1.

1439, 21. *εἰ δ' ἄρα μὴ πρόδηλος ἦν*] Scilicet *ὁ πόλεμος*. WOLF.

1439, 24. *τοὺς ἐπιστάντας*] Ut Charetem et Charidemum, ad quos respici probabiliter conjecit Boehneck. Quaest. vol. 1. 187.

1439, 28. *τὰ μὲν παρεληλυθότα* —] Conf. Olynth. III. p. 30, 8. DOBR.

1440, 1. *τοῦ μὲν*—*συμβουλεῦσαι*] Cum p. 19, 5. comparat Dindorfius. Similia leguntur p. 1449. in. SCHAEF.

1440, 8. *ἔπειτ' οὐκ ἀθυμητέον*] Leviter mutata ex Philipp. I. p. 40, 11. DOBR.

1440, 17. *πρὸς αὑτοὺς*] Recurrit v. 21. Sed statim sequitur *ἀλλήλων*. SCHAEF.

1440, 28. *τὸ γὰρ καταρᾶσθαι*] *Nam imprecari mala homini, qui consilium vobis dat deliberantibus, parum aptum sit.* SCHAEF.

1441, 8. *ἀντὶ τοῦ δεινοὶ λέγειν*] Plene: *ἀντὶ τοῦ νομίζεσθαι εἶναι δεινοὶ λέγειν*. SCHAEF.

1441, 12. *τοῦ λόγου*] Malim aut *τοῦ λέγειν* aut *τῶν λόγων*. REISK. Non improbabilis suspicio. SCHAEF.

1441, 20. *οὐδ' ἐπὶ τῷ—*] *Neque hostium infirmitate fretos esse, sed, etiamsi potentes illi sint, tamen sperari victoriam debere. ἐπὶ τῷ κρατῆσαι* conjunge. *κἂν δύνωνται*, s. *οἱ ἐχθροί*. WOLF. Scilicet *τὸ ἑξῆς* est: *οὐδὲ (δεῖ) θαρρεῖν ἐπὶ τῷ —, ἀλλ' ἐπὶ τῷ —*. SCHAEF.

1441, 21. *δυνήσεσθαι — δύνωνται*] *δύνασθαι* hîc i. q. *δυνατὸν εἶναι*, *viribus, pollere*. V. not. ad Porsoni Orest. p. 81. edit. tert. Lips. SCHAEF.

1442, 1. *λόγον—καταδεῖσαι*] Verte: *stultum est enim, verbis cum vos male deleniti sitis, verba facere vereri eum, qui sit meliora et utiliora vobis dicturus.* Apparet autem quam apte *λόγῳ* et *λόγον*, quae pronuntiantis vox acuit, ceteris praeposita sint. SCHAEF.

1442, 11. *ἀλλοιότερος*] *Secus se habens*, h. e. *deterior*, *μὴ συμφέρων*. SCHAEF.

πρὶν ἁμαρτεῖν μεταβουλευσαμένους] *Mutata sententia, priusquam delinquatis.* SCHAEF.

1442, 15. *εἰ δ'—συμβαίνοι*] Verborum tamen sensus non est obscurus. *εἰ δ'—συμβαίνοι* est i. q. *εἰ δ' ἄρα μὴ πεισθείητε*. *si vero aliter cadat.* SCHAEF.

1442, 22. (*οὕτω—γένοιτο*)] *Sic aliquid mihi bonum fiat, ita me dii bene ament, sic mihi feliciter eveniat.* WOLF. *οὕτως ὄναισθε τούτων* p. 842. 8. Aristophanes Thesmophor. 469. *οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων*. Lucianus vol. 3. p. 54. item de liberis: *Οὕτως ὀναίμην—τούτων*. SCHAEF.

1443, 1. *μετὰ δὲ ταῦτ' οἴχεται*] *δὲ* delendum puto, ut haec sic jungantur: *ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸν χρόνον ἥσθηται ποιήσαντα, ὅσον ἂν ῥηθῇ, μετὰ ταῦτ' οἴχεται, δεῖ δὲ—*. Sic nullae turbae, a quibus caveri jubet Wolfius. SCHAEF. Delevi *δέ*.

δεῖ δὲ πράξεως] Conf. De Cherson. p. 108, 5. DOBR.

1443, 11. *ὁ δεῖνα*] Sic etiam p. 1452, 6. Hi loci, opinor, favent Fabricii sententiae Prooemia haec dicentis a Demosthene per otium elaborata, quibus in tempore uteretur. V. not. ad Titul. p. 1418. Quod si reponas talia progymnasmata ad futuros usus elaborare dignum videri sophista aut rhetore, oratore indignum, memento in concionibus vulgi tam mobilis ac fastidiosi plurimum interfuisse, ut orans coronae aures exordio gravi ponderosoque occuparet. Cujusmodi exordia qui domi parata habebat orator, tempestive recordatus quantum proficere potuerit nemo non intelligat. SCHAEF.

οὐκ ᾤεσθε ἀκούειν χρῆναι] Hoc satis rarum: multo frequentius *οὐκ ᾤεσθε δεῖν ἀκούειν*. SCHAEF.

1443, 12. *ὅτι οἱ τότε—*] Hoc *ὅτι* iteratum est epexegeseos gratia, ut praemissum *ὅτι* per hoc alterum ei subjectum declararetur. Perinde nobis erit, ac si orator dixisset: *τουτέστιν, ὅτι οἱ τότε—*. REISK.

1443, 13. *εἷς*] V. ad p. 715, 20. SCHAEF.

1443, 14. *ποιήσητε*] Subaudi *καὶ νῦν*. REISK.

1443, 15. *ταῦτα*] S. quae nunc audire detrectatis. WOLF. Post h. v. videtur *λαβὴν* vel simile quid deesse. REISK. Mihi non videtur. *ταῦτα, τὰ τότε δόξαντα*. SCHAEF.

1443, 16. *τούτων*] Ea scilicet, quae vos hac in concione decernetis. REISK.

1443, 19. *τῶν δοξάντων—πέρας*] Conf. p. 1444, 15.

1443, 20. *ἀφέντες ἃ συμφέρει*] *Missis iis quae civitati prosunt.* SCHAEF.

1443, 21. *προκαταλαμβανόντων*] *Pendeatisque de iis qui primi dixerunt, tanquam de histrionibus qui theatra primi occupaverunt.* SCHAEF.

1443, 27. *τὸ μὲν—συγγνώμη*] Constructio haud infrequens. Quanquam infinitivus substantivi fungens vice fere caret articulo: qui cur h. l. additus sit caussa manifesto apparet. Herodotus 1, 39. *Συγγνώμη μὲν—φυλακὴν ἔχειν*. Thucydides 5, 88. *Εἰκὸς μὲν καὶ ξυγγνώμη—τρέπεσθαι*. Ipse orator p. 415, 17. *Συγγνώμη ἀδελφῷ βοηθεῖν*. SCHAEF.

1444, 12. *ἕκαστος*] Adverte relatum ad *ἡγεῖτο*, non, quod quis exspectet, ad *πείθειν*. Eodem modo infra v. 28. relatum est ad *ἔχῃ*, non ad *λέγειν*. SCHAEF.

1444, 21. *βεβουλευμένων*] Si sic manet sine articulo *τῶν*, erit masculinum et subaudietur *ὑμῶν*. *accusare vos, qui consilia ceperitis atque decreveritis.* Sin autem *τῶν* praeponatur, tum erit neutrius generis et significabit *ob decreta*. REISK. Neutrius est generis, etiamsi articulus non praeponatur. Nec significat *ob decreta*, sed *decreta*. V. p. 1443, 16. SCHAEF.

1444, 22. *συκοφαντῶν*] Conf. de coron. p. 291, 16. DOBR.

1445, 7. *οὐχ ὥσπερ—*] V. Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 259. SCHAEF.

καὶ] *καὶ* post *ἡμεῖς* deletum malim. SCHAEF.

1445, 8. *πάντα ἀνηλώκαμεν τὸν χρόνον*] Conf. Olynth. II. p. 25, 18. DOBR.

1445, 9. *ποιήσῃ*] Scilicet *ψηφίσματι ἐπικυρωθέντι*. SCHAEF.

1445, 10. *λέγῃ*] *Suadeat*. SCHAEF.

1445, 13. *τί—παραινεῖς*] Delendae subdistinctiones post *οὖν* et *εἴποι*. V. Erfurdtius ad Sophocl. Oed. T. 929. edit. min. SCHAEF.

1445, 17. *παρὰ τὸ—*] *Propterea quod—*. SCHAEF.

1445, 18. *οὐκ ἐθέλειν ἀκούειν*] Si Prooemium hoc est orationis vere habitae, (id quod verisimilius puto,) turbaverat corona, antequam Demosthenes sic ordiretur: sin merum est progymnasma, ponit orator turbatum esse. Haec caussa est cur scriptum sit *οὐκ*, non quod fortasse exspectes *μή*. Conf. p. 1446, 25. SCHAEF.

1445, 22. *βραχέα*] *ὀλίγα*. SCHAEF.

1445, 26. *τοῦ φενακίζεσθαι*] Non potest passive sat exprimi commode. *decipiendi vestri tempus*, id est, *ut vos decipiamini. si quam minimum illis spatium decipiendi vos dederitis.* WOLF.

1446, 5. καὶ οὐδὲ τὰ πάντα ἐρῶ] *Neque omnia dicam.* Suspecta mihi lectio est, sed nihil habeo melius. WOLF. Legendum καὶ ὧδε τὰ πάντα ἐρῶ. ὧδε, *sic*, h. e. καὶ βραχέως καὶ δικαίως. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 69. Hoc, opinor, dicitur: *adeoque ero verborum parcior quam haec ipsa dicendi brevitas pati videatur.* SCHAEF.

1446, 10. ἐγνωκὼς] Hoc dicitur: *utro de duobus inter se oppositis probato ad vos verba facturus sit.* Duo autem inter se opposita, de quibus nunc deliberatur, sunt haec: Mytilenaei sint digni quibus injuriam passis Athenienses opitulentur, necne. SCHAEF.

1446, 15. κόπτῃ] V. ad p. 1439, 18. SCHAEF.

δὴ] Aptius δή. SCHAEF.

1446, 25. μὴ ἐθέλειν ἀκούειν] Id est μὴ ἐθέλειν ἀκούειν τὰς συμβουλὰς [συμβουλίας]. REISK. in Ind. Graecit. s. v. ἀκούειν.

1446, 27. τὸ φαυλότατον est τὸ ἐθέλειν ἀκούειν.

1446, 28. χαλεπωτέρου] F. ἐκ πλείονος ἢ νῦν καὶ χαλεπωτέρου σώζειν πειρᾶσθαι κινδύνου. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 69. Non opus. *pluribus difficilioribusque negotiis expedire.* SCHAEF.

1447, 27. καί τι δαιμόνιον τοῦτ' ἀπέκειτο] *Divinitusque hoc destinatum erat.* SCHAEF.

1448, 10. πόλεως] Scilicet συμμαχίδος. SCHAEF.

1448, 22. τούτους] Adverte autem hoc τούτους, quod ita πλεονάζει, ut sua vi non careat, loco positum secundo, cum consuetudo poscat initio poni: τούτους θεραπεύειν—. SCHAEF.

1448, 25. ἐχθροτέρους] Sequitur μᾶλλον ἐχθρούς. Tolerari potest haec lectio. *Neque enim inimiciores, neque quos vobis magis inimicos esse necesse sit, invenietis.* Ut haec sit sententia: *Et inimici sunt vobis, et necessario sunt inimici.* S. οἱ στρατηγοί. Sic et Philippum necessario Atheniensibus inimicum esse alibi dicit. Si igitur ipsi duces inimici sunt, eorum assentatores amici qui sunt habendi? Sed pro ἐχθροτέρους fieri potest ut aliud nomen scriptum a Demosthene fuerit. WOLF. Cave cum Wolfio haec interpreteris de ipsis ducibus: intelligendi sunt enim parasiti ducum. Nec rectius ille ἐχθροτέρους et quod sequitur μᾶλλον ἐχθροὺς comparavit, ubi μᾶλλον voci ἀναγκαίους jungendum.— ἐχθρότερος forma minus Attica ideoque Atticis rarius usurpata. V. Moeris p. 135. Antiatticista Anecd. Bekk. p. 92, 24. Ἐχθροτέρως: ἀντὶ τοῦ ἐχθρότερον. Θουκυδίδης. SCHAEF.

1449, 9. ἐπειδὴ—πείσεσθε] Conf. Olynth. III. p. 30, 8. DOBR.

1449, 13. μηδένα] Cohaeret cum τῶν συμβουλευόντων. REISK.

1449, 22. μετὰ τοῦ—τῇ πόλει] V. not. ad p. 1347, 21. SCHAEF.

1449, 25. τὸ μὲν γὰρ—] Conf. Olynth. I. p. 12, 4. DOBR.

ἕκαστα] *Singula quaeque seorsum.* Opponitur πάντα v. 27. SCHAEF.

1449, 28. ἀνέχει] Retinet, cohibet, arcet. REISK.

1450, 1. ἅμα—κρίνετε] Est *interea dum judicatis.* REISK.

1450, 3. ἄνευ μεγάλου τινὸς] S. κακοῦ. *Fieri nequit ut haec sine magno malo consistant*, id est, *Profecto in magnum aliquod malum erumpent.* Sententia eadem exstat IV. Philipp. (p. 141, 3.) WOLF. Hic ex altero loco post τινὸς addendum κακοῦ. Nam μέγα τι sic simpliciter usurpatum nusquam non, quod meminerim, bono sensu dicitur. V. Hemst. ad Lucian. vol. 1. p. 39. SCHAEF.

1450, 4. μηδενὸς ἀντιλαμβανομένου] εἰ μηδεὶς ἀντιλαμβάνεται. μηδενὸς—μηδὲν συναραμένου p. 1449, 15. SCHAEF.

1450, 21. ἀναμένειν παθόντες αἰσθέσθαι] *Exspectare, dum vestropte malo sentiatis.* WOLF.

1450, 29. τοὺς πλησίον ὄντας τῶν ἁμαρτημάτων] *Affines peccatis.* SCHAEF.

1451, 4. οὐδὲν γὰρ—] Conf. Phil. I. p. 41, 2. DOBR.

1451, 6. οὐδὲν ὀλιγωροῦσιν ἀπροσδόκητον παθεῖν, *socordes nihil non mali exspectare oportet, socordibus nihil non mali imminet.* SCHAEF.

1451, 17. εἰ μὲν οὖν—] Deleam οὖν: ut hoc novum sit Prooemium. SCHAEF.

1452, 2. οἷς τι διαμαρτάνειν. *quibus rebus* (*quae facientes*) *delinquere aliquid.* SCHAEF.

1452, 10. μὴ κεχωρισμένον ᾖ] Verte: *ne aliud sit probabiliter dicere, aliud consilia inire salutaria.* V. not. ad Poët. Gnom. p. 9. SCHAEF.

1452, 17. τοῦτ᾽ ἐμποιοῦσι] S. τὸ νοῦν ἔχειν. *prudentiam parit experientia et multa vidisse.* pro quo ego posui *multarumque rerum usus*, quod sententiae per hanc libertatem nihil decedat et oratio sit latinior. WOLF,

1452, 18. αἱ—ἀνδρεῖαι καὶ θρασύτητες] Adverte usum pluralis. SCHAEF.

1452, 22. αὐτίκα γὰρ—] *Nam, ut hoc utar,—.* SCHAEF.

1452, 23. ὡς καλὸν τὸ ῥῆμα] *Ut speciosa vox sit.* SCHAEF.

δὴ] Malim δέ. SCHAEF.

1452, 26. τοῦ ῥήματος τούτου] S. τοῦ μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀδικοῦσιν. WOLF.

1452, 28. οὐ γὰρ ἴσος πόνος—] Scholiastes Lutetianae: Τὸ Ἡσιόδειον βλέπει· Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, καὶ τὰ λοιπά. De hoc usu nominis ἱδρὼς v. Julianea et Wyttenbachii p. 174. et mea p. 10. SCHAEF.

πρό τε τοῦ λέγειν—] *Ante orationem et ante rerum administrationem*, id est, *orationes et res ipsae non pari labore constant.* WOLF.

1453, 2. καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην] Subaudi εἰ ἡγοίμην. SCHAEF.

1453, 8. ἑοράκατε] Dictum ἀκύρως. Debebat ἀκηκόατε. Nec tamen propterea putandum verba sensuum a Graecis scriptoribus haberi promiscua. Quod futile priorum temporum commentum nuper explosi ad Musaeum Schraderi p. 5. SCHAEF.

πλὴν γὰρ οὐκ ἔχω—] *Excepto enim uno nescio quo caetera vobis*

omnia accepta referre studuerant: praeter enim (scilicet *unum quiddam*) *non habeo quod dicam* (id est *nescio quid*) *caetera* etc. Et Graeca brevitas. WOLF. *excepto enim—nescio profecto quid dicam excipi. for except, I know not what,*—. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 69. Legentis intelligentiam nonnihil adjuvet lineola post γὰρ posita, signum abruptae constructionis. SCHAEF.

1453, 10. *ἀναθεῖναι*] *Imputare.* SCHAEF.

πεπείρανται] Usus hoc rarioris. SCHAEF.

1453, 21. *καλοκἀγαθίας ἂν—ἀμφισβητοῖεν*] *De honestatis laude contendant.* SCHAEF.

1453, 26. *κακῶς ἀκούοντες*] Opponitur antecedenti *νουθετουμένους.* SCHAEF.

1454, 11. *ἀλλὰ τῶν*—] Plene: *ἀλλὰ κακίαν τῶν*—. SCHAEF.

1454, 18. *ταὐτὰ*] Edd. vet. *ταῦτα.* Praefero *ταῦτα.* Scilicet *ea, de quibus nunc deliberamus.* SCHAEF.

1454, 22. *σιωπῶσι*] *Tacentibus.* Opp. *μὴ θέλουσι—ἀκούειν, vociferatione impedientibus, ne quis verba faciat.* SCHAEF.

1454, 28. *καλὴν ὑποψίαν*] *ὑποψίαν οὐχὶ δικαίαν* p. 1444, 2. SCHAEF.

1455, 6. *πολλάκις—ἀεί*] *Identidem verba faciens de iisdem semper rebus.* *πολλάκις* refer ad *λέγων*, *ἀεί* ad *περὶ τῶν αὐτῶν.* SCHAEF.

1455, 12. *ὑμῖν*] F. *ἡμῖν.* *ea, quae nos decent.* Quanquam utrumque abesse posset. WOLF. Malim plane tolli. REISK.

1455, 16. *Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι*] Citantur et in oratione *περὶ στεφάνου* (p. 418, 21.) Sophoclis in hanc sententiam versiculi. WOLF. *Ἀρχὴ* quid h. l. significet, et ille locus ostendit et quae statim sequuntur v. 17. SCHAEF.

1455, 18. *ἀλλ'*] V. ad p. 821, 7. Minus recte Dobraeus ad Aristophan. Nub. 1398. (1386.) SCHAEF.

1455, 20. *εἰ μὲν οὖν*—] Parum apte haec cohaerent cum antecedentibus: ut putem aliunde sumta esse. Quod si Prooemium est, deleri oportet *οὖν.* SCHAEF.

1455, 23. *προσθήσειν αὐτοῖς—με*] *Me ipsis additurum*, id est, *largiturum aliquid ultra debitum reipublicae munus*, vel potius *plura facturum quam debeam.* WOLF. *ὑπὲρ* non esse *ultra*, sed *ob*, docet quod sequitur *ὧν*, non *ἅ.* SCHAEF.

1456, 7. *δι' ὥραν ἡμέρας*] Ut tempus contradicendi non fuerit. SCHAEF.

1456, 8. *ὑμῶν αὐτῶν ὄντες*] *ἑαυτοῦ εἶναι, sui juris, liberum, nemini addictum esse.* *ἑαυτοῦ γενέσθαι, sese in libertatem asserere.* Contrarium vult *τὸ ἑτέρου εἶναι ἢ γενέσθαι, ἀντὶ τοῦ δουλεύειν.* WOLF.

1456, 11. *ἔλεγχον δεδωκότα*] *Comperta et comprobata.* WOLF.

1456, 15. *τὸ δεύτερον ἐκ τῶν λοιπῶν*] *τὰ λοιπὰ* sunt quae leguntur v. 5: horum *τὸ δεύτερον* quod legitur v. 12. SCHAEF.

1456, 16. *τοὺς μὲν οὖν*—] *οὖν* delevit Wolfius novum hinc Prooemium exorsus. Male. SCHAEF.

1456, 17. τὴν ἀειλογίαν προτεινομένους] Non est *nihil aliud in ore habere* aut *subinde gloriari solere*, sed *ad rationes reddendas perpetuo se paratum profiteri.* WOLF. V. ad p. 341, 16. SCHAEF.

1456, 18. οὗτοι δ' αὖ—] Tale argumentum est, ductum e loco contrariorum: Ipsi recte facta sibi laudi ducunt: peccant igitur, cum vos praecipitatione consiliorum in delicta impellere student. WOLF. Immo τούτοις opponitur οἱ ἄλλοι ἅπαντες. SCHAEFER.

1456, 21. τῆς—βασάνου] *Probatione quam tempus* (etiam breve) *affert.* SCHAEF.

1456, 22. τὴν—σπουδὴν] *Ac quid isti quaerant, studeant, propositum habeant, venentur.* WOLF.

1457, 5. Conf. Symmor. p. 180, 7. DOBR.

1457, 13. οἶδά—ἀκούσας] *Scio me audisse apud vos: memini audire*, μέμνημαι ἀκούσας. WOLF. Herodotus 1, 20. Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι. Plutarchus Moral. p. 10 F. μυρίους δ' ἔγωγε οἶδα ἀκούσας ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσόντας διὰ τὴν τῆς γλώττης ἀκρασίαν. SCHAEF.

1457, 17. τὰ ἢ τὰ] Perperam τὰ καὶ τὰ Reisk. in Ind. Graecitat. Sane hac in phrasi Atticis satis frequentata obtinet copulativa: sed quid Iphicratem coëgerit καταχρηστικῶς uti disjunctiva nemo non intelligit. Prorsus autem insolens in Atticorum scriptis, sed idem h. l. significantissimum, quod sequitur ἀλλ' ὅπως τά. Quare orator addit οὕτω γὰρ εἶπε τῷ ῥήματι. SCHAEF. Hoc dicit, *pugnare bonum ducem non pugnandi caussa, sed aliquid efficiendi.* DOBR.

1457, 22. πανταχῶς] F. πανταχόσε vel πανταχόθεν, *ab omni parte*, legendum. WOLF. Fallitur. Hesychius vol. 2. p. 854. Πανταχῶς. πάντα τρόπον. SCHAEF.

1457, 23. μελλουσῶν ἕνεκ' ἐλπίδων] *Propter futuram*, hoc est, *ambiguam et incertam spem.* WOLF.

1457, 28. τοὺς τούτων αἰτίους εὐδοκιμεῖν] Post αἰτίους Wolfius addi vult μᾶλλον. Mihi ante ἀνάγκη videtur τοσούτῳ μᾶλλον deesse. REISK. Nihil deest. Xenophon Cyrop. 1, 3, 14. καὶ χάριν σοι εἴσομαι, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ. Sic enim locus scribendus. SCHAEF.

1458, 15. αἰτία] ἐμὲ καὶ τὴν ἐμὴν τύχην αἰτίαν εἶναι p. 298, 23. SCHAEF.

1458, 26. οὐχ οὕτω—ἀλλ'] V. not. ad p. 127, 20. SCHAEF.

1459, 22. Conf. Olynth. III. p. 35, 4. DOBR.

1459, 28. νῦν δὲ δραχμῇ—] V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 239. SCHAEF.

1460, 1. ὁμοιότατα—] Conf. Olynth. III. p. 37, 25. Monuit Lambinus.

1460, 7. Καὶ δίκαιον—] V. Hemsterhus. ad Schol. Aristophan. Plut. v. 1176. Dubito autem an hoc Prooemium sit Demosthenis. SCHAEF.

1460, 8. ὅπερ—προνοεῖν] *Ut id, quod vos soletis, nos quoque provideamus, curemus.* WOLF.

1460, 20. Ἦν τις—] Non videtur Demosthenis esse: adeo color orationis abhorret a Demosthenico. SCHAEF.

1460, 28. οἵ τε γὰρ συνεχεῖς οἶοι] Intelligendi homines probi et frugi. συνεχεῖς quid significet ostendit quod continuo sequitur: παραζευγνύμενοι σφίσιν—, *perpetui comites* τῶν πολιτευομένων. SCHAEF.

σφίσιν] Pro αὐτοῖς τοῖς τὰ κοινὰ καρποῦσθαι βουλομένοις. WOLF.

ἐξ ἰδίων—ἀνδρῶν est: *ex iis qui antea, privati, viri probi et justi fuissent.* Tollendum comma [Reiskianae] post σφίσιν: pendet enim ἐξ ἰδίων a παραζευγνύμενοι. SEAGER. Diar. Classic. 61. p. 69. Sensum verborum bene vidit. Sed ita non usurpatur ἰδίων. Scribendum: ἐξ ἰδιωτῶν, σπουδαίων καὶ δικαίων ἀνδρῶν. ἰδίων et ἰδιωτῶν confusa sunt etiam in Xenophont. Hier. 10, 5. SCHAEF.

1461, 2. μὴ πάνυ—παραγγέλλειν] *Qui se impudenter ingerere et ambire suffragia minus possunt.* WOLF. μὴ πάνυ non est *minus*, sed *prorsus non.* SCHAEF.

1461, 5. ὅνπερ τοὺς ἱερεῖς] ἱερωσύνην otiosam et non difficilem fuisse functionem ex Nicocle Isocratis apparet. Sed quae fuerit sacerdotes eligendi apud Athenienses ratio amplius quaerendum censeo, nisi quod sortito illos fuisse delectos ex oratione contra Neaeram apparet. WOLF. Ad Nicoclea illa (p. 13. Cor.) respicit Isocrates π. τ. ἀ. (p. 343.) V. Coraës p. 13., qui ad posteriorem locum p. 247. hoc Prooemium citavit. SCHAEF. Haec non ad praetorum quandam perpetuitatem, sed eo spectare videntur quod, ut sacerdotia sortito inter eos distribuebantur, qui nomina essent sua sortiendi caussa professi, qui autem non essent professi, eorum ratio non habebatur, ita etiam οἵ τε χρηστοὶ μὲν ὑμῶν καὶ δικαίως ἄρχοντες, μὴ πάνυ δ' οἷοί τε ἐνοχλεῖν καὶ παραγγέλλειν ἀπηλαύνοντο τῶν τιμῶν. MEIER. de gentil. Att. p. 31.

1461, 8. πολλὰ] Scilicet ἀρχὰς, honores mirifice fructuosos. REISK. Immo de lucris intelligendum. SCHAEF.

1461, 10. δεινότατοι γάρ ἐστ' ἀφελέσθαι μὲν—] Wolfius vertit: *Nam in eo peculiari estis ingenio, ut, quae vestrae praerogativae sunt, eas libenter abjiciatis,—.* Sic vero scribi oportuit ἀφαιρεθῆναι. Sensus: Cum omni studio hoc agatis ut, si quis vestra ad se vindicet, ea illi eripiatis, tamen eosdem semper fungi munere strategorum patimini. Minores magistratus ulciscimini, si quid peculantur, majores maximosque ab aerario quantum volunt furari sinitis. SCHAEF.

1461, 13. ὄντας] Subaudi a communi ἐπὶ τῶν πράξεων ἐᾶν. REISK. Subaudi solum ἐᾶν. Idemque subaudiendum post τοὺς ἄλλους. SCHAEF.

1461, 15. χώραν—τετελεσμένοι] *Locum immunem habent, dum*

ipsi bonorum suorum foenora exigunt, ut interpretatur Reisk. in Ind. Graecit.

1461, 28. πολλὰ—τῷ λόγῳ] *Multis enim ambagibus uti quis possit in orando: multa ad rem non facientia oratione complecti quis possit.* SCHAEF.

1462, 1. ἄλλως τε καὶ ὥσπερ] *Inprimis si imitetur nonnullos horum, qui arte orandi valent.* SCHAEF.

1462, 13. ὡς δὲ—ἀκούειν] Scilicet λέγειν. SCHAEF.

EPISTOLAE.

Epistolae hae Bekkero spuriae sunt. Taylorus ad Aeschinis Epistol. p. 652 R.: "Nemo hodie est quin Demosthenis Epistolas confictas atque isti nomini temere adsutas esse credat: adeo manifesta res est." Nec pro genuinis, ut videtur, habuit Piersonus: citans enim Demosthenicos locos ad Moer. p. 95 b. non citavit p. 1463. 18. Diversa, opinor, sententia fuit Hemsterhusii, quem v. ad Thom. M. p. 853 a. Atque Aristides aliquot earum locos ita citat ut Demostheni tribuere non dubitet. V. vol. 1. p. 536. vol. 2. p. 450. Jebb. [Epistolas secundam et tertiam aliquoties citat Hermogenes.] Neque aliter grammatici, ut Harpocration s. v. *ἐρανίζοντες*, *Καλαυρία* et *φθόην*. et Antiatticista in Bekk. Anecd., qui Epist. I. primam citat p. 110, 5. 111, 31., Epist. III. p. 77, 16, 94, 3. Add. not. ad p. 1481, 22. 1484, 3. Mihi quidem quamvis suspicioso certa falsarii vestigia deprehendere non licuit. Quod si has Epistolas orator Paeaniensis non scripsit, scripsit homo non contemnendus, dignissimus ille princeps vocari sophistarum, e quorum officinis tot Epistolae supposititiae prodierunt: ut in semetipsum videatur fuisse injuriosus, cum doctae fraudis tegendae ergo latere personatus quam nomen magna celebrandum laude ad posteritatis memoriam prodere mallet. Ceterum haec intelligantur de quatuor primis Epistolis: nam de quinta sextaque prorsus assentior iis qui a Demosthene scriptas esse negant. SCHAEF. Epistolae proculdubio spuriae et sophistae ineptissimi foetus. DOBR.

EPISTOLA I.

1462. ΕΠΙΣΤΟΛΗ—ΟΜΟΝΟΙΑΣ.] Hanc epistolam, ut et caeteras fere omnes, apparet in exilio scriptam, de quo vide Vitam ejus a Plutarcho descriptam. WOLF. Vulg. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΜΟΝΟΙΑΣ. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ. *Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.* Titulus *Δημοσθένης—χαίρειν* abest a Bavarico, sed legitur mox pone verbum *ἐπιστέλλω* p. 1463. 5. Atque hanc in sedem ego deduxi. Idem est verborum ordo in editione harum epistolarum prima ab Aldo curata, non quidem in oratio-

num corpore, (nam ei desunt epistolae,) sed in Collectione Epistolarum Graecarum anno 1494. edita: unde repetitae sunt, si quas ex Aldina afferam varias lectiones ad has epistolas. REISK. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΜΟΝΟΙΑΣ] ἐν ἄλλῳ περὶ παρασκευῆς S. Qui titulus argumento epistolae paulo accommodatior est. SCHAEF.

1462, 3. εὔχομαι — ἑλέσθαι] Imitatio manifesta exordii orationis de corona.

1463, 2. ἐκκλησιάσασιν] Malim ἐκκλησιάσουσιν. SCHAEF.

1463, 3. ἐπινοίας] Ambigo inter ἐπινοίας vulgatum et ἐπιπνοίας, *inspirationis*. REISK. Non fuit cur ambigeret. Recte interpretatur Ind. Graecitat. SCHAEF.

1463, 12. ῥᾴδιον] F. ῥᾴδιον ὄν. SCHAEF.

1463, 15. ἔργον] Subaudi ὑμῖν. *Difficile vobis est acquiescere consilio vobis per epistolam dato illudque sequi.* REISK. Melius interpretatur Wolfius not. seq. Ut nihil subaudiendum sit. SCHAEF.

ἐξ ἐπιστολῆς ἐμμεῖναι συμβουλῇ] Id est, *per literas datum consilium probare judicio concionis.* Non dissimilem collationem orationis scriptae et ab ipso oratore pronunciatae vide in Isocratis Philippica et epistola prima. WOLF.

1463, 16. πολλοῖς—μαθεῖν] Id est, *multa prius refutatis quam ea satis cognoveritis.* Meliore conditione sunt nostri concionatores, qui pro imperio, quicquid vel in buccam venit, proclamant. WOLF.

1463, 22. καὶ—εἰρῆσθαι] τὸ καὶ redundare puto. *diis propitiis, diis approbantibus.* WOLF. καὶ abesse mavult Wolfius. εἰρήσθω et εἰρήσεται dat margo Lutetianae. Sed bene habent verba καὶ σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι. Subaudi μοι ταῦτα βούλομαι. *volo hoc, quod dicam, diis propitiis mihi dictum esse.* Praeferrem tamen utique εἰρήσθω, si codices id darent. REISK. Mihi scribendum videtur: ὡς σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι. Plato Republ. 3. p. 414. HSt. ὡς ἐν τύπῳ—εἰρῆσθαι. SCHAEF. Recepi ὡς.

1463, 27. ὅ τι ἂν τύχωσιν] Vel *quicquid oblatum fuerit*, id est, *quacunque de re*, vel *quicquid in mentem* vel *buccam venerit.* Fortasse Demadem notat. WOLF. Posterius verum esse docet quod antecedit ἄνευ λογισμοῦ. SCHAEF.

1464, 3. ῥᾳδίαν—καταστῆσαι] Conf. Olynth. I. p. 9, 9. DOBR.

1464, 20. ὡς ἀναγκαίοις τοῖς—] F. ὡς ἀναγκαίοις οὖσι τοῖς—. WOLF. ὡς ἀναγκαίοις, καὶ συνεστηκόσιν, εἰς κίνδυνον ἥκουσι πρόδηλον margo Lutetianae. Idem margo quoque seorsim dat ἀναγκαίως. Lambinus in indice sic constituit: τοὺς συνειδότας αὑτοῖς, ὡς ἀναγκαίως εἰς κίνδυνον ἥκουσι πρόδηλον, τοῖς συνεστηκόσι προθύμους συναγωνιστὰς ποιεῖ. Videtur vulgata lectio aut bona esse aut saltim defendi posse ad hanc sententiam: *illos, qui conscii sibi sunt, quod manifestum habeant periculum ut necessarii conspiratorum.* Sic ad verbum. τοὺς συνειδότας αὑτοῖς ἔχουσι κίνδυνον (ubi ἔχουσι est dativus pluralis participii praesentis) idem est atque τοὺς συνειδότας αὑτοῖς, ὅτι ἔχουσι κίνδυνον (ubi

ἔχουσι est tertia pluralis indicativi praesentis) ὡς ἀναγκαῖοι τῶν συνεστηκότων. Appellat autem τὰ καθεστηκότα statum Graeciae, qui tum erat sub Alexandri M. et Antipatri Macedonumque reliquorum dominatu libertatem Graeciae servitute oppressam tenentium. Jam exstincto Alexandro aut sub extrema ejus tempora Graeci libertatem rursus affectabant: quibus auctor est Demosthenes ut in neminem, qui Macedonum studiosus fuisset, ideo animo sint infesto. Hos amicos Macedonum appellat τοὺς συνεστηκότας: et οἱ ἀναγκαῖοι τῶν συνεστηκότων sunt ii, qui cum amicis Macedonum caussam fecissent communem cum illisque juncti fuissent vinculis necessitudinis indissolubilibus. Sententia igitur erit haec: Auctor vobis sim ut animo erga neminem sitis acerbo eorum, si qui cum Macedonibus fecerint. Qui enim conscii sibi sint, se ut necessarios et familiares sceleratì sodalitii manifestum in discrimen incursuros, eos metus ille ad conjunctionem animorum adiget tanto arctiorem studiumque illis addet atque contentionem tanto alacriorem partes suas modis omnibus tuendi. REISK.

1465, 5. βούλησθε] βούλοισθε Sauppius.

1465, 8. γεγενῆσθαι—τῶν θεῶν] Verbum verbo: *factum autem esse usum, indigentiam, utilitatem*, vel *necessitatem secundum ea, quae evenerunt a diis.* Quid sit τὸ τὴν χρείαν γεγενῆσθαι, me non satis intelligere fateor. Verti quidem: *id praelatum esse consilium, quod cum deorum voluntate congruerit*, hoc est, *divinitus esse factum, ut vel hoc vel illud consilium auditores amplecterentur, prout eos dii vel perire vel incolumes esse voluerint.* Videtur certe culpam a suasoribus transferre in fati necessitatem, ut Cicero in oratione pro M. Marcello. χρείαν Suidas interpretatur ὑπόθεσιν, πρόνοιαν, Hesychius ἔνδειαν, χρέος. WOLF. Conf. Ind. Graecitat. s. v. χρεία. Vertam: *fructum autem consiliorum pependisse e rebus divinitus immissis.* SCHAEF.

1465, 17. ἰδίων] ἰδιωτῶν. Nam de rei familiaris curatione Athenienses admonere et alienum huic loco et supervacaneum fuerit. Illud vult, civium non tantum universorum, sed etiam singulorum esse curam suscipiendam: in quo numero sui quoque rationem habendam esse admonet. WOLF. ἰδίων non mutandum. τὰ κοινῇ συμφέροντα h. l. sunt, ut opinor, quae totius Graeciae. τὰ ἴδια, quae Atheniensium salutem spectant. Male Reiskius not. sequ. SCHAEF.

μέμνησθε] Malim οὐ (vel μὴ) μέμνησθε. *et privatae si quae suae cuique oblatae fuerint injuriae, eas oblivioni date.* REISK.

1465, 20. προποθεὶς] *Propinatus.* Vehementius est, quam προδοθεὶς, *proditus, desertus*, et frequens Demostheni. WOLF. Lutetianae scholiastes: προποθεὶς] ἤγουν προδοθεὶς, παρὰ τὸ προπίνειν. SCHAEF.

1466, 3. στρατηγῶν] Non requirerem, si abesset. V. v. 7. SCHAEF.

1466, 8. εὐτυχῇ—κατορθοῦν] Hac de re exstat egregia Plutarchi declamatio περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς. WOLF.

1466, 11. ἐκείνου] Post h. v. videtur ὅτε vel simile quid deesse. *Nunc igitur, eo sublato, cum fortuna quaerat, quibuscum in posterum stet, (quos vos esse oportet,) ducesque constituite—.* REISK. Alia ratio vinciendi haec Lambino placuit. V. not. sequ. SCHAEF.

1466, 12. τε] δὴ margo Lutetianae. REISK. τε δὴ Sauppius.

1467, 1. κατὰ τῶν νικητηρίων—εὐξάμενοι] Et hic sententiam potius quam verba secutus verti: *votis pro victoria nuncupatis.* WOLF. Recte interpretatur Reisk. in Ind. Graecitat. Est i. q. τὰ νικητήρια—θύσειν εὐξάμενοι. Plutarchus V. Marii c. 26. ηὔξατο τοῖς θεοῖς κατὰ ἑκατόμβης. ubi confer quae statim sequuntur. Eustathius ad Odyss. p. 1454, 29. ὅτι δὲ τὸ χίλια ζῶα ὑποσχέσθαι κατὰ χιλίων εὔξασθαι ἐφράζετο, δηλοῦσι χρήσεις παλαιαί. οὕτω δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ κατὰ ἑκατὸν βοῶν καὶ λοιπῶν. Scholiastes ad Euripid. Phoeniss. 1416. Valck. καθ' ἑκατόμβης ἀνδρῶν ηὔξατο. ubi v. Valckenarius. SCHAEF.

EPISTOLA II.

1467. ΠΕΡΙ—ΚΑΘΟΔΟΥ.] Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου ἐπιστολῇ Harpocration s. v. Καλαυρία.

1467, 1. μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν] *Ut cujus nullae in vos injuriae essent.* μηδὲν positum est ob constructionem obliquam. οὐδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν τοιαῦτα πέπονθα p. 1468, 1. SCHAEF.

1467, 2. μέτρια ἂν ἐξαμαρτὼν] *Si forte ita caderet ut levem culpam committerem.* ἂν junctum participio quam vim habeat docent quae scripsi ad p. 36, 2. 117, 10. 258, 11. 551, 28. SCHAEF.

1467, 6. πρὸς—καταψηφιζομένους] Significat, opinor, ab Areopagitis, conspiratione quadam facta, falsis indiciis circumveniri et opprimi insontes. Neque veterem in illo concilio sanctitatem illa aetate fuisse, vel ex Isocratis Areopagitico apparet etiam improbos et caeteris in rebus intolerabiles in eum ordinem admitti solitos confitentis. Quod autem addit, eosdem illius loci institutis potius quam improbitati suae parere, id nihil fortasse vetat inter paradoxa Stoicorum numerare. WOLF. Non Areopagitae intelligendi, sed idem ille Senatus, cui epistola inscripta est. SCHAEF.

καταψηφιζομένους, ἁπάντων—] Distinxi melius sic, ut post καταψηφιζομένους comma ponerem, positum post ἁπάντων delerem: ubi in illo priore subauditur ἐμοῦ, in hoc posteriore τῶν ὑμετέρων καλῶν καὶ δικαίων. *vos vestris juribus atque decoribus vosmet ipsos exuere eaque rapientibus concedere non minus quam me illis denudari simul omnibusque meis reliquis fortunis.* REISK. Cave ἐμοῦ ad καταψηφιζομένους subaudias: quippe non agitur de solius Demosthenis condemnatione. V. v. 17. SCHAEF.

1467, 8. στέργειν ἡγούμην] F. a. δεῖν. Aut στέργειν εἱλόμην. WOLF. Mihi videtur scribendum ᾑρούμην. SCHAEF.

1468, 6. μηδ'] Plene: μηδὲ νομίζετε. SCHAEF.

1468, 11. ἐν κεφαλαίῳ δὲ] *Ut autem summatim dicam.* SCHAEF.

1468, 12. ἐμοὶ] Pro ὑπ' ἐμοῦ, *a me.* Beneficia Demosthenis in oratione περὶ στεφάνου copiosius explicantur. WOLF.

1468, 13. προσδοκᾶσθαι] προτείνεσθαι margo Lutetianae. Dura dictio et insolens ἐλπίδα προσδοκᾶσθαι. Alius dixisset παρίστασθαι aut προδείκνυσθαι. REISK.

1468, 25. ἡγούμην] Malim ἡγοῦμαι. SCHAEF.

1469, 2. κοινὴν] Oppositum est antecedentibus ἐγὼ μόνος. Male edd. vet. καὶ νῦν. SCHAEF.

1469, 10. τοίνυν] *Porro.* Significat transitum ad aliud argumentum. ἔτι τοίνυν p. 1470, 5. SCHAEF.

1469, 12. ἐγὼ] Post h. v. videtur δικαίως vel ὡς χρὴ vel tale quid deesse. REISK. Non deest. Poterat sic scribere: ἐν ᾗ ἐξηταζόμην ἐγὼ πολιτευόμενος. SCHAEF.

1469, 19. πρὸς Πύθωνα] Vide orat. de corona (p. 272, 15. ibique Dissen.) et Plutarchum in Vita et Lucianum in Encomio Demosthenis. WOLF.

1469, 28. ἐφ' οἷς—ἄγασθαι] Rarior constructio, sed proba. V. H. Stephani Thesaur. SCHAEF.

1470, 1. σκοπεῖν] *Circumspicere, curare ut adsit.* Idem usus verborum ἰδεῖν et ὁρᾶν. V. Addenda ad Sophocl. Ajac. 1165. SCHAEF.

1470, 5. ἕτερος] S. ἢ γέγονα. *si fuissem alius quam fui.* WOLF. Immo *alius quilibet.* Sequitur enim ἠξίου. non ἠξίουν. SCHAEF.

1470, 8. ἐξητασμένος] Lutetianae Scholiastes: ἠριθμημένος. παραγενόμενος. Conf. p. 1468, 11. 1469, 17. SCHAEF.

1470, 17. ὧν] Subaudi κληρονομεῖν. SCHAEF.

1470, 21. τῶν—γραφέντων] Sunt genitivi plurales generis masculini, non neutrius. Idem est ac si dixisset: καὶ ἐκ πάντων, ὅσοι ἐγράφησαν τῶν Ἁρπάλου χρημάτων μετεσχηκέναι, μόνος ἐγὼ διὰ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ἐποίησα τὴν πόλιν ἀνέγκλητον. REISK. Cum sequatur μόνα τὰ—, etiam τῶν γραφέντων non puto esse posse nisi neutrius generis. Sed videndum ne γραφέντων mutari oporteat in πραχθέντων. Excidit autem Epistolographos (opinor, ne genitivi durius concurrerent) ex incepta constructione. Sic enim debebat τὸ ἑξῆς pergere: τῶν τε—Ἁρπάλου μόνων τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ἀνέγκλητον πεποιηκότων τὴν πόλιν. Quo arctius igitur οὔτε τῶν— et τῶν τε— jungerentur, post ἐξελεγχθέντων posui hypostigmen. SCHAEF.

1470, 26. τῶν σεσωκότων] *Quae saluti fuerunt.* WOLF.

1471, 1. οὐδείς] Scilicet ἔλεγχος. SCHAEF.

1471, 3. πεῖράν μοι δέδωκεν—] *Expertus didici nihil valere—.* Oratoria haec, non philosophica. SCHAEF.

1471, 10. πρόσθεν παρεληλυθὼς] Mirum haec jungi. SCHAEF.

1471, 11. τῆς ἀνελέγκτου] Vulg. ἀνεγκλήτου. ἀνελέγκτου Bavaricus. Vulgatam si tueri velimus, erit ἀνέγκλητος αἰτία *crimi-*

natio, quam fas non sit ad judicem in forum deferri, illegitima caussa, incompetens. REISK. Frustra defendit quod defendi non potest. SCHAEF.

1471, 15. ἀπεγνωκὼς] Zonaras p. 258. fortasse ex h. l. Ἀπεγνωκώς. ἀποδοκιμάσας. οὕτως Δημοσθένης. SCHAEF.

1471, 17. οὐκ ἂν—ὢν] *Non futurus.* Scilicet *si in carcerem conjicerer.* SCHAEF.

1471, 20. ἀβουλεῖν] V. Anecd. Bekk. p. 322, 6. SCHAEF.

1471, 23. εἴς τε] Ad hoc refertur ἔν τε p. 1472, 3. SCHAEF.

1472, 2. Recte κἀγὼ Bekker. e duobus codd. addidit. Nam inter se opponuntur μάλιστα μὲν οἱ θεοὶ— et εἶτα κἀγὼ—. SCHAEF.

1472, 3. τι] Videtur delendum esse ut natum e littera proxime sequenti. V. p. 1474, 7. SCHAEF.

1472, 5. τῇ κατ' ἐμὲ ἀγνοίᾳ] Id est ἐπὶ τῇ—. *ob errorem circa me* vel *in me commissum.* V. Epist. III. p. 1474, 7. REISK. Adverte constructionem verbi ἐπιτιμᾶν cum dativo et personae et rei: quae constructio fortasse etiam p. 1474, 7. obtinet. Ceterum v. not. ad p. 1473, 27. SCHAEF.

ἐγὼ—παρειχόμην] *Ego, prout me decebat, de vobis nihil non dixi* εὐφήμως. SCHAEF.

1472, 7. μου] με vulgo. "Placet μου: sic enim Attici solent. Quod si quis accusativum praeferat ut jungendum proximo τιμῆσαι, consulat quae Porsonus egoque scripsimus ad Euripid. Med. p. 77. edit. tert. Lips." SCHAEF.

1472, 8. εἰς τὸ παρὸν] ἐν τῷ παρόντι. Sed quid si ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν παροῦσαν ἐμοὶ συμφοράν; *ad hunc casum sublerandum, ad defendendam salutem meam contra inimicorum potentiam.* WOLF. Prius verum. SCHAEF.

1472, 10. ἐν Καλαυρείᾳ] Citat h. l. Harpocration s. v. Καλαυρία. De scriptura hujus nominis v. annot. crit. ad p. 1188, 7.

1472, 12. οὐ γὰρ εὖ οἶδά γε] Enclitica significat praecise negari τὸ εὖ εἰδέναι: unum solum relictum esse τὸ ἐλπίζειν—. SCHAEF.

1472, 15. ἀλλ' ὅτι—ἀφορῶ] Locus egregius, plenus ille affectus tenerrimi. Legens haec nemo non recordetur Ulyssis ἱεμένου καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι ἧς γαίης. SCHAEF.

1472, 16. ἐμαυτῷ] Subaudi παροῦσαν. REISK. ἔχοντι subaudit in Ind. Graecitat. Per me licet subaudias sive hoc sive illud: modo ne cogites de ellipsi. SCHAEF.

1472, 20. ἃ—ἤδη] ἐψηφίσασθε. SCHAEF.

1472, 22. ἐπεὶ] Redit ad superiora μήτε ἀνάξιον ὑμῶν μηδέν μοι συμβῇ. Necesse enim erat, si Demosthenes violentas ipse sibi manus inferret, inde ad Athenienses invidiam redire. REISK. Male intellexit quod sequitur τεθνάναι. Intelligenda poena capitalis in caussa Harpalica. SCHAEF.

1472, 26. θρασύνεσθαι] δηλονότι λέγοντα, ὅτι τεθνάναι με κρεῖττον ἦν. SCHAEF.

1473, 11. οὐδ'] Scilicet ἐπιτήδειον. SCHAEF.

1473, 12. *τοῖς μάλισθ'*] Scilicet *εὔνοις*. *bene velle multitudini, ut qui maxime.* WOLF.

ἵνα—γράψω] *ἵνα μὴ εἴπω μάλισθ' ἁπάντων*. SCHAEF.

1473, 15. *ὑπάρχοντά μοι κατ' ἐμαυτὸν*] Malim *ὑπάρχοντ' ἐμοὶ κατ' ἐμαυτόν*. *mihi soli, seorsum mihi.* Poëta Il. 1, 271. *καὶ μαχόμην κατ' ἔμ' αὐτὸν ἐγώ.* Quod vulgo male intellectum Heynius recte interpretatur. SCHAEF.

1473, 27. *τοῖς ὑφ' ὑμῶν ἀγνοηθεῖσιν*] *τῇ κατ' ἐμὲ ἀγνοίᾳ* p. 1472, 5. Mox opponitur: *ἐπειδὴ δὲ ἐγνώκαθ'*—. Vide mihi quam molliter hoc ulcus tangatur. SCHAEF.

1473, 28. *ἔστω—πεπρᾶχθαι*] Hoc est. *συγχωρῶ καὶ οὐκ ἀντιλέγω. ὅτι δι' ὑμᾶς ἐκεῖνα ἔπραξαν. ὑμῶν χειροτονησάντων καὶ κελευσάντων. ἐμοῦ κατηγορήσαντες.* WOLF. *δι' ὑμᾶς* refero ad *ἔστω*, non cum Wolfio ad *πεπρᾶχθαι*. *vobis condono facinus illorum.* SCHAEF.

1474, 2. *ἐῶσι*] Subaudi *ἐμέ*. Idem est ac si dixisset: *ἐὰν ἐμὲ ἐῶσιν ἐν εἰρήνῃ, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ποιοῦσιν, οὓς ἀφήκατε ὑμεῖς.* *si, ut reliquos omittunt a vobis absolutos, ita me quoque sinunt tranquillum neque pergunt exagitare, sed patiantur in urbe esse.* REISK. Male *ἐῶσι* retulit ad *ἐάν*: referendum est enim. quod ipsa interpunctio ostendit. ad *ὥσπερ*. Scilicet *ὥσπερ—ἐῶσι* est i. q. *ὥσπερ τοῖς λοιποῖς συγχωροῦσι*. SCHAEF.

EPISTOLA III.

1474. ΠΕΡΙ—ΠΑΙΔΩΝ] Taylorus in Proleg. ad orat. adversus Aristogit. "—in literis, quas (Demosthenes) exsul S. P. Q. A. pro liberis Lycurgi dedit, *si tamen dederit*, —." Ruhnkenius ad Rutil. p. 40.: "Demosthenes, vel quisquis auctor est Epistolae de Lycurgi liberis. —." Spuriam dicit Epistolam Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 468. vol. 2. p. 244. Ut Demosthenica citatur a Pseudo-Plutarcho Vit. 10. rhet. p. 842 E. Ac nisi meus me sensus prorsus fallit. toti impressa sunt signa talis facundiae. quae aut Demosthenem aut aemulum ejus oratorem deceat. SCHAEF. Tetigit hanc Epistolam iterum Boeckhius in libro de re navali p. 244. et 427. ubi recte monet scriptam eam fingi circa Olymp. 113, 4. Conf. ad p. 1482, 5.

1474, 5. *μὴ παριδεῖν*] Subaudi *ταῦτα*. REISK.

πρὸς φιλονεικίαν] *φιλονείκως*, *contentiose, adversandi studio.* WOLF.

1474, 7. *τοῖς*] Vulgo *ἐπὶ τοῖς*, *ἐπὶ* om. B. S. Q. recte: ut eadem hic sit constructio quae p. 1472, 3. SCHAEF.

1474, 8. *Λυκούργου*] Hujus bene meriti de republica viri vitam vide apud Plutarchum in vitis decem oratorum. Liberos ejus missos esse factos. aere alieno condenato. scribit Aeschines Epistola ultima. WOLF. De vita Lycurgi v. M. H. E. Meieri Commentatio de vita Lycurgi quae Plutarcho adscribitur. Halis Sax. 1847.

ἐπέστειλα μὲν οὖν ἂν—] Respondet *ἐπέστειλα μὲν οὖν ἂν*—

p. 1475, 15., ubi coepta hic oratio post longiorem interpellationem resumitur. REISK.

1474, 12. περὶ τὴν διοίκησιν] Fuit enim quaestor aerarius. WOLF. V. Wesselingius ad Diodor. Sicul. 16. 88. (ubi in Lycurgeis scribo :—δουλευούσης, τούτων ἁπάντων—. SCHAEF.

1474, 15. οὐδὲν εἰωθὼς γράφειν] De psephismatis intelligendum. SCHAEF.

1475, 13. ἐφ' οἷς—ἐξητεῖτο] "*Ob quae a Macedonibus ad supplicium deposcebatur.*" Reisk. in Ind. Graecitat. V. Pseudo-Plutarchus Vit. 10. rhet. p. 841 E. SCHAEF.

1475, 15. ἐπέστειλα] ἐπέστειλα—τὴν ἐπιστολὴν p. 1474, 8. Quae caveat tiro sic componere ut illius loci dictionem plenam, hujus ellipticam habeat. Quippe ἐπιστέλλειν saepissime solum per se valet i. q. ἐν ἐπιστολῇ γράφειν et ita construitur ut τὸ ἑξῆς substantivum ἐπιστολῇ subaudiri vetet. Insolentius quod legitur p. 1483, 6. γράψας ἐπέσταλκα. SCHAEF.

1475, 28. δημοτικὸν παρὰ πάντας] δημοτικώτατον πάντων. SCHAEF.

ἐν τῷ φῆσαι] Spectavit hunc locum Pseudo-Plutarchus l. c. p. 841 F. SCHAEF.

1476, 2. τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ δεδέσθαι] V. Pseudo-Plutarchus l. c. p. 842 D. SCHAEF.

1476, 13. γὰρ] Est *nempe, scilicet.* REISK.

1476, 22. μετὰ ταῦτα δὲ, ut p. 1478, 13. 1481, 13., recte codd. pro vulgato μετὰ δὲ ταῦτα. SCHAEF.

1476, 25. εἰς τοὺς—εὐδοξίαν] Id est εἰς τοὺς αὐτοῦ παῖδας καὶ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν εὐδοξίαν. REISK. Quin etiam τὴν εὐδοξίαν intelligendum de fama mortui. SCHAEF.

1477, 2. λύσασθαι] Lycurgi filios. Xenophon. Anab. 7, 8, 6. καὶ ἵππον—λυσάμενοι ἀπέδοσαν. Diodorus 1, 84. λυπούμενοι τοὺς αἰλούρους καὶ τοὺς ἱέρακας ἀπάγουσιν εἰς Αἴγυπτον. Recte λυτρούμενοι Gallus (fort. Boissonadus): id quod Coraës olim scripsit Eichstadio. V. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 731. SCHAEF.

1477, 3. ἐκ τῶν προσιόντων] Ex aerario. SCHAEF.

1477, 5. εἶναι· τίμημα—ἀφεῖναι, ὃ λόγῳ] Vulg. εἶναι· ὃ λόγῳ. Post εἶναι addit Bavaricus: τίμημα δῶρον ὀκνοῦντας ἀφεῖναι. Integravi locum e Bavarico paululum a me emendatum :—εἶναι· τίμημα δ' ὁρῶν ὀκνοῦντας ἀφεῖναι,—. In quibus δ' ὁρῶν effeci e vitioso, quod ibi est, δῶρον. *mulctam autem remittere vos cunctantes atque recusantes ego videns, quae mulcta illis per calumniam solummodo et per invidiam est irrogata, non habeo quod statuam.* τίμημα λόγῳ γεγονὸς est *mulcta non criminibus merita, sed ex criminationibus adversariorum contracta.* REISK. Loci haec emendatio, nunc codicis auctoritate confirmata, digna est acumine Reiskiano. Sed interpretanti τίμημα λόγῳ γεγονὸς Reiskio non assentior: videndumque ne hic etiam vitium lateat. Pro ὃ λόγῳ habet ὁμολογῶ margo Q. Num forte scribendum ὃ ὁμολογουμένως φθόνῳ γέγονεν? SCHAEF.

1477, 13. *ἀνουθέτητος ὢν εἰκότως*] At praeceptorem Lysidem Pythagoricum et condiscipulum Epaminondam, omnis officii exemplum, habuit, nec ignoravit quibus rationibus vel odia Graecorum mitiganda vel studia allicienda essent. WOLF.

1477, 16. *πράττων*] Post h. v. videtur *μάλιστα* deesse. REISK. Non deest. Parce laudatur Philippus. SCHAEF.

1477, 17. *οὐκ ἐτόλμησε δηλῶσαι*] *Non ausus fuit prodere, cum quidem et quorum et qui essent explorasset.* *ἐξετάσας* licet exponere *καίτοι ἐξητάκει*, *quamvis nosset* : et *ἐξετάσαι καὶ δηλῶσαι*. *non ausus fuit*, hoc est, *verecundatus est inquirere et prodere*. WOLF. *ὁπλῶσαι* margo Lutetianae. *δηλῶσαι ἐξετάσας* possit bene habere idemque esse atque *δηλῶσαι ἑαυτὸν, ὅτι ἐξήτασε*. *ausus non est prodere, semet indagavisse cujates et unde orti sint.* Quia tamen haec sententia ab hoc loco aliena est, malim *σκυλεῦσαι*. *jacentes spoliare ausus non est, postquam cognorit, cujates essent.* REISK. Vellem tenuisset quod posse bene habere ipse suspicatus erat. Deleta subdistinctione junge *δηλῶσαι ἐξετάσας*. Plutarchus V. Caesar. c. 67. *ὑπεδήλου τῇ πολλῇ σιωπῇ Καίσαρα μὲν οἰκτείρων, αἰδούμενος δὲ Βροῦτον.* V. Valckenarius ad Herodot. 4. 42. Scilicet Philippi lenitas comparatur cum atrocitate Atheniensium. Ille, tyrannus semibarbarus, quos vicerat hostes non amplius curavit neque in eos inquisivit, ut etiam victoria potitus vexaret : hi, ad omnem exculti humanitatem, innocentissimi meritissimique civis liberos insectantur. Hanc vero sententiam ab hoc loco alienam dicemus? Immo est tam apta, vix ut cogitari possit aptior. Ceterum *οὐκ ἐτόλμησε* vertendum *non sustinuit*. SCHAEF. Verum, ut videtur, scripturam *δῆσαι* restituit Dobraeus, quam recepi. Alludi autem Dobraeus monet ad captivos post res ad Chaeroneam dimissos.

1477, 20. *ὁμοίως*] M. *οὐχ ὁμοίως*. Nam Demosthenis adversarii volebant utilitatis sine dignitate rationem haberi. WOLF.

1477, 27. *ὥσπερ ὑπὲρ σταθμῶν*—] Cives non judicandi ut pondera et mensurae. Haec sic exigi oportet, omnia ut ejusdem sint quantitatis : in illis habenda ratio *τῆς προαιρέσεως* suoque quisque modulo metiendus. SCHAEF.

1478, 11. *τοῖς παισὶ—διαφυλάξουσιν*] Vertendum : *sed adeo liberis* (mortuorum) *inimici esse pergant.* SCHAEF.

1478, 13. *παρόντος*] *Quamdiu licet uti* : quasi dicas *μέχρι τῆς παρουσίας τοῦ χρῆσθαι*. Sic etiam Reisk. in Ind. Graecitat. s. v. *μνημονεύειν* et *παρεῖναι*. *ὅσον ἂν χρῆσθε χρόνον* p. 1476, 21. SCHAEF.

1478, 16. *Μοιροκλῆς*] Lycurgi liberos vinctos esse *Μενεσαίχμου μὲν κατηγορήσαντος, γραψαμένου δὲ Θρασυκλέους* narrat Pseudo-Plutarchus l. c. p. 842 E. ubi Ruhnkenius Histor. Crit. Orator. Graecor. p. 80. *Μοιροκλέους* pro *Θρασυκλέους* scribendum censet. Non assentior. Thrasycles fuit *ὁ γραψάμενος* : Moerocles, ut Archon, *ὁ δήσας*. SCHAEF. In *Θρασυκλέους* consentit Photius. Undecimviris commissi sunt post Lycurgi fata filii ejus, cum nomen eorum detulisset Thrasycles, in judicio autem accusasset

Menesaechmus, in altera vero accusationis parte, quae erat περὶ τοῦ τιμήματος sive de litis aestimatione, verba fecisset Moerocles. Cujus criminis rei facti sint non traditur; sed ipsa rerum cohaerentia et epistola Demosthenica atque Menesaechmi nomen efficere videntur accusationem ad paternam aerarii administrationem pertinuisse. MEIER. Comment. de Lycurgi vita p. 55.

1478, 22. τὰ δίκαια ταῦτα] τὸ δῆσαι τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι. SCHAEF.

εἰ δὲ—προσήκει,] *Si vero negabit tunc se Archontem fuisse* (ut sui juris non fuerit jubere Tauream, Pataecum et Aristogitonem in vincula duci), *leges eum* (qui et ipse fuerit in carcere) *ne concionari quidem* (nedum Archontis munere fungi) *patiuntur*. SCHAEF.

1478, 24. ἴσον] δίκαιον. Quae significatio est sermonis propria democratici; nam in aristocratico ἴσος est i. q. ἄδικος. Conf. Dionysius Halic. vol. 4. p. 2091. SCHAEF.

τοὺς μὲν—ἔξεστι] Bekkerus: "τοὺς μὲν om. γρ. Q." et: "μηδὲ λέγειν ἔξεστι] μὴ ἔξεστι γρ. Q." Utrumque placet. Scribam igitur: ὥστε πῶς ἴσον ἐστὶν ἄρχειν οἷς μὴ ἔξεστι. SCHAEF.

1479, 3. μὲν μὴ] μὲν expungendum esse suspicor. SCHAEF.

1479, 11. οὐχ ὡς ἐπιτιμῶν δὲ—] Videlicet in illorum virorum posteris fuerunt, ut adsolet, fruges consumere nati, qualis ille Lysimachus, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ ἔβοσκεν. V. Plutarchus V. Aristid. c. 27. De Aristide Justi nepote v. Plato Theaetet. p. 151. in. HSt. SCHAEF.

'Αρχῖνος] V. ad p. 742, 25.

1479, 13. τὰ τοιαῦτα] Scilicet τὸ ἀπομνημονεύειν τοῖς παισὶ τὰς πατρικὰς εὐεργεσίας. REISK.

1479, 15. τούτων] τούτων (ut et ταῦτα v. 11.) redit ad exempla grati memorisque animi a P. A. erga liberos patrum bene de se meritorum demonstrati. REISK.

1479, 16. αὐτῶν] Melius αὑτῶν. SCHAEF.

1479, 20. χρήσιμοι] Scilicet τῇ πόλει. REISK.

1479, 21. ἑοράκατε] Post h. v. deesse videtur χάριν ὑμᾶς ὀφείλειν. REISK. Non deest. Jungenda τὰς εὐεργεσίας ὑπειληφότας. Quod ipse Reiskius alio tempore intellexit. V. not. seq. SCHAEF.

ὑπειληφότας] ὑπολαμβάνεται, quae non certo scimus, ut ea, quae videmus ipsi praesentes, cum coram geruntur, sed ea, quae fide aliena novimus. REISK. ὑπολαμβάνομεν etiam ἐξ ὧν ὁρῶμεν: id quod hic ipse locus recte intellectus docet. SCHAEF.

1480, 5. τὰς λύσεις] ἀπόλυσις p. 1479, 1. V. interpret. ad Longin. p. 438. Weisk. SCHAEF.

1480, 8. τοῦθ'] Scilicet ὅτι τοῖς μὲν ἄλλην τινὰ κτησαμένοις φιλίαν κ. τ. λ. v. 2. SCHAEF.

1480, 9. Λάχητι τῷ Μελανώπου] V. ad p. 703, 21.

Λάχητι—'Αλεξάνδρου] Haec verba collata cum Aeschinis quae fertur Epist. 12. p. 700. καὶ περὶ μὲν τῶν Λυκούργου παίδων Δημοσθένης ὑμῖν ἐπιστέλλει καὶ δεῖται, καλῶς ποιῶν, χαρίσασθαι τὸ πατρῷον αὐτοῖς ὄφλημα καὶ ὑμεῖς οὐδὲν ἀλλ' ἢ 'Αθηναίων ἔργον

ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενον ἐποιήσατε, probant filiorum Lycurgi ὄφλημα fuisse ex multa ab judicibus dicta ortum, verba autem p. 1477, 25, περὶ ὧν τὸν πατέρα αἰτιῶνταί τινες, τοὺς υἱεῖς δεδέκατε. et 1478, 5. ἐκεῖνον ὅτ᾽ ἔζη, ἔδει δίκην διδόναι, τούτους δὲ μηδ᾽ οὕτως ἐφ᾽ οἷς ἐκείνῳ τις ἐγκαλεῖ, τυγχάνειν ὀργῆς, et illud Hyperidis τοῦτον ἡ πόλις ἡμῶν ἠτίμασε καὶ τοὺς παῖδας ἔδησεν αὐτοῦ, ea igitur omnia docent damnationem liberorum ad res a patre gestas pertinuisse. Lycurgi filios non tantum in carcerem conjectos esse, sed in vinculis etiam et catenis fuisse, demonstrant verba epistolae p. 1477, 25. et 1478, 20 sq. MEIER. Comment. de vita Lycurgi p. 57.

1480, 13. Μνησιβούλῳ] Item factionis Macedonicae, ceteroqui bono viro. Quanquam pro hoc Alexander non intercessit. SCHAEF.

1480, 16. καλῶς ποιοῦντι] *Ut illius merita postulabant, ut merebatur: quod equidem gaudeo, quod minime improbo.* WOLF. De usu hujus formulae ad significandum πάθος v. etiam ad p. 490, 16. Sic Lucianus vol. 1. p. 378. dixit Εὖ ἐποίησαν, referendum illud ad passivum ἀνετράπησαν. SCHAEF.

1480, 18. εἴπερ] *Quandoquidem.* εἴγε v. 22., *siquidem.* Neutrum est dubitantis: prius illud confidentius affirmantis. SCHAEFER.

1480, 19. τῶν δικαίων] Est generis neutrius. SCHAEF.

1480, 25. τῶν τοὺς νόμους θεμένων] Ad verbum: *qui leges sibi ferendas curaverant.* Sensus: *quorum saluti legibus ferendis prospectum erat.* Confer v. 18. SCHAEF.

1481, 1. τῶν ἀγνώτων εἶναι] *Mancipari ignotis, hominibus quos nunquam videris.* SCHAEF.

1481, 2. ἢ] Malim ἢ τό. V. p. 1480, 28. coll. infra v. 8. SCHAEF.

1481, 5. ταὐτὰ] *Eadem cum populo sentiat, populi studiosus sit.* REISK.

1481, 12. ἀποδεδειγμένων] Scribendum puto ἀποδεδεγμένων. *gratus autem acceptorumque beneficiorum memor animus diis placeat.* Diodorus 20, 40. ὑπῆρχεν ἀποδεδεγμένος εἰς τὴν πόλιν, *civitati acceptus erat.* SCHAEF.

τὸν Πυθέαν] De eo v. Ruhnkenii annotatio ad Rutil. p. 40. SCHAEF.

1481, 13. μέχρι τῆς παρόδου] *Donec accederet ad rempublicam, donec nancisceretur facultatem rempublicam gerendi.* REISK.

1481, 17. ἐλαυνόμενον] V. ad p. 1049, 10. SCHAEF.

1481, 20. ἔγραφεν] Malim ἔγραψεν. SCHAEF.

1481, 22. μέχρι φθόης] Hoc est, *libidine sic exhauserunt et macerarunt, ut contabuerit.* WOLF. Spectant, nisi fallor, hunc locum Etymolog. M. p. 793. 13. et Photius p. 646. 16. SCHAEF.

1481, 23. ῥᾷον] F. ῥᾷον ὄν: ut omnium membrorum constructio sit participialis. SCHAEF.

ἀνέχεσθαι] Malim ἀνασχέσθαι. SCHAEF.

1481, 27. πατρῴους] Malim πατρίους. WOLF. Videntur h. l.

illae *θυσίαι* esse, quas Athenienses quotannis Apollini Patroo, numini suo, Delphis per legationem offerebant. REISK. Assentior Wolfio. SCHAEF. Recepi *πατρίους*.

1482, 5. *Χάρητα*] Mortuum post Olymp. 113, 3. V. Boeckh. in libro de re navali p. 427.

1482, 6. *Μενεσθέα*] De hoc v. ad p. 217, 19.

Εὔδικον] Hunc virum probabile est eundem esse qui apud Dinarchum p. 94, 26. *Εὐθύδικος* appellatur, ut monuit Schmidtius ad l. Dinarchi. Quamobrem alter locus ex altero corrigendus videtur, sive *Εὔδικος* sive *Εὐθύδικος* verum fuit viri nomen.

Ἐφιάλτην] De hoc v. Diodor. 17, 24. Memoratur etiam ab Dinarcho p. 94, 24.

1482, 8. *Χαρίδημον*] Intelligendus Charidemus Orita, qui eo consilio ad Persas se contulit, ut Atheniensibus ceterisque Graecis suo periculo salutem procuraret (Dinarch. c. Dem. p. 26). ibi inter regis consultores receptus magna auctoritate vixit, donec nimia ipsius linguae libertate magna spe dejectus est. Quum enim Dario maxime utilia suaderet et in belli apparatum Persarumque ignaviam graviter insectaretur, regis amici purpurati eum suspectum reddiderunt, quasi summam belli affectaret regni Persici Macedonibus prodendi caussa. Quare Darius eum jugulari jussit Ol. 111, 4. in Diod. 17, 30. Curt. 3. c. 2, 10 sqq. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 650. Conf. Winiewsk. Comment. p. 309 seqq.

Φιλοκλέα] In quem Dinarchi exstat oratio, ad quam vid. Maetzner. p. 165.

1482, 10. *ὁμοίους*] V. p. 1479, 26.—*οὐ φθονῶ* vertendum: *vobis gratulor*. Jacobsius ad Antholog. Graec. 3, 1. p. 193: "Solemnis formula, cum aliorum bona et fortunam laudamus." SCHAEFER.

1482, 11. *βουλοίμην — γενήσεσθαι*] V. ad Theognid. p. 16. quaeque dedi in H. Stephani Thes. ed. Lond. s. v. *βούλομαι*. SCHAEF.

εἴπερ] *Si tamen*. SCHAEF.

1482, 15. *γνησίως*] *Vere, bona fide*. SCHAEF.

1482, 17. *πρότερον*] *ἠπορήσατε*. SCHAEF.

1482, 25. *ὑποδοχὴν*] *προσδοκίαν* interpretatur Reisk. in Ind. Graecitat. Malim vertere: *quo viam aperiant novis turbis*. SCHAEF.

1482, 26. *ὁ λογισμὸς*] *τὸ ὑμᾶς λογίζεσθαι τὰ πρότερον γενόμενα*. V. v. 19. SCHAEF.

1483, 1. *ἐγκαθέτων*] Lutetianae scholiastes (Lambinus): *Ἐγκάθετος, δόλιος, κατάσκοπος*. SCHAEF.

1483, 5. *ἐν οἷς—γένοιτο*] Idem est ac si dixisset: *ἐν οἷς βουλοίμην ἂν ἐκεῖνον γενέσθαι, ὅστις ἐμοῦ κατέψευσται τοιαῦτα, δι' ἃ ἀπόλωλα*. *quandoquidem ibi loci sunt meae res nunc, ut ibidem esse velim omnes, si qui commenti in me sunt ementitas criminationes, propter quas perii*. REISK.

1483, 11. *παρέστηκεν*] *In mentem venit*. SCHAEF.

1483, 11. περίεστι] Recurrit v. 17. ἐκ τοῦ περιόντος v. 15: quod orator alibi dicit ἐκ περιουσίας. V. Ind. Graecitat. SCHAEF.

1483, 26. ἀφήκατε] Sic etiam ap. Hermog. vol. 3. p. 235, 11.

1484, 3. ἐρανίσας] Hunc locum videntur spectasse Etymolog. M. p. 369, 36. et Photius p. 11, 22. SCHAEF.

τὰ πρὸς ὑμᾶς διοικήσω] *Mulctam mihi irrogatam aerario dependam.* V. v. 11. SCHAEF.

1484, 5. ἐπίχειρα] V. L. Bosii Ellips. p. 304. SCHAEF.

1484, 7. ἐν—τάξει] *Sic ut vestra gratia magnanimitasque partes agat.* ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου p. 229, 13. Non multum differt Plutarchi illud V. Pelop. c. 10. extr. ὁ μὲν οὖν λόγος οὗτος ἐν παροιμίας τάξει περιφερόμενος μέχρι νῦν διασώζεται παρὰ τοῖς Ἕλλησι. *sic ut paroemiacus ejus usus invaluerit.* SCHAEF.

1484, 11. εἰς τὴν ἔκτισιν] Subaudi τῆς καταδίκης. SCHAEF.

1484, 15. διὰ—ἐπείσθην] Vulg. διὰ τούτους, ἵνα μὴ—ἠδύναντο ἁπλᾶ. ἐπείσθην—. Micamus hic in tenebris: verumtamen, qui certae nihil opis possimus promittere, projiciamus temere conjecturam, a qua caussa nihilo fiat deterior. Post τούτους addendum esse ὑφ' ὧν suspicor: caetera omnia immota servo, nisi quod punctum commate muto. Quo admisso, erit haec sententia: *propter hos, a quibus, ut, quae simpla non poterant dependere, ne dupla ea dependerent, persuaderi mihi passus sum, ut apud senatum* [forte Areopagiticum] *subscriptione meae manus caverem sponderemque de certis quibusdam pensionibus praestandis.* REISK. Fortasse οἷς post τούτους excidit. SCHAEF. Addidi οἷς.

1484, 17. ἐπείσθην—τὰς καταβολὰς] Malim ὅτε ἐπείσθην ὑπογράψασθαι—τὰς καταβολάς. *cum persuaderi mihi passus sum, ut solutionem subscriberem*, id est, *ut me illorum nomine satisfacturum reipublicae sponderem, ut fidejuberem pro illis.* WOLF.

1484, 21. ἀξιοῦσί με] ἔρχεσθαι. SCHAEF.

1484, 22. συνέξομαι] Potest accipi pro συσχεθήσομαι. *continebor velut carcere.* Nescio tamen an praestet συνέσομαι. Est hoc quidem usitatius. REISK. Hemsterhus. ad Thom. M. p. 853 a. de usu hoc futurorum medii disputans: "ἕξεσθαι φόνῳ, quod in Euripid. Or. vs. 515. [509.] ubi Porsonum fugit haec annotatio.] minime sollicitandum videtur: ἀπορίᾳ καὶ φόβῳ συνέξομαι Demosth. Ep. III. p. 201 A. quem imitatur Aristid. vol. 1. p. 520 B." SCHAEF.

1484, 28. ἀκριβῶς οἶδα] Rarior adverbii ἀκριβῶς usus hac in formula. V. H. Stephani Thes. SCHAEF.

1485, 1. οὐ γὰρ δὴ] μὴ γὰρ margo Lutetianae. μὴ illud Lambini, credo, est conjectura προσδοκᾶτε habentis pro imperativo: quem modum etiam Wolfius vertendo expressit. Sed est indicativus, cujus vis h. l. est longe significantissima. Adeo nihil praesentis pecuniae se possidere ait ut confidenter neget Athenienses pro numato se habere posse. SCHAEF.

1485, 2. ὧν ἀφίσταμαι] *Quae vobis cedo, ut satisfaciam aerario.* SCHAEF.

1485, 3. τὸ—εἶναι] πρὸς τούτοις i. q. περὶ ταῦτα, ἐν τῇ τούτων

παρασκευῇ. *in hac re comparanda et peragenda*, collectione mulctae puta. REISK. Non *mulctae*, sed τῶν λοιπῶν, *eorum quae de meis bonis reliqua sunt*. SCHAEF.

1485, 6. ἠλέγχθην] λαβών. SCHAEF.

εἰ δὲ — εἰς ἐμέ] Citat h. l. Aristides vol. 2. p. 450. Jebb. SCHAEF.

εἰ δὲ τἀφανὲς] εἰ δ' ἐπιφανὲς margo Lutetianae. εἰ δὲ τὸ περιφανὲς Aristides Τέχνῃ p. 202. Pro τἀφανὲς malim τἀδρανὲς, id est τὸ ἀδρανές. *marcidam, languidam, exoletam, imbecillem majestatem senatus*. Vulgatum tueri si velis, interpretandum erit *judicium in occulto habitum, clandestinum, caussa indicta peractum tabellarium*. REISK. Hanc interpretationem videatur tueri quod legitur p. 1467, 5. Sed vocem ἀξίωμα ei adeo non congruere arbitror, ut unice probandum censeam quod habet Aristides, τὸ περιφανὲς ἀξίωμα τῆς βουλῆς. Quod opinor non sine acerbo sarcasmo dictum esse. SCHAEF.

1485, 7. ἢ τὸν Ἄρειον πάγον] Haec verba videntur scholium ideoque delenda esse. REISK. Inanis suspicio. In damnando Demosthene non solius senatus, sed etiam Areopagi partes fuerunt. SCHAEF.

τῆς Ἀριστογείτονος κρίσεως] *Judicii de Aristogitone*. V. p. 1483, 26. SCHAEF.

1485, 8. οὐ γὰρ — εἰς ἐμέ] Aristides: οὐ γὰρ ἔχω πρᾳότερον πρόσφθηγμα τοῖς ἐξημαρτηκόσιν εἰς ἐμὲ αὐτὸν εἰπεῖν. REISK.

1485, 11. ἀποφανθέντα] *Delatum*. SCHAEF.

1485, 13. ἄξιος] Scilicet εἰμὶ ἐγὼ ἀπολωλέναι. REISK.

ἄξιος—ἐπιτήδειος] De differentia significationis inter haec adjectiva v. Reisk. Ind. Graecitat. Neque h. l. synonyma esse ostendit duplex οὔτε. SCHAEF.

1485, 15. χείρων] Post h. v. aut addendum aut subintelligendum est aut Ἀριστογείτονος aut οὐδενὸς aut denique ἐμοῦ. *deterior nunc non sum, quam olim fui*. REISK. Subaudiri Ἀριστογείτονος docent sequentia v. 16. SCHAEF.

1485, 17. πρὸς σωτηρίας τετυχηκότα] Aristogitonem puta. τετυχηκότα est accusativus in singulari. REISK.

EPISTOLA IV.

1486, 2. δυστυχίαν προφέρειν] τὰς ἰδίας συμφορὰς ὀνειδίζειν καὶ προφέρειν p. 612, 13. V. ad p. 311, 10. Ceterum Theramenes Demostheni infelicitatem propterea exprobravit, quod Athenienses inauspicatis consiliis ad bellum cum Macedone gerendum perpulisset. Quod probrum haec Epistola repellit facundia sane Demosthenica. SCHAEF.

1486, 7. ἐν ἐγραστηρίῳ] *In lupanari*. Conf. p. 1489, 4. SCHAEFER.

1486, 8. τῶν τοιούτων] Praecepta sapientiae designat, cujus-

modi est sententia v. 3. proposita. REISK. Non sapientiae praecepta, sed res quas quemque sana ratio docet. SCHAEF.

1486, 10. *ἀφίκωμαι — καὶ σωθῶ*] Affinis verba significationis. V. ad schol. Apollon. Rhod. p. 317. SCHAEF.

1487, 2. *τὴν Διώνην*] Super his verbis in Bavarico superscriptum est *τὴν Ἀφροδίτην*, quod pro scholio habeo. REISK. Videlicet errantis scholiastae. SCHAEF. Est manifesto scholion, idque extra paginae ambitum scriptum in B. Nam primus paginae versus incipit ab *Δία τὸν Δ.* etc.

1487, 16. *βλασφημίαν*] Id est *δυστυχίαν, ἣν ἐμοὶ βλασφημῶν ὁ Θηραμένης προφέρει.* REISK.

1488, 1. *μελλῆσαι*] Subaudi *παθεῖν.* SCHAEF.

1488, 16. *τί τηλικοῦθ' ἕτερον;*] Subaudi *κακὸν, οἷον τὸ δουλεύειν, ὃ συνέβη τοῖς Ἀρκάσι.* REISK.

1488, 18. *τῶν — συμβεβηκότων*] Notabilis constructio, quam dicas *ἀντίστροφον* illi usu satis crebro tritae. *τῶν συμβεβηκότων κακῶν τοῖς Ἕλλησι*, de qua passim in Demosthenicis scripsi. SCHAEF.

1488, 21. *καὶ πᾶσιν*] *Denique omnibus.* *τοὔνομα καὶ ὁ πατὴρ καὶ ἡ φυλὴ καὶ πάντα* p. 998, 26. SCHAEF.

1489, 5. *τοῦ—κρείττων*] *Non patitur se a pietate erga patrem vinci neque ab ejus miseria se commoveri ad ipsi succurrendum.* REISK. Malim: *patri cum successu insultavit.* SCHAEF.

1489, 6. *οἷς*] Id est *ἐφ' οἷς* vel *δι' ἃ*, *ob quae.* REISK.

1489, 15. *ἀπὸ τούτων*] *Ex his quae exempli caussa memoravi.* SCHAEF.

EPISTOLA V.

ΠΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΔΩΡΟΝ] Heracleodorus videtur caussidicus nobilis et potens fuisse, fortasse non Athenis, sed aut Corinthi aut alibi locorum. REISK.

1489, 2. *ἔχω*] Scilicet *διαγινώσκειν, discernere*, aut *ἀποφήνασθαι, pronunciare.* REISK. Si locutionem pro elliptica habuit, multum erravit. *οὐκ ἔχω ὅπως —, non habeo quomodo —*, h. e. *nescio quomodo —*. SCHAEF.

1490, 1. *ἀγωνίζεσθαι*] Fort. *ἀνταγωνίζεσθαι.* REISK. Non opus, ut opinor. Sophistam non dedeceat hoc verbum usurpare de accusatore. SCHAEF.

1490, 4. *εὖ γὰρ ἴσθι,—αἰσχύνομαι*] V. Melet. Crit. p. 4. SCHAEFER.

1490, 21. *ἃ δὴ ὑπολαμβάνων*] I. q. *ἅτε δὴ ὑπολαμβάνων*: *ποιητικωτέρως* illud dictum, ut facile agnoscas sophistam venantem insolentiora. V. ad Sophocl. Ajac. 1043. Quanquam videndum ne scribi praestet *οἷα δὴ ὑπολαμβάνων.* Quae mutatio tam facilis est, ut nequeat esse facilior. SCHAEF.

1490, 22. *οὕτως ἕξειν*] Scilicet *ὡς ἐγώ φημι.* *ita rem eventuram, ut aio*, scilicet *animum abs te meum abalienatum iri, etiamsi haud aiam, haud id prae me feram.* REISK.

1491, 7. *γράψας — ἐπίστελλε*] *ἐπιστέλλειν* hic loci significat *mandare verbis nuntio, quod is verbis item ei reddat, ad quem mittitur, sine epistola.* In *γράψας* subauditur *τοῦτον τὸν χρόνον.* Sententia est: Hoc tempus tu mihi aut per literas significa, aut etiam, si mavis familiarius ut cum homine amico agere, solummodo per nuntium mandata verbis referentem. REISK. Graecitas haec est sophistica, non Demosthenica. SCHAEF.

EPISTOLA VI.

Hanc epistolam non magis quam quintam pro genuina Demosthenis habeo. Quanquam Sophistae stilum referre non videtur. Scripta est, nisi fallor, ab homine non disertissimo, qui res Atheniensium in concilio sociorum curabat. SCHAEF.

1491, 1. *Ἦλθεν*] Scilicet e Thessalia e castris nostrorum ad Lamiam. REISK.

τοὺς—συνέδρους] Qui videntur Delphis aut ad Pylas in conventu amphictyonico sedisse: unde has quoque literas Demosthenes videtur dedisse. REISK.

1491, 2. *ἀγαθὰ*] Nobis puta, parti nostrae, Macedonibus adversanti et libertati Graecorum asserendae studenti. REISK.

1491, 6. *ἀπολείπουσα*] Id est *παρέχουσα.* REISK.

1491, 7. *Δείναρχον*] Dinarchus enim Macedonibus addictus tum Corinthi, unde erat oriundus, exsulabat. REISK.

1491, 10. *ἀφικομένου*] Reverso e castris ad Lamiam huc ad nos in Pylis agentes. REISK.

τοῦ νῦν — φέροντος γράμματα] *τοῦ νῦν ἥκοντος πρὸς ὑμᾶς μετὰ τοῦ ταύτην τὴν παρ' ἐμοῦ ἐπιστολὴν φέροντος.* Juvat perspicuitatis gratia illum, qui Demosthenis literas ad S. P. Q. A. pertulit Athenas, Apollodorum, comitem ejus Diodorum appellare. Diodorum itaque e castris ad Lamiam cum Polemaestus (aut Ptolemaeus potius) ad fratrem Epinicum in Pylis agentem, ubi Demosthenes item tum agebat, misisset, Epinicus Diodorum ad Demosthenem adduxit eique literas fratris ostendit, in quibus cum spes daretur Atheniensibus sic satis probabilis victoriae, judicavit Demosthenes e re esse illum Diodorum una cum Apollodoro Athenas a se mitti, quorum hic quidem has Demosthenis literas ad S. P. Q. A. perferret, ille vero de proelio Lamiaco memoriter in concione exponeret testis oculatus. REISK.

1491, 11. *γράμματα*] Malim *τὰ γράμματα.* SCHAEF.

1492, 2. *κἀκείνου*] Redit ad Epinicum. REISK.

ἀγαγόντος] Scilicet *τοῦτον τὸν πεμφθέντα πρὸς ἑαυτὸν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ γραμμάτων.* REISK.

ἃ ἔλεγεν] Ille a Polemaesto ad fratrem Epinicum missus. REISK.

1492, 5. *ἐν τῷ στρατοπέδῳ*] Scilicet *τῷ πρὸς Λαμίαν.* REISK.

JO. JAC. REISKII

INDEX HISTORICUS

IN DEMOSTHENEM

CORRECTUS.

INDEX GRAECUS

IN

ANNOTATIONES INTERPRETUM.

INDEX LATINUS

IN

ANNOTATIONES INTERPRETUM.

CORRIGENDA.

P. 8. l. 8. Dionysius] De hoc v. praefat. ad scholia in Demosthenem.
P. 166. l. 12. Collytensis] corr. Azeniensis.
P. 201. l. 6. *adde*, Sed *κατηγορίαι* defendit Thirlwallus Hist. vol. 6. p. 18. collata p. 99, 7. *τί οὖν πρεσβεύεσθε καὶ κατηγορεῖτε καὶ πράγμαθ' ἡμῖν παρέχετε;*
P. 301. Deleatur annotatio Schaeferi ad p. 225, 25.
P. 529. l. 16. Hermogenes] corr. Hermogenis.

Clarendon Press, Oxford

A SELECTION OF

BOOKS

PUBLISHED FOR THE UNIVERSITY BY

HENRY FROWDE,

AT THE OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE,

AMEN CORNER, LONDON.

ALSO TO BE HAD AT THE

CLARENDON PRESS DEPOSITORY, OXFORD.

[*Every book is bound in cloth, unless otherwise described.*]

LEXICONS, GRAMMARS, ORIENTAL WORKS, &c.

ANGLO-SAXON.—*An Anglo-Saxon Dictionary*, based on the MS. Collections of the late Joseph Bosworth, D.D., Professor of Anglo-Saxon, Oxford. Edited and enlarged by Prof. T. N. Toller, M.A. (To be completed in four parts.) Parts I and II. A—HWISTLIAN. 4to. 15*s.* each.

CHINESE.—*A Handbook of the Chinese Language.* By James Summers. 1863. 8vo. half bound, 1*l.* 8*s.*

—— *A Record of Buddhistic Kingdoms*, by the Chinese Monk FÂ-HIEN. Translated and annotated by James Legge, M.A., LL.D. Crown 4to. cloth back, 10*s.* 6*d.*

ENGLISH.—*A New English Dictionary, on Historical Principles:* founded mainly on the materials collected by the Philological Society. Edited by James A. H. Murray, LL.D., with the assistance of many Scholars and men of Science. Part I. A—ANT. Part II. ANT—BATTEN. Imperial 4to. 12*s.* 6*d.* each.

—— *An Etymological Dictionary of the English Language.* By W. W. Skeat, M.A. *Second Edition.* 1884. 4to. 2*l.* 4*s.*

Supplement to the First Edition of the above. 4to. 2*s.* 6*d.*

—— *A Concise Etymological Dictionary of the English Language.* By W. W. Skeat, M.A. *Second Edition.* 1885. Crown 8vo. 5*s.* 6*d.*

GREEK.—*A Greek-English Lexicon*, by Henry George Liddell, D.D., and Robert Scott, D.D. Seventh Edition, Revised and Augmented throughout. 1883. 4to. 1*l.* 16*s.*

—— *A Greek-English Lexicon*, abridged from Liddell and Scott's 4to. edition, chiefly for the use of Schools. Twenty-first Edition. 1884. Square 12mo. 7*s.* 6*d.*

—— *A copious Greek-English Vocabulary*, compiled from the best authorities. 1850. 24mo. 3*s.*

—— *A Practical Introduction to Greek Accentuation*, by H. W. Chandler, M.A. Second Edition. 1881. 8vo. 10*s.* 6*d.*

HEBREW.—*The Book of Hebrew Roots*, by Abu 'l-Walîd Marwân ibn Janâh, otherwise called Rabbî Yônâh. Now first edited, with an Appendix, by Ad. Neubauer. 1875. 4to. *2l. 7s. 6d.*

—— *A Treatise on the use of the Tenses in Hebrew.* By S. R. Driver, D.D. Second Edition. 1881. Extra fcap. 8vo. *7s. 6d.*

—— *Hebrew Accentuation of Psalms, Proverbs, and Job.* By William Wickes, D.D. 1881. Demy 8vo. stiff covers, *5s.*

ICELANDIC.—*An Icelandic-English Dictionary*, based on the MS. collections of the late Richard Cleasby. Enlarged and completed by G. Vigfússon, M.A. With an Introduction, and Life of Richard Cleasby, by G. Webbe Dasent, D.C.L. 1874. 4to. *3l. 7s.*

—— *A List of English Words the Etymology of which is illustrated by comparison with Icelandic.* Prepared in the form of an APPENDIX to the above. By W. W. Skeat, M.A. 1876. stitched, *2s.*

—— *An Icelandic Primer*, with Grammar, Notes, and Glossary. By Henry Sweet, M.A. Extra fcap. 8vo. *3s. 6d.*

—— *An Icelandic Prose Reader*, with Notes, Grammar and Glossary, by Dr. Gudbrand Vigfússon and F. York Powell, M.A. 1879. Extra fcap. 8vo. *10s. 6d.*

LATIN.—*A Latin Dictionary*, founded on Andrews' edition of Freund's Latin Dictionary, revised, enlarged, and in great part rewritten by Charlton T. Lewis, Ph.D., and Charles Short, LL.D. 1879. 4to. *1l. 5s.*

MELANESIAN.—*The Melanesian Languages.* By R. H. Codrington, D.D., of the Melanesian Mission. 8vo. *18s.*

SANSKRIT.—*A Practical Grammar of the Sanskrit Language*, arranged with reference to the Classical Languages of Europe, for the use of English Students, by Sir M. Monier-Williams, M.A. Fourth Edition. 8vo. *15s.*

—— *A Sanskrit-English Dictionary*, Etymologically and Philologically arranged, with special reference to Greek, Latin, German, Anglo-Saxon, English, and other cognate Indo-European Languages. By Sir M. Monier-Williams, M.A. 1872. 4to. *4l. 14s. 6d.*

—— *Nalopákhyánam.* Story of Nala, an Episode of the Mahá-Bhárata: the Sanskrit text, with a copious Vocabulary, and an improved version of Dean Milman's Translation, by Sir M. Monier-Williams, M.A. Second Edition, Revised and Improved. 1879. 8vo. *15s.*

—— *Sakuntalā.* A Sanskrit Drama, in Seven Acts. Edited by Sir M. Monier-Williams, M.A. Second Edition, 1876. 8vo. *21s.*

SYRIAC.—*Thesaurus Syriacus:* collegerunt Quatremère, Bernstein, Lorsbach, Arnoldi, Agrell, Field, Roediger: edidit R. Payne Smith, S.T.P. Fasc. I-VI. 1868-83. sm. fol. each, *1l. 1s.* Fasc. VII. *1l. 11s. 6d.*

Vol. I, containing Fasc. I-V, sm. fol. *5l. 5s.*

—— *The Book of Kalīlah and Dimnah.* Translated from Arabic into Syriac. Edited by W. Wright, LL.D. 1884. 8vo. *21s.*

GREEK CLASSICS, &c.

Aristophanes: A Complete Concordance to the Comedies and Fragments. By Henry Dunbar, M.D. 4to. 1*l.* 1*s.*

Aristotle: The Politics, translated into English, with Introduction, Marginal Analysis, Notes, and Indices, by B. Jowett, M.A. Medium 8vo. 2 vols. 21*s*

Catalogus Codicum Graecorum Sinaiticorum. Scripsit V. Gardthausen Lipsiensis. With six pages of Facsimiles. 8vo. *linen*, 25*s.*

Heracliti Ephesii Reliquiae. Recensuit I. Bywater, M.A. Appendicis loco additae sunt Diogenis Laertii Vita Heracliti, Particulae Hippocratei De Diaeta Libri Primi, Epistolae Heracliteae. 1877. 8vo. 6*s.*

Herculanensium Voluminum Partes II. 1824. 8vo. 10*s.*

Fragmenta Herculanensia. A Descriptive Catalogue of the Oxford copies of the Herculanean Rolls, together with the texts of several papyri, accompanied by facsimiles. Edited by Walter Scott, M.A., Fellow of Merton College, Oxford. Royal 8vo. *cloth*, 21*s.*

Homer: A Complete Concordance to the Odyssey and Hymns of Homer; to which is added a Concordance to the Parallel Passages in the Iliad, Odyssey, and Hymns. By Henry Dunbar, M.D. 1880. 4to. 1*l.* 1*s.*

—— *Scholia Graeca in Iliadem.* Edited by Professor W. Dindorf, after a new collation of the Venetian MSS. by D. B. Monro, M.A., Provost of Oriel College. 4 vols. 8vo. 2*l.* 10*s.* Vols. V and VI. *In the Press.*

—— *Scholia Graeca in Odysseam.* Edidit Guil. Dindorfius. Tomi II. 1855. 8vo. 15*s.* 6*d.*

Plato: Apology, with a revised Text and English Notes, and a Digest of Platonic Idioms, by James Riddell, M.A. 1878. 8vo. 8*s.* 6*d.*

—— *Philebus*, with a revised Text and English Notes, by Edward Poste, M.A. 1860. 8vo. 7*s.* 6*d*

—— *Sophistes and Politicus*, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. 1867. 8vo. 18*s.*

—— *Theaetetus*, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. Second Edition. 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *The Dialogues*, translated into English, with Analyses and Introductions, by B. Jowett, M.A. A new Edition in 5 volumes, medium 8vo. 1875. 3*l.* 10*s.*

—— *The Republic*, translated into English, with an Analysis and Introduction, by B. Jowett, M.A. Medium 8vo. 12*s.* 6*d.*

Thucydides: Translated into English, with Introduction, Marginal Analysis, Notes, and Indices. By B. Jowett, M.A. 2 vols. 1881. Medium 8vo. 1*l.* 12*s.*

THE HOLY SCRIPTURES, &c.

STUDIA BIBLICA.—Essays in Biblical Archæology and Criticism, and kindred subjects. By Members of the University of Oxford. 8vo. 10*s*. 6*d*.

ENGLISH.—*The Holy Bible in the earliest English Versions*, made from the Latin Vulgate by John Wycliffe and his followers: edited by the Rev. J. Forshall and Sir F. Madden. 4 vols. 1850. Royal 4to. 3*l*. 3*s*.

[**Also reprinted from the above, with Introduction and Glossary by W. W. Skeat, M.A.**

—— *The Books of Job, Psalms, Proverbs, Ecclesiastes, and the Song of Solomon:* according to the Wycliffite Version made by Nicholas de Hereford, about A.D. 1381, and Revised by John Purvey, about A.D. 1388. Extra fcap. 8vo. 3*s*. 6*d*.

—— *The New Testament in English*, according to the Version by John Wycliffe, about A.D. 1380, and Revised by John Purvey, about A.D. 1388. Extra fcap. 8vo. 6*s*.]

—— *The Holy Bible:* an exact reprint, page for page, of the Authorised Version published in the year 1611. Demy 4to. half bound, 1*l*. 1*s*.

—— *The Psalter, or Psalms of David, and certain Canticles*, with a Translation and Exposition in English, by Richard Rolle of Hampole. Edited by H. R. Bramley, M.A., Fellow of S. M. Magdalen College, Oxford. With an Introduction and Glossary. Demy 8vo. 1*l*. 1*s*.

—— *Lectures on Ecclesiastes.* Delivered in Westminster Abbey by the Very Rev. George Granville Bradley, D.D., Dean of Westminster. Crown 8vo. 4*s*. 6*d*.

GOTHIC.—*The Gospel of St. Mark in Gothic*, according to the translation made by Wulfila in the Fourth Century. Edited with a Grammatical Introduction and Glossarial Index by W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s*.

GREEK.—*Vetus Testamentum* ex Versione Septuaginta Interpretum secundum exemplar Vaticanum Romae editum. Accedit potior varietas Codicis Alexandrini. Tomi III. Editio Altera. 18mo. 18*s*.

—— *Origenis Hexaplorum* quae supersunt; sive, Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum Fragmenta. Edidit Fridericus Field, A.M. 2 vols. 1875. 4to. 5*l*. 5*s*.

—— *The Book of Wisdom:* the Greek Text, the Latin Vulgate, and the Authorised English Version; with an Introduction, Critical Apparatus, and a Commentary. By William J. Deane, M.A. Small 4to. 12*s*. 6*d*.

—— *Novum Testamentum Graece.* Antiquissimorum Codicum Textus in ordine parallelo dispositi. Accedit collatio Codicis Sinaitici. Edidit E. H. Hansell, S.T.B. Tomi III. 1864. 8vo. half morocco. Price reduced to 24*s*.

GREEK.—*Novum Testamentum Graece.* Accedunt parallela S. Scripturae loca, etc. Edidit Carolus Lloyd, S.T.P.R. 18mo. 3*s.*
On writing paper, with wide margin, 10*s.*

—— *Novum Testamentum Graece* juxta Exemplar Millianum. 18mo. 2*s.* 6*d.* On writing paper, with wide margin, 9*s.*

—— *Evangelia Sacra Graece.* Fcap. 8vo. limp, 1*s.* 6*d.*

—— *The Greek Testament*, with the Readings adopted by the Revisers of the Authorised Version:—
(1) Pica type, with Marginal References. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*
(2) Long Primer type. Fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*
(3) The same, on writing paper, with wide margin, 15*s.*

—— *The Parallel New Testament*, Greek and English; being the Authorised Version, 1611; the Revised Version, 1881; and the Greek Text followed in the Revised Version. 8vo. 12*s.* 6*d.*

The Revised Version is the joint property of the Universities of Oxford and Cambridge.

—— *Canon Muratorianus:* the earliest Catalogue of the Books of the New Testament. Edited with Notes and a Facsimile of the MS. in the Ambrosian Library at Milan, by S. P. Tregelles, LL.D. 1867. 4to. 10*s.* 6*d.*

—— *Outlines of Textual Criticism applied to the New Testament.* By C. E. Hammond, M.A. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

HEBREW, etc.—*The Psalms in Hebrew without points.* 1879. Crown 8vo. 3*s.* 6*d.*

—— *A Commentary on the Book of Proverbs.* Attributed to Abraham Ibn Ezra. Edited from a MS. in the Bodleian Library by S. R. Driver, M.A. Crown 8vo. paper covers, 3*s.* 6*d.*

—— *The Book of Tobit.* A Chaldee Text, from a unique MS. in the Bodleian Library; with other Rabbinical Texts, English Translations, and the Itala. Edited by Ad. Neubauer, M.A. 1878. Crown 8vo. 6*s.*

—— *Horae Hebraicae et Talmudicae*, a J. Lightfoot. A new Edition, by R. Gandell, M.A. 4 vols. 1859. 8vo. 1*l.* 1*s.*

LATIN.—*Libri Psalmorum* Versio antiqua Latina, cum Paraphrasi Anglo-Saxonica. Edidit B. Thorpe, F.A.S. 1835. 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *Old-Latin Biblical Texts: No. I.* The Gospel according to St. Matthew from the St. Germain MS. (g_1). Edited with Introduction and Appendices by John Wordsworth, D.D. Small 4to., stiff covers, 6*s.*

—— *Old-Latin Biblical Texts: No. II.* Portions of the Gospels according to St. Mark and St. Matthew, from the Bobbio MS. (k), &c. Edited by John Wordsworth, D.D., W. Sanday, M.A., D.D., and H. J. White, M.A. Small 4to., stiff covers, 21*s.*

OLD-FRENCH.—*Libri Psalmorum* Versio antiqua Gallica e Cod. MS. in Bibl. Bodleiana adservato, una cum Versione Metrica aliisque Monumentis pervetustis. Nunc primum descripsit et edidit Franciscus Michel, Phil. Doc. 1860. 8vo. 10*s.* 6*d.*

FATHERS OF THE CHURCH, &c.

St. Athanasius: Historical Writings, according to the Benedictine Text. With an Introduction by William Bright, D.D. 1881. Crown 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *Orations against the Arians.* With an Account of his Life by William Bright, D.D. 1873. Crown 8vo. 9*s.*

St. Augustine: Select Anti-Pelagian Treatises, and the Acts of the Second Council of Orange. With an Introduction by William Bright, D.D. Crown 8vo. 9*s.*

Canons of the First Four General Councils of Nicaea, Constantinople, Ephesus, and Chalcedon. 1877. Crown 8vo. 2*s.* 6*d.*

—— *Notes on the Canons of the First Four General Councils.* By William Bright, D.D. 1882. Crown 8vo. 5*s.* 6*d.*

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in XII Prophetas. Edidit P. E. Pusey, A.M. Tomi II. 1868. 8vo. cloth, 2*l.* 2*s.*

—— *in D. Joannis Evangelium.* Accedunt Fragmenta varia necnon Tractatus ad Tiberium Diaconum duo. Edidit post Aubertum P. E. Pusey, A.M. Tomi III. 1872. 8vo. 2*l.* 5*s.*

—— *Commentarii in Lucae Evangelium* quae supersunt Syriace. E MSS. apud Mus. Britan. edidit R. Payne Smith, A.M. 1858. 4to. 1*l.* 2*s.*

—— Translated by R. Payne Smith, M.A. 2 vols. 1859. 8vo. 14*s.*

Ephraemi Syri, Rabulae Episcopi Edesseni, Balaei, aliorumque Opera Selecta. E Codd. Syriacis MSS. in Museo Britannico et Bibliotheca Bodleiana asservatis primus edidit J. J. Overbeck. 1865. 8vo. 1*l.* 1*s.*

Eusebius' Ecclesiastical History, according to the text of Burton, with an Introduction by William Bright, D.D. 1881. Crown 8vo. 8*s.* 6*d.*

Irenaeus: The Third Book of St. Irenaeus, Bishop of Lyons, against Heresies. With short Notes and a Glossary by H. Deane, B.D. 1874. Crown 8vo. 5*s.* 6*d.*

Patrum Apostolicorum, S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, quae supersunt. Edidit Guil. Jacobson, S.T.P.R. Tomi II. Fourth Edition, 1863. 8vo. 1*l.* 1*s.*

Socrates' Ecclesiastical History, according to the Text of Hussey, with an Introduction by William Bright, D.D. 1878. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

ECCLESIASTICAL HISTORY, BIOGRAPHY, &c.

Ancient Liturgy of the Church of England, according to the uses of Sarum, York, Hereford, and Bangor, and the Roman Liturgy arranged in parallel columns, with preface and notes. By William Maskell, M.A. Third Edition. 1882. 8vo. 15*s*.

Baedae Historia Ecclesiastica. Edited, with English Notes, by G. H. Moberly, M.A. 1881. Crown 8vo. 10*s*. 6*d*.

Bright (*W.*). *Chapters of Early English Church History.* 1878. 8vo. 12*s*.

Burnet's History of the Reformation of the Church of England. A new Edition. Carefully revised, and the Records collated with the originals, by N. Pocock, M.A. 7 vols. 1865. 8vo. *Price reduced to* 1*l*. 10*s*.

Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland. Edited, after Spelman and Wilkins, by A. W. Haddan, B.D., and W. Stubbs, M.A. Vols. I. and III. 1869-71. Medium 8vo. each 1*l*. 1*s*.

Vol. II. Part I. 1873. Medium 8vo. 10*s*. 6*d*.

Vol. II. Part II. 1878. Church of Ireland; Memorials of St. Patrick. Stiff covers, 3*s*. 6*d*.

Hamilton (*John, Archbishop of St. Andrews*), *The Catechism of.* Edited, with Introduction and Glossary, by Thomas Graves Law. With a Preface by the Right Hon. W. E. Gladstone. 8vo. 12*s*. 6*d*.

Hammond (*C. E.*). *Liturgies, Eastern and Western.* Edited, with Introduction, Notes, and Liturgical Glossary. 1878. Crown 8vo. 10*s*. 6*d*.

An Appendix to the above. 1879. Crown 8vo. paper covers, 1*s*. 6*d*.

John, Bishop of Ephesus. The Third Part of his Ecclesiastical History. [In Syriac.] Now first edited by William Cureton, M.A. 1853. 4to. 1*l*. 12*s*.

—— Translated by R. Payne Smith, M.A. 1860. 8vo. 10*s*.

Leofric Missal, The, as used in the Cathedral of Exeter during the Episcopate of its first Bishop, A.D. 1050-1072; together with some Account of the Red Book of Derby, the Missal of Robert of Jumièges, and a few other early MS. Service Books of the English Church. Edited, with Introduction and Notes, by F. E. Warren, B.D. 4to. half morocco, 35*s*.

Monumenta Ritualia Ecclesiae Anglicanae. The occasional Offices of the Church of England according to the old use of Salisbury, the Prymer in English, and other prayers and forms, with dissertations and notes. By William Maskell, M.A. Second Edition. 1882. 3 vols. 8vo. 2*l*. 10*s*.

Records of the Reformation. The Divorce. 1527-1533. Mostly now for the first time printed from MSS. in the British Museum and other libraries. Collected and arranged by N. Pocock, M.A. 1870. 2 vols. 8vo. 1*l*. 16*s*.

Shirley (*W. W.*). *Some Account of the Church in the Apostolic Age.* Second Edition, 1874. Fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Stubbs (*W.*). *Registrum Sacrum Anglicanum.* An attempt to exhibit the course of Episcopal Succession in England. 1858. Small 4to. 8*s.* 6*d.*

Warren (*F. E.*). *Liturgy and Ritual of the Celtic Church.* 1881. 8vo. 14*s.*

ENGLISH THEOLOGY.

Butler's Works, with an Index to the Analogy. 2 vols. 1874. 8vo. 11*s.*

Also separately,

Sermons, 5*s.* 6*d.* *Analogy of Religion*, 5*s.* 6*d.*

Greswell's Harmonia Evangelica. Fifth Edition. 8vo. 1855. 9*s.* 6*d.*

Heurtley's Harmonia Symbolica: Creeds of the Western Church. 1858. 8vo. 6*s.* 6*d.*

Homilies appointed to be read in Churches. Edited by J. Griffiths, M.A. 1859. 8vo. 7*s.* 6*d.*

Hooker's Works, with his life by Walton, arranged by John Keble, M.A. Sixth Edition, 1874. 3 vols. 8vo. 1*l.* 11*s.* 6*d.*

—— the text as arranged by John Keble, M.A. 2 vols. 1875. 8vo. 11*s.*

Jewel's Works. Edited by R. W. Jelf, D.D. 8 vols. 1848. 8vo. 1*l.* 10*s.*

Pearson's Exposition of the Creed. Revised and corrected by E. Burton, D.D. Sixth Edition, 1877. 8vo. 10*s.* 6*d.*

Waterland's Review of the Doctrine of the Eucharist, with a Preface by the late Bishop of London. Crown 8vo. 6*s.* 6*d.*

—— *Works*, with Life, by Bp. Van Mildert. A new Edition, with copious Indexes. 6 vols. 1856. 8vo. 2*l.* 11*s.*

Wheatly's Illustration of the Book of Common Prayer. A new Edition, 1846. 8vo. 5*s.*

Wyclif. A Catalogue of the Original Works of John Wyclif, by W. W. Shirley, D.D. 1865. 8vo. 3*s.* 6*d.*

—— *Select English Works.* By T. Arnold, M.A. 3 vols. 1869–1871. 8vo. 1*l.* 1*s.*

—— *Trialogus.* With the Supplement now first edited. By Gotthard Lechler. 1869. 8vo. 7*s.*

HISTORICAL AND DOCUMENTARY WORKS.

British Barrows, a Record of the Examination of Sepulchral Mounds in various parts of England. By William Greenwell, M.A., F.S.A. Together with Description of Figures of Skulls, General Remarks on Prehistoric Crania, and an Appendix by George Rolleston, M.D., F.R.S. 1877. Medium 8vo. 25*s*.

Britton. A Treatise upon the Common Law of England, composed by order of King Edward I. The French Text carefully revised, with an English Translation, Introduction, and Notes, by F. M. Nichols, M.A. 2 vols. 1865. Royal 8vo. 1*l*. 16*s*.

Clarendon's History of the Rebellion and Civil Wars in England. 7 vols. 1839. 18mo. 1*l*. 1*s*.

Clarendon's History of the Rebellion and Civil Wars in England. Also his Life, written by himself, in which is included a Continuation of his History of the Grand Rebellion. With copious Indexes. In one volume, royal 8vo. 1842. 1*l*. 2*s*.

Clinton's Epitome of the Fasti Hellenici. 1851. 8vo. 6*s*. 6*d*.

—— *Epitome of the Fasti Romani.* 1854. 8vo. 7*s*.

Corpvs Poeticvm Boreale. The Poetry of the Old Northern Tongue, from the Earliest Times to the Thirteenth Century. Edited, classified, and translated, with Introduction, Excursus, and Notes, by Gudbrand Vigfússon, M.A., and F. York Powell, M.A. 2 vols. 1883. 8vo. 42*s*.

Freeman (E. A.). History of the Norman Conquest of England; its Causes and Results. In Six Volumes. 8vo. 5*l*. 9*s*. 6*d*.

—— *The Reign of William Rufus and the Accession of* Henry the First. 2 vols. 8vo. 1*l*. 16*s*.

Gascoigne's Theological Dictionary ("Liber Veritatum"): Selected Passages, illustrating the condition of Church and State, 1403–1458. With an Introduction by James E. Thorold Rogers, M.A. Small 4to. 10*s*. 6*d*.

Magna Carta, a careful Reprint. Edited by W. Stubbs, D.D. 1879. 4to. stitched, 1*s*.

Passio et Miracula Beati Olaui. Edited from a Twelfth-Century MS. in the Library of Corpus Christi College, Oxford, with an Introduction and Notes, by Frederick Metcalfe, M.A. Small 4to. stiff covers, 6*s*.

Protests of the Lords, including those which have been expunged, from 1624 to 1874; with Historical Introductions. Edited by James E. Thorold Rogers, M.A. 1875. 3 vols. 8vo. 2*l*. 2*s*

Rogers (J. E. T.). History of Agriculture and Prices in England, A.D. 1259–1793.

Vols. I and II (1259–1400). 1866. 8vo. 2*l*. 2*s*.
Vols. III and IV (1401–1582). 1882. 8vo. 2*l* 10*s*.

Saxon Chronicles (Two of the) parallel, with Supplementary Extracts from the Others. Edited, with Introduction, Notes, and a Glossarial Index, by J. Earle, M.A. 1865. 8vo. 16*s*.

Sturlunga Saga, including the Islendinga Saga of Lawman Sturla Thordsson and other works. Edited by Dr. Gudbrand Vigfússon. In 2 vols. 1878. 8vo. 2*l*. 2*s*.

York Plays. The Plays performed by the Crafts or Mysteries of York on the day of Corpus Christi in the 14th, 15th, and 16th centuries. Now first printed from the unique MS. in the Library of Lord Ashburnham. Edited with Introduction and Glossary by Lucy Toulmin Smith. 8vo. 21*s*.

Statutes made for the University of Oxford, and for the Colleges and Halls therein, by the University of Oxford Commissioners. 1882. 8vo. 12*s*. 6*d*.

Statuta Universitatis Oxoniensis. 1885. 8vo. 5*s*.

The Examination Statutes for the Degrees of B.A., B. Mus., B.C.L., and B.M. Revised to Trinity Term, 1885. 8vo. sewed, 1*s*.

The Student's Handbook to the University and Colleges of Oxford. Extra fcap. 8vo. 2*s*. 6*d*.

The Oxford University Calendar for the year 1886. Crown 8vo. 4*s*. 6*d*.

The present Edition includes all Class Lists and other University distinctions for the five years ending with 1885.

Also, supplementary to the above, price 5s. (pp. 606),

The Honours Register of the University of Oxford. A complete Record of University Honours, Officers, Distinctions, and Class Lists; of the Heads of Colleges, &c., &c., from the Thirteenth Century to 1883.

MATHEMATICS, PHYSICAL SCIENCE, &c.

Acland (H. W., M.D., F.R.S.). Synopsis of the Pathological Series in the Oxford Museum. 1867. 8vo. 2*s*. 6*d*.

De Bary (Dr. A.). Comparative Anatomy of the Vegetative Organs of the Phanerogams and Ferns. Translated and Annotated by F. O. Bower, M.A., F.L.S., and D. H. Scott, M.A., Ph.D., F.L.S. With two hundred and forty-one woodcuts and an Index. Royal 8vo., half morocco, 1*l*. 2*s*. 6*d*.

Müller (J.). On certain Variations in the Vocal Organs of the Passeres that have hitherto escaped notice. Translated by F. J. Bell, B.A., and edited, with an Appendix, by A. H. Garrod, M.A., F.R.S. With Plates. 1878. 4to. paper covers, 7*s*. 6*d*.

Price (Bartholomew, M.A., F.R.S.). Treatise on Infinitesimal Calculus.

Vol. I. Differential Calculus. Second Edition. 8vo. 14*s.* 6*d.*

Vol. II. Integral Calculus, Calculus of Variations, and Differential Equations. Second Edition, 1865. 8vo. 18*s.*

Vol. III. Statics, including Attractions; Dynamics of a Material Particle. Second Edition, 1868. 8vo. 16*s.*

Vol. IV. Dynamics of Material Systems; together with a chapter on Theoretical Dynamics, by W. F. Donkin, M.A., F.R.S. 1862. 8vo. 16*s.*

Pritchard (C., D.D., F.R.S.). Uranometria Nova Oxoniensis. A Photometric determination of the magnitudes of all Stars visible to the naked eye, from the Pole to ten degrees south of the Equator. 1885. Royal 8vo. 8*s.* 6*d.*

—— *Astronomical Observations* made at the University Observatory, Oxford, under the direction of C. Pritchard, D.D. No. 1. 1878. Royal 8vo. paper covers, 3*s.* 6*d.*

Rigaud's Correspondence of Scientific Men of the 17th Century, with Table of Contents by A. de Morgan, and Index by the Rev. J. Rigaud, M.A. 2 vols. 1841–1862. 8vo. 18*s.* 6*d.*

Rolleston (George, M.D., F.R.S.). Scientific Papers and Addresses. Arranged and Edited by William Turner, M.B., F.R.S. With a Biographical Sketch by Edward Tylor, F.R.S. With Portrait, Plates, and Woodcuts. 2 vols. 8vo. 1*l.* 4*s.*

Westwood (J. O., M.A., F.R.S.). Thesaurus Entomologicus Hopeianus, or a Description of the rarest Insects in the Collection given to the University by the Rev. William Hope. With 40 Plates. 1874. Small folio, half morocco, 7*l.* 10*s.*

The Sacred Books of the East.

TRANSLATED BY VARIOUS ORIENTAL SCHOLARS, AND EDITED BY F. MAX MÜLLER.

[Demy 8vo. cloth.]

Vol. I. The Upanishads. Translated by F. Max Müller. Part I. The *Kh*ândogya-upanishad, The Talavakâra-upanishad, The Aitareya-âra*n*yaka, The Kaushîtaki-brâhma*n*a-upanishad, and The Vâ*g*asaneyi-sa*m*hitâ-upanishad. 10*s.* 6*d.*

Vol. II. The Sacred Laws of the Âryas, as taught in the Schools of Âpastamba, Gautama, Vâsish*th*a, and Baudhâyana. Translated by Prof. Georg Bühler. Part I. Âpastamba and Gautama. 10*s.* 6*d.*

Vol. III. The Sacred Books of China. The Texts of Confucianism. Translated by James Legge. Part I. The Shû King, The Religious portions of the Shih King, and The Hsiâo King. 12*s*. 6*d*.

Vol. IV. The Zend-Avesta. Translated by James Darmesteter. Part I. The Vendîdâd. 10*s*. 6*d*.

Vol. V. The Pahlavi Texts. Translated by E. W. West. Part I. The Bundahi*s*, Bahman Ya*s*t, and Shâyast lâ-shâyast. 12*s*. 6*d*.

Vols. VI and IX. The Qur'ân. Parts I and II. Translated by E. H. Palmer. 21*s*.

Vol. VII. The Institutes of Vish*n*u. Translated by Julius Jolly. 10*s*. 6*d*.

Vol. VIII. The Bhagavadgîtâ, with The Sanatsu*g*âtîya, and The Anugîtâ. Translated by Kâshinâth Trimbak Telang. 10*s*. 6*d*.

Vol. X. The Dhammapada, translated from Pâli by F. Max Müller; and The Sutta-Nipâta, translated from Pâli by V. Fausböll; being Canonical Books of the Buddhists. 10*s*. 6*d*.

Vol. XI. Buddhist Suttas. Translated from Pâli by T. W. Rhys Davids. 1. The Mahâparinibbâna Suttanta; 2. The Dhamma-*k*akkappavattana Sutta; 3. The Tevi*gg*a Suttanta; 4. The Akaṅkheyya Sutta; 5. The *K*etokhila Sutta; 6. The Mahâ-sudassana Suttanta; 7. The Sabbâsava Sutta. 10*s*. 6*d*.

Vol. XII. The *S*atapatha-Brâhma*n*a, according to the Text of the Mâdhyandina School. Translated by Julius Eggeling. Part I. Books I and II. 12*s*. 6*d*.

Vol. XIII. Vinaya Texts. Translated from the Pâli by T. W. Rhys Davids and Hermann Oldenberg. Part I. The Pâtimokkha. The Mahâvagga, I-IV. 10*s*. 6*d*.

Vol. XIV. The Sacred Laws of the Âryas, as taught in the Schools of Apastamba, Gautama, Vâsish*th*a and Baudhâyana. Translated by Georg Bühler. Part II. Vâsish*th*a and Baudhâyana. 10*s*. 6*d*.

Vol. XV. The Upanishads. Translated by F. Max Müller. Part II. The Ka*th*a-upanishad, The Mu*nd*aka-upanishad, The Taittirîyaka-upanishad, The B*ri*hadâra*n*yaka-upanishad, The *S*veta*s*vatara-upanishad, The Pra*s*ñ*a-upanishad, and The Maitrâya*n*a-Brâhma*n*a-upanishad. 10*s*. 6*d*.

Vol. XVI. The Sacred Books of China. The Texts of Confucianism. Translated by James Legge. Part II. The Yî King. 10*s*. 6*d*.

Vol. XVII. Vinaya Texts. Translated from the Pâli by T. W. Rhys Davids and Hermann Oldenberg. Part II. The Mahâvagga, V-X. The *K*ullavagga, I-III. 10*s*. 6*d*

Vol. XVIII. Pahlavi Texts. Translated by E. W. West. Part II. The Dâ*d*istân-î Dînîk and The Epistles of Mânû*sk*îhar. 12*s.* 6*d.*

Vol. XIX. The Fo-sho-hing-tsan-king. A Life of Buddha by Asvaghosha Bodhisattva, translated from Sanskrit into Chinese by Dharmaraksha, A.D. 420, and from Chinese into English by Samuel Beal. 10*s.* 6*d.*

Vol. XX. Vinaya Texts. Translated from the Pâli by T. W. Rhys Davids and Hermann Oldenberg. Part III. The *K*ullavagga, IV-XII. 10*s.* 6*d.*

Vol. XXI. The Saddharma-pu*nd*arîka; or, the Lotus of the True Law. Translated by H. Kern. 12*s.* 6*d.*

Vol. XXII. *G*aina-Sûtras. Translated from Prâkrit by Hermann Jacobi. Part I. The Â*k*ârâṅga-Sûtra. The Kalpa-Sûtra. 10*s.* 6*d.*

Vol. XXIII. The Zend-Avesta. Translated by James Darmesteter. Part II. The Sîrôzahs, Ya*s*ts, and Nyâyi*s*. 10*s.* 6*d.*

Vol. XXIV. Pahlavi Texts. Translated by E. W. West. Part III. Dînâ-î Maînôg-î Khirad, *S*ikand-gûmânîk, and Sad-Dar. 10*s.* 6*d.*

Second Series.

Vol. XXVI. The *S*atapatha-Brâhma*n*a. Translated by Julius Eggeling. Part II. 12*s.* 6*d.* *Just Published.*

Vols. XXVII and XXVIII. The Sacred Books of China. The Texts of Confucianism. Translated by James Legge. Parts III and IV. The Lî *K*î, or Collection of Treatises on the Rules of Propriety, or Ceremonial Usages. 25*s.* *Just Published.*

The following Volumes are in the Press:—

Vol. XXV. Manu. Translated by Georg Bühler. Vol. I.

Vols. XXIX and XXX. The G*ri*hya-Sûtras, Rules of Vedic Domestic Ceremonies. Translated by Hermann Oldenberg. Parts I and II.

Vol. XXXI. The Zend-Avesta. Part III. The Yasna, Visparad, Âfrînagân, and Gâhs. Translated by the Rev. L. H. Mills.

Vol. XXXII. Vedic Hymns. Translated by F. Max Müller. Part I.

Vol. XXXIII. Nârada, and some Minor Law-books. Translated by Julius Jolly. [*Preparing.*]

Vol. XXXIV. The Vedânta-Sûtras, with *S*aṅkara's Commentary. Translated by G. Thibaut. [*Preparing.*]

*** *The Second Series will consist of Twenty-Four Volumes.*

Clarendon Press Series

I. ENGLISH, &c.

A First Reading Book. By Marie Eichens of Berlin; and edited by Anne J. Clough. Extra fcap. 8vo. stiff covers, 4*d.*

Oxford Reading Book, Part I. For Little Children. Extra fcap. 8vo. stiff covers, 6*d.*

Oxford Reading Book, Part II. For Junior Classes. Extra fcap. 8vo. stiff covers, 6*d.*

An Elementary English Grammar and Exercise Book. By O. W. Tancock, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.*

An English Grammar and Reading Book, for Lower Forms in Classical Schools. By O. W. Tancock, M.A. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Typical Selections from the best English Writers, with Introductory Notices. Second Edition. In Two Volumes. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.* each.

Vol. I. Latimer to Berkeley. Vol. II. Pope to Macaulay.

Shairp (J. C., LL.D.). Aspects of Poetry; being Lectures delivered at Oxford. Crown 8vo. 10*s.* 6*d.*

A Book for the Beginner in Anglo-Saxon. By John Earle, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

An Anglo-Saxon Reader. In Prose and Verse. With Grammatical Introduction, Notes, and Glossary. By Henry Sweet, M.A. Fourth Edition, Revised and Enlarged. Extra fcap. 8vo. 8*s.* 6*d.*

An Anglo-Saxon Primer, with Grammar, Notes, and Glossary. By the same Author. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Old English Reading Primers; edited by Henry Sweet, M.A.

I. Selected Homilies of Ælfric. Extra fcap. 8vo., stiff covers, 1*s.* 6*d.*

II. Extracts from Alfred's Orosius. Extra fcap. 8vo., stiff covers, 1*s.* 6*d.*

First Middle English Primer, with Grammar and Glossary. By the same Author. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

The Philology of the English Tongue. By J. Earle, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 7*s.* 6*d.*

An Icelandic Primer, with Grammar, Notes, and Glossary. By the same Author. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

An Icelandic Prose Reader, with Notes, Grammar, and Glossary. By G. Vigfússon, M.A., and F. York Powell, M.A. Ext. fcap. 8vo. 10*s.* 6*d.*

A Handbook of Phonetics, including a Popular Exposition of the Principles of Spelling Reform. By H. Sweet, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Elementarbuch des Gesprochenen Englisch. Grammatik. Texte und Glossar. Von Henry Sweet. Extra fcap. 8vo., stiff covers, *2s. 6d.*

The Ormulum; with the Notes and Glossary of Dr. R. M. White. Edited by R. Holt, M.A. 1878. 2 vols. Extra fcap. 8vo. *21s.*

Specimens of Early English. A New and Revised Edition. With Introduction, Notes, and Glossarial Index. By R. Morris, LL.D., and W. W. Skeat, M.A.

Part I. From Old English Homilies to King Horn (A.D. 1150 to A.D. 1300). Second Edition. Extra fcap. 8vo. *9s.*

Part II. From Robert of Gloucester to Gower (A.D. 1298 to A.D. 1393). Second Edition. Extra fcap. 8vo. *7s. 6d.*

Specimens of English Literature, from the 'Ploughmans Crede' to the 'Shepheardes Calender' (A.D. 1394 to A.D. 1579). With Introduction, Notes, and Glossarial Index. By W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. *7s. 6d.*

The Vision of William concerning Piers the Plowman, by William Langland. Edited, with Notes, by W. W. Skeat, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. *4s. 6d.*

Chaucer. I. *The Prologue to the Canterbury Tales;* the Knightes Tale; The Nonne Prestes Tale. Edited by R. Morris, Editor of Specimens of Early English, &c., &c. Fifty-first Thousand. Extra fcap. 8vo. *2s. 6d.*

—— II. *The Prioresses Tale; Sir Thopas;* The Monkes Tale; The Clerkes Tale; The Squieres Tale, &c. Edited by W. W. Skeat, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. *4s. 6d.*

—— III. *The Tale of the Man of Lawe;* The Pardoneres Tale; The Second Nonnes Tale; The Chanouns Yemannes Tale. By the same Editor. Second Edition. Extra fcap. 8vo. *4s. 6d.*

Gamelyn, The Tale of. Edited with Notes, Glossary, &c., by W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. Stiff covers, *1s. 6d.*

Spenser's Faery Queene. Books I and II. Designed chiefly for the use of Schools. With Introduction, Notes, and Glossary. By G. W. Kitchin, D.D.

Book I. Tenth Edition. Extra fcap. 8vo. *2s. 6d.*

Book II. Sixth Edition. Extra fcap. 8vo. *2s. 6d.*

Hooker. Ecclesiastical Polity, Book I. Edited by R. W. Church, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. *2s.*

Marlowe and Greene. Marlowe's Tragical History of Dr. Faustus, and *Greene's Honourable History of Friar Bacon and Friar Bungay.* Edited by A. W. Ward, M.A. 1878. Extra fcap. 8vo. *5s. 6d.* In white Parchment, *6s.*

Marlowe. Edward II. With Introduction, Notes, &c. By O. W. Tancock, M.A. Extra fcap. 8vo. *3s.*

Shakespeare. Select Plays. Edited by W. G. Clark, M.A., and W. Aldis Wright, M.A. Extra fcap. 8vo. stiff covers.

The Merchant of Venice. 1*s.*
Richard the Second. 1*s.* 6*d.*
Macbeth. 1*s.* 6*d.*
Hamlet. 2*s.*

Edited by W. Aldis Wright, M.A.

The Tempest. 1*s.* 6*d.*
As You Like It. 1*s.* 6*d.*
Julius Cæsar. 2*s.*
Richard the Third. 2*s.* 6*d.*
King Lear. 1*s.* 6*d.*
Midsummer Night's Dream. 1*s.* 6*d.*
Coriolanus. 2*s.* 6*d.*
Henry the Fifth. 2*s.*
Twelfth Night. 1*s.* 6*d.*
King John. 1*s.* 6*d.*

Shakespeare as a Dramatic Artist; a popular Illustration of the Principles of Scientific Criticism. By R. G. Moulton, M.A. Crown 8vo. 5*s.*

Bacon. I. *Advancement of Learning.* Edited by W. Aldis Wright, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

—— II. *The Essays.* With Introduction and Notes. By S. H. Reynolds, M.A., late Fellow of Brasenose College. *In Preparation.*

Milton. I. *Areopagitica.* With Introduction and Notes. By John W. Hales, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

—— II. *Poems.* Edited by R. C. Browne, M.A. 2 vols. Fifth Edition. Extra fcap. 8vo. 6*s.* 6*d.* Sold separately, Vol. I. 4*s.*; Vol. II. 3*s.*

In paper covers:—

Lycidas, 3*d.* L'Allegro, 3*d.* Il Penseroso, 4*d.* Comus, 6*d.*
Samson Agonistes, 6*d.*

—— III. *Samson Agonistes.* Edited with Introduction and Notes by John Churton Collins. Extra fcap. 8vo. stiff covers, 1*s.*

Bunyan. I. *The Pilgrim's Progress, Grace Abounding, Relation of the Imprisonment of Mr. John Bunyan.* Edited, with Biographical Introduction and Notes, by E. Venables, M.A. 1879. Extra fcap. 8vo. 5*s.* In ornamental Parchment, 6*s.*

—— II. *Holy War, &c.* Edited by E. Venables, M.A. In the Press.

Clarendon. History of the Rebellion. Book VI. Edited by T. Arnold, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Dryden. Select Poems. Stanzas on the Death of Oliver Cromwell; Astræa Redux; Annus Mirabilis; Absalom and Achitophel; Religio Laici; The Hind and the Panther. Edited by W. D. Christie, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Locke's Conduct of the Understanding. Edited, with Introduction, Notes, &c., by T. Fowler, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Addison. Selections from Papers in the Spectator. With Notes. By T. Arnold, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.* In ornamental Parchment, 6*s.*

Steele. *Selections from the Tatler, Spectator, and Guardian.* Edited by Austin Dobson. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.* In white Parchment, 7*s.* 6*d.*

Pope. With Introduction and Notes. By Mark Pattison, B.D.

—— I. *Essay on Man.* Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.*

—— II. *Satires and Epistles.* Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Parnell. *The Hermit.* Paper covers, 2*d.*

Johnson. I. *Rasselas; Lives of Dryden and Pope.* Edited by Alfred Milnes, M.A. (London). Extra fcap. 8vo. 4*s* 6*d.*, or *Lives of Dryden and Pope* only, stiff covers, 2*s.* 6*d.*

—— II. *Vanity of Human Wishes.* With Notes, by E. J. Payne, M.A. Paper covers, 4*d.*

Gray. *Selected Poems.* Edited by Edmund Gosse. Extra fcap. 8vo. Stiff covers, 1*s.* 6*d.* In white Parchment, 3*s.*

—— *Elegy and Ode on Eton College.* Paper covers, 2*d.*

Goldsmith. *The Deserted Village.* Paper covers, 2*d.*

Cowper. Edited, with Life, Introductions, and Notes, by H. T. Griffith, B.A.

—— I. *The Didactic Poems of* 1782, with Selections from the Minor Pieces, A.D. 1779–1783. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

—— II. *The Task, with Tirocinium,* and Selections from the Minor Poems. A.D. 1784–1799. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Burke. *Select Works.* Edited, with Introduction and Notes, by E. J. Payne, M.A.

—— I. *Thoughts on the Present Discontents; the two Speeches on America.* Second Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

—— II. *Reflections on the French Revolution.* Second Edition. Extra fcap. 8vo. 5*s.*

—— III. *Four Letters on the Proposals for Peace with the Regicide Directory of France.* Second Edition. Extra fcap. 8vo. 5*s.*

Keats. *Hyperion.* Book I. With Notes by W. T. Arnold, B.A. Paper covers, 4*d.*

Byron. *Childe Harold.* Edited, with Introduction and Notes, by H. F. Tozer, M.A. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.* In white Parchment, 5*s.*

Scott. *Lay of the Last Minstrel.* Edited with Preface and Notes by W. Minto, M.A. With Map. Extra fcap. 8vo. Stiff covers, 2*s.* Ornamental Parchment, 3*s.* 6*d.*

—— *Lay of the Last Minstrel.* Introduction and Canto I., with Preface and Notes, by the same Editor. 6*d.*

II. LATIN.

Rudimenta Latina. Comprising Accidence, and Exercises of a very Elementary Character, for the use of Beginners. By John Barrow Allen, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

An Elementary Latin Grammar. By the same Author. Forty-second Thousand. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

A First Latin Exercise Book. By the same Author. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

A Second Latin Exercise Book. By the same Author. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Reddenda Minora, or Easy Passages, Latin and Greek, for Unseen Translation. For the use of Lower Forms. Composed and selected by C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.*

Anglice Reddenda, or Easy Extracts, Latin and Greek, for Unseen Translation. By C. S. Jerram, M.A. Third Edition, Revised and Enlarged Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Passages for Translation into Latin. For the use of Passmen and others. Selected by J. Y. Sargent, M.A. Fifth Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Exercises in Latin Prose Composition; with Introduction, Notes and Passages of Graduated Difficulty for Translation into Latin. By G. G. Ramsay, M.A., LL.D. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Hints and Helps for Latin Elegiacs. By H. Lee-Warner, M.A., late Fellow of St. John's College, Cambridge, Assistant Master at Rugby School. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

First Latin Reader. By T. J. Nunns, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Caesar. The Commentaries (for Schools). With Notes and Maps. By Charles E. Moberly, M.A.

Part I. *The Gallic War.* Second Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Part II. *The Civil War.* Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

The Civil War. Book I. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Cicero. Selection of interesting and descriptive passages. With Notes. By Henry Walford, M.A. In three Parts. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Each Part separately, limp, 1*s.* 6*d.*

Part I. Anecdotes from Grecian and Roman History. Third Edition.

Part II. Omens and Dreams: Beauties of Nature. Third Edition.

Part III. Rome's Rule of her Provinces. Third Edition.

Cicero. Selected Letters (for Schools). With Notes. By the late C. E. Prichard, M.A., and E. R. Bernard, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Cicero. Select Orations (for Schools). In Verrem I. De Imperio Gn. Pompeii. Pro Archia. Philippica IX. With Introduction and Notes by J. R. King, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Cornelius Nepos. With Notes. By Oscar Browning, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Livy. Selections (for Schools). With Notes and Maps. By H. Lee-Warner, M.A. Extra fcap. 8vo. In Parts limp, each 1*s.* 6*d.*

Part I. The Caudine Disaster.
Part II. Hannibal's Campaign in Italy.
Part III. The Macedonian War.

Livy. Books V–VII. With Introduction and Notes. By A. R. Cluer, B.A. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Livy. Books XXI, XXII, and XXIII. With Introduction and Notes. By M. T. Tatham, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Ovid. Selections for the use of Schools. With Introductions and Notes, and an Appendix on the Roman Calendar. By W. Ramsay, M.A. Edited by G. G. Ramsay, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 5*s.* 6*d.*

Ovid. Tristia. Book I. The Text revised, with an Introduction and Notes. By S. G. Owen, B.A. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Plautus. The Trinummus. With Notes and Introductions. Intended for the Higher Forms of Public Schools. By C. E. Freeman, M.A., and A. Sloman, M.A. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Pliny. Selected Letters (for Schools). With Notes. By the late C. E. Prichard, M.A., and E. R. Bernard, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Sallust. With Introduction and Notes. By W. W. Capes, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Tacitus. The Annals. Books I–IV. Edited, with Introduction and Notes for the use of Schools and Junior Students, by H. Furneaux, M.A. Extra fcap. 8vo. 5*s.*

Terence. Andria. With Notes and Introductions. By C. E. Freeman, M.A., and A. Sloman, M.A. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Virgil. With Introduction and Notes. By T. L. Papillon, M.A. Two vols. Crown 8vo. 10*s.* 6*d.* The Text separately, 4*s.* 6*d.*

Catulli Veronensis Liber. Iterum recognovit, apparatum criticum prolegomena appendices addidit, Robinson Ellis, A.M. 1878. Demy 8vo. 16*s.*

—— *A Commentary on Catullus.* By Robinson Ellis, M.A. 1876. Demy 8vo. 16*s.*

Catulli Veronensis Carmina Selecta, secundum recognitionem Robinson Ellis, A.M. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Cicero de Oratore. With Introduction and Notes. By A. S. Wilkins, M.A.

Book I. 1879. 8vo. 6*s.* Book II. 1881. 8vo. 5*s.*

—— *Philippic Orations.* With Notes. By J. R. King, M.A. Second Edition. 1879. 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *Select Letters.* With English Introductions, Notes, and Appendices. By Albert Watson, M.A. Third Edition. 1881. Demy 8vo. 18*s.*

—— *Select Letters.* Text. By the same Editor. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s.*

—— *pro Cluentio.* With Introduction and Notes. By W. Ramsay, M.A. Edited by G. G. Ramsay, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Horace. With a Commentary. Volume I. The Odes, Carmen Seculare, and Epodes. By Edward C. Wickham, M.A. Second Edition. 1877. Demy 8vo. 12*s.*

—— A reprint of the above, in a size suitable for the use of Schools. Extra fcap. 8vo. 5*s.* 6*d.*

Livy, Book I. With Introduction, Historical Examination, and Notes. By J. R. Seeley, M.A. Second Edition. 1881. 8vo. 6*s.*

Ovid. P. Ovidii Nasonis Ibis. Ex Novis Codicibus edidit, Scholia Vetera Commentarium cum Prolegomenis Appendice Indice addidit, R. Ellis, A.M. 8vo. 10*s.* 6*d.*

Persius. The Satires. With a Translation and Commentary. By John Conington, M.A. Edited by Henry Nettleship, M.A. Second Edition. 1874. 8vo. 7*s.* 6*d.*

Tacitus. The Annals. Books I–VI. Edited, with Introduction and Notes, by H. Furneaux, M.A. 8vo. 18*s.*

Nettleship (H., M.A.). Lectures and Essays on Subjects connected with Latin Scholarship and Literature. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

—— *The Roman Satura:* its original form in connection with its literary development. 8vo. sewed, 1*s.*

—— *Ancient Lives of Vergil.* With an Essay on the Poems of Vergil, in connection with his Life and Times. 8vo. sewed, 2*s.*

Papillon (T. L., M.A.). A Manual of Comparative Philology. Third Edition, Revised and Corrected. 1882. Crown 8vo. 6*s.*

Pinder (North, M.A.). Selections from the less known Latin Poets. 1869. 8vo. 15*s.*

Sellar (W. Y., M.A.). Roman Poets of the Augustan Age. VIRGIL. New Edition. 1883. Crown 8vo. 9*s*.

—— *Roman Poets of the Republic.* New Edition, Revised and Enlarged. 1881. 8vo. 14*s*.

Wordsworth (J., M.A.). Fragments and Specimens of Early Latin. With Introductions and Notes. 1874. 8vo. 18*s*.

III. GREEK.

A Greek Primer, for the use of beginners in that Language. By the Right Rev. Charles Wordsworth, D.C.L. Seventh Edition. Extra fcap. 8vo. 1*s*. 6*d*.

Graecae Grammaticae Rudimenta in usum Scholarum. Auctore Carolo Wordsworth, D.C.L. Nineteenth Edition, 1882. 12mo. 4*s*.

A Greek-English Lexicon, abridged from Liddell and Scott's 4to. edition, chiefly for the use of Schools. Twenty-first Edition. 1884. Square 12mo. 7*s*. 6*d*.

Greek Verbs, Irregular and Defective; their forms, meaning, and quantity; embracing all the Tenses used by Greek writers, with references to the passages in which they are found. By W. Veitch. Fourth Edition. Crown 8vo. 10*s*. 6*d*.

The Elements of Greek Accentuation (for Schools): abridged from his larger work by H. W. Chandler, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s*. 6*d*.

A SERIES OF GRADUATED GREEK READERS:—

First Greek Reader. By W. G. Rushbrooke, M.L. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s*. 6*d*.

Second Greek Reader. By A. M. Bell, M.A. Extra fcap. 8vo. 3*s*. 6*d*.

Fourth Greek Reader; being Specimens of Greek Dialects. With Introductions and Notes. By W. W. Merry, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s*. 6*d*.

Fifth Greek Reader. Selections from Greek Epic and Dramatic Poetry, with Introductions and Notes. By Evelyn Abbott, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s*. 6*d*.

The Golden Treasury of Ancient Greek Poetry: being a Collection of the finest passages in the Greek Classic Poets, with Introductory Notices and Notes. By R. S. Wright, M.A. Extra fcap. 8vo. 8*s*. 6*d*.

A Golden Treasury of Greek Prose, being a Collection of the finest passages in the principal Greek Prose Writers, with Introductory Notices and Notes. By R. S. Wright, M.A., and J. E. L. Shadwell, M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s*. 6*d*.

Aeschylus. Prometheus Bound (for Schools). With Introduction and Notes, by A. O. Prickard, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

—— *Agamemnon.* With Introduction and Notes, by Arthur Sidgwick, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

—— *Choephoroi.* With Introduction and Notes by the same Editor. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Aristophanes. In Single Plays. Edited, with English Notes, Introductions, &c., by W. W. Merry, M.A. Extra fcap. 8vo.

I. The Clouds, Second Edition, 2*s.*

II. The Acharnians, 2*s.* III. The Frogs, 2*s.*

Cebes. Tabula. With Introduction and Notes. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Euripides. Alcestis (for Schools). By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

—— *Helena.* Edited, with Introduction, Notes, and Critical Appendix, for Upper and Middle Forms. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

—— *Iphigenia in Tauris.* Edited, with Introduction, Notes, and Critical Appendix, for Upper and Middle Forms. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. cloth, 3*s.*

Herodotus, Selections from. Edited, with Introduction, Notes, and a Map, by W. W. Merry, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Homer. Odyssey, Books I–XII (for Schools). By W. W. Merry, M.A. Twenty-seventh Thousand. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Book II, separately, 1*s.* 6*d.*

—— *Odyssey,* Books XIII–XXIV (for Schools). By the same Editor. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 5*s.*

—— *Iliad,* Book I (for Schools). By D. B. Monro, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

—— *Iliad,* Books I–XII (for Schools). With an Introduction, a brief Homeric Grammar, and Notes. By D. B. Monro, M.A. Extra fcap. 8vo. 6*s.*

—— *Iliad,* Books VI and XXI. With Introduction and Notes. By Herbert Hailstone, M.A. Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.* each.

Lucian. Vera Historia (for Schools). By C. S. Jerram, M.A. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.*

Plato. Selections from the Dialogues [including the whole of the *Apology* and *Crito*]. With Introduction and Notes by John Purves, M.A., and a Preface by the Rev. B. Jowett, M.A. Extra fcap. 8vo. 6*s.* 6*d.*

Sophocles. For the use of Schools. Edited with Introductions and English Notes. By Lewis Campbell, M.A., and Evelyn Abbott, M.A. *New and Revised Edition.* 2 Vols. Extra fcap. 8vo. 10*s.* 6*d.*

Sold separately, Vol. I, Text, 4*s.* 6*d.*; Vol. II, Explanatory Notes, 6*s.*

Sophocles. In Single Plays, with English Notes, &c. By Lewis Campbell, M.A., and Evelyn Abbott, M.A. Extra fcap. 8vo. limp.

Oedipus Tyrannus, Philoctetes. New and Revised Edition, 2*s.* each.
Oedipus Coloneus, Antigone, 1*s.* 9*d.* each.
Ajax, Electra, Trachiniae, 2*s.* each.

—— *Oedipus Rex:* Dindorf's Text, with Notes by the present Bishop of St. David's. Extra fcap. 8vo. limp, 1*s.* 6*d.*

Theocritus (for Schools). With Notes. By H. Kynaston, D.D. (late Snow). Third Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Xenophon. Easy Selections (for Junior Classes). With a Vocabulary, Notes, and Map. By J. S. Phillpotts, B.C.L., and C. S. Jerram, M.A. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

—— *Selections* (for Schools). With Notes and Maps. By J. S. Phillpotts, B.C.L. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

—— *Anabasis*, Book I. Edited for the use of Junior Classes and Private Students. With Introduction, Notes, and Index. By J. Marshall, M.A., Rector of the Royal High School, Edinburgh. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

—— *Anabasis*, Book II. With Notes and Map. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

—— *Cyropaedia*, Books IV and V. With Introduction and Notes by C. Bigg, D.D. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Aristotle's Politics. By W. L. Newman, M.A. [*In the Press.*]

Aristotelian Studies. I. On the Structure of the Seventh Book of the Nicomachean Ethics. By J. C. Wilson, M.A. 8vo. stiff, 5*s.*

Aristotelis Ethica Nicomachea, ex recensione Immanuelis Bekkeri. Crown 8vo. 5*s.*

Demosthenes and Aeschines. The Orations of Demosthenes and Æschines on the Crown. With Introductory Essays and Notes. By G. A. Simcox, M.A., and W. H. Simcox, M.A. 1872. 8vo. 12*s.*

Hicks (E. L., M.A.). A Manual of Greek Historical Inscriptions. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

Homer. Odyssey, Books I–XII. Edited with English Notes, Appendices, etc. By W. W. Merry, M.A., and the late James Riddell, M.A. 1886. Second Edition. Demy 8vo. 16*s.*

Homer. A Grammar of the Homeric Dialect. By D. B. Monro, M.A. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

Sophocles. The Plays and Fragments. With English Notes and Introductions, by Lewis Campbell, M.A. 2 vols.

Vol. I. Oedipus Tyrannus. Oedipus Coloneus. Antigone. Second Edition. 1879. 8vo. 16*s.*

Vol. II. Ajax. Electra. Trachiniae. Philoctetes. Fragments. 1881. 8vo. 16*s.*

IV. FRENCH AND ITALIAN.

Brachet's Etymological Dictionary of the French Language, with a Preface on the Principles of French Etymology. Translated into English by G. W. Kitchin, D.D. Third Edition. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

—— *Historical Grammar of the French Language.* Translated into English by G. W. Kitchin, D.D. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

Works by GEORGE SAINTSBURY, M.A.

Primer of French Literature. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Short History of French Literature. Crown 8vo. 10*s.* 6*d.*

Specimens of French Literature, from Villon to Hugo. Crown 8vo. 9*s.*

Corneille's Horace. Edited, with Introduction and Notes, by George Saintsbury, M.A. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Molière's Les Précieuses Ridicules. Edited, with Introduction and Notes, by Andrew Lang, M.A. Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.*

Racine's Esther. Edited, &c. by George Saintsbury, M.A. (*Nearly ready.*)

Beaumarchais' Le Barbier de Séville. Edited, with Introduction and Notes, by Austin Dobson. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Voltaire's Mérope. Edited, with Introduction and Notes, by George Saintsbury. Extra fcap. 8vo. cloth, 2*s.*

Musset's On ne badine pas avec l'Amour, and *Fantasio.* Edited, with Prolegomena, Notes, etc., by Walter Herries Pollock. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Sainte-Beuve. Selections from the Causeries du Lundi. Edited by George Saintsbury. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Quinet's Lettres à sa Mère. Selected and edited by George Saintsbury. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

L'Éloquence de la Chaire et de la Tribune Françaises. Edited by Paul Blouët, B.A. (Univ. Gallic.). Vol. I. French Sacred Oratory Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Edited by GUSTAVE MASSON, B.A.

Corneille's Cinna. With Notes, Glossary, etc. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.* Stiff covers, 1*s.* 6*d.*

Louis XIV and his Contemporaries; as described in Extracts from the best Memoirs of the Seventeenth Century. With English Notes, Genealogical Tables, &c. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Maistre, Xavier de. Voyage autour de ma Chambre. Ourika, by *Madame de Duras;* La Dot de Suzette, by *Fiévée;* Les Jumeaux de l'Hôtel Corneille, by *Edmond About;* Mésaventures d'un Écolier, by *Rodolphe Töpffer.* Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Molière's Les Fourberies de Scapin, and *Racine's Athalie.* With Voltaire's Life of Molière. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Molière's Les Fourberies de Scapin. With Voltaire's Life of Molière. Extra fcap. 8vo. stiff covers, 1*s.* 6*d.*

Molière's Les Femmes Savantes. With Notes, Glossary, etc. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.* Stiff covers, 1*s.* 6*d.*

Racine's Andromaque, and *Corneille's Le Menteur.* With Louis Racine's Life of his Father. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Regnard's Le Joueur, and *Brueys and Palaprat's Le Grondeur.* Extra fcap 8vo. 2*s.* 6*d.*

Sévigné, Madame de, and her chief Contemporaries, Selections from the Correspondence of. Intended more especially for Girls' Schools. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Dante. Selections from the Inferno. With Introduction and Notes. By H. B. Cotterill, B.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Tasso. La Gerusalemme Liberata. Cantos i, ii. With Introduction and Notes. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

V. GERMAN.

Scherer (W.). A History of German Literature. Translated from the Third German Edition by Mrs. F. Conybeare. Edited by F. Max Müller. 2 vols. 8vo. 21*s.*

GERMAN COURSE. By HERMANN LANGE.

The Germans at Home; a Practical Introduction to German Conversation, with an Appendix containing the Essentials of German Grammar. Second Edition. 8vo. 2*s.* 6*d.*

The German Manual; a German Grammar, Reading Book, and a Handbook of German Conversation. 8vo. 7*s.* 6*d.*

Grammar of the German Language. 8vo. 3*s.* 6*d.*

This 'Grammar' is a reprint of the Grammar contained in 'The German Manual,' and, in this separate form, is intended for the use of Students who wish to make themselves acquainted with German Grammar chiefly for the purpose of being able to read German books.

German Composition; A Theoretical and Practical Guide to the Art of Translating English Prose into German. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Lessing's Laokoon. With Introduction, English Notes, etc. By A. Hamann, Phil. Doc., M.A. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Schiller's Wilhelm Tell. Translated into English Verse by E. Massie, M.A. Extra fcap. 8vo. 5*s.*

Also, Edited by C. A. BUCHHEIM, Phil. Doc.

Goethe's Egmont. With a Life of Goethe, &c. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

—— *Iphigenie auf Tauris.* A Drama. With a Critical Introduction and Notes. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.*

Heine's Prosa, being Selections from his Prose Works. With English Notes, etc. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Heine's Harzreise. With a Life of Heine, a Descriptive Sketch of the Harz, and an Index. Extra fcap. 8vo. paper covers, 1*s.* 6*d.*; cloth, 2*s.* 6*d.*

Lessing's Minna von Barnhelm. A Comedy. With a Life of Lessing, Critical Analysis, Complete Commentary, &c. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

—— *Nathan der Weise.* With Introduction, Notes, etc. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Schiller's Historische Skizzen; Egmont's Leben und Tod, and *Belagerung von Antwerpen.* Third Edition, Revised and Enlarged. With a Map. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

—— *Wilhelm Tell.* With a Life of Schiller; an historical and critical Introduction, Arguments, and a complete Commentary, and Map. Sixth Edition. Extra fcap. 8vo. 3*s.* 6*d.*

—— *Wilhelm Tell.* School Edition. With Map. Extra fcap. 8vo. 2*s.*

Modern German Reader. A Graduated Collection of Extracts in Prose and Poetry from Modern German writers:—

Part I. With English Notes, a Grammatical Appendix, and a complete Vocabulary. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Part II. With English Notes and an Index. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Part III in Preparation.

VI. MATHEMATICS, PHYSICAL SCIENCE, &c.

By LEWIS HENSLEY, M.A.

Figures made Easy: a first Arithmetic Book. Crown 8vo. *6d.*

Answers to the Examples in Figures made Easy, together with two thousand additional Examples, with Answers. Crown 8vo. *1s.*

The Scholar's Arithmetic: with Answers. Crown 8vo. *4s. 6d.*

The Scholar's Algebra. Crown 8vo. *4s. 6d.*

Baynes (R. E., M.A.). Lessons on Thermodynamics. 1878. Crown 8vo. *7s. 6d.*

Chambers (G. F., F.R.A.S.). A Handbook of Descriptive Astronomy. Third Edition. 1877. Demy 8vo. *28s.*

Clarke (Col. A. R., C.B., R.E.). Geodesy. 1880. 8vo. *12s. 6d.*

Cremona (Luigi). Elements of Projective Geometry. Translated by C. Leudesdorf, M.A. 8vo. *12s. 6d.*

Donkin. Acoustics. Second Edition. Crown 8vo. *7s. 6d.*

Euclid Revised. Containing the Essentials of the Elements of Plane Geometry as given by Euclid in his first Six Books. Edited by R. C. J. Nixon, M.A. Crown 8vo. *7s. 6d.*

—— Books I–IV. By the same Editor. Crown 8vo. *3s. 6d.*

Also, *nearly ready:—*

—— Books I, II. By the same Editor. *1s. 6d.*

—— Book I. By the same Editor. *1s.*

Galton (Douglas, C.B., F.R.S.). The Construction of Healthy Dwellings. Demy 8vo. *10s. 6d.*

Hamilton (Sir R. G. C.), and J. Ball. Book-keeping. New and enlarged Edition. Extra fcap. 8vo. limp cloth, *2s.*

Harcourt (A. G. Vernon, M.A.), and *H. G. Madan, M.A. Exercises in Practical Chemistry.* Vol. I. Elementary Exercises. Third Edition. Crown 8vo. *9s.*

Maclaren (Archibald). A System of Physical Education: Theoretical and Practical. Extra fcap. 8vo. *7s. 6d.*

Madan (H. G., M.A.). Tables of Qualitative Analysis. Large 4to. paper, *4s. 6d.*

Maxwell (J. Clerk, M.A., F.R.S.). A Treatise on Electricity and Magnetism. Second Edition. 2 vols. Demy 8vo. *1l. 11s. 6d.*

—— *An Elementary Treatise on Electricity.* Edited by William Garnett, M.A. Demy 8vo. *7s. 6d.*

Minchin (G. M., M.A.). A Treatise on Statics with Applications to Physics. Third Édition, Corrected and Enlarged. Vol. I. *Equilibrium of Coplanar Forces.* 8vo. *9s.* Vol. II. *Statics.* 8vo. *16s.*

Minchin (*G. M., M.A.*). *Uniplanar Kinematics of Solids and Fluids.* Crown 8vo. 7*s*. 6*d*.

Phillips (*John, M.A., F.R.S.*). *Geology of Oxford and the Valley of the Thames.* 1871. 8vo. 21*s*.

—— *Vesuvius.* 1869. Crown 8vo. 10*s*. 6*d*.

Prestwich (*Joseph, M.A., F.R.S.*). *Geology, Chemical, Physical, and Stratigraphical.* Vol. I. Chemical and Physical. Royal 8vo. 25*s*.

Rolleston's Forms of Animal Life. Illustrated by Descriptions and Drawings of Dissections. New Edition. (*Nearly ready.*)

Smyth. A Cycle of Celestial Objects. Observed, Reduced, and Discussed by Admiral W. H. Smyth, R.N. Revised, condensed, and greatly enlarged by G. F. Chambers, F.R.A.S. 1881. 8vo. *Price reduced to* 12*s*.

Stewart (*Balfour, LL.D., F.R.S.*). *A Treatise on Heat,* with numerous Woodcuts and Diagrams. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 7*s*. 6*d*.

Vernon-Harcourt (*L. F., M.A.*). *A Treatise on Rivers and Canals,* relating to the Control and Improvement of Rivers, and the Design, Construction, and Development of Canals. 2 vols. (Vol. I, Text. Vol. II, Plates.) 8vo. 21*s*.

—— *Harbours and Docks;* their Physical Features, History, Construction, Equipment, and Maintenance; with Statistics as to their Commercial Development. 2 vols. 8vo. 25*s*.

Watson (*H. W., M.A.*). *A Treatise on the Kinetic Theory of Gases.* 1876. 8vo. 3*s*. 6*d*.

Watson (*H. W., D. Sc., F.R.S.*), *and S. H. Burbury, M.A.*

I. *A Treatise on the Application of Generalised Coordinates to the Kinetics of a Material System.* 1879. 8vo. 6*s*.

II. *The Mathematical Theory of Electricity and Magnetism.* Vol. I. Electrostatics. 8vo. 10*s*. 6*d*.

Williamson (*A. W., Phil. Doc., F.R.S.*). *Chemistry for Students.* A new Edition, with Solutions. 1873. Extra fcap. 8vo. 8*s*. 6*d*.

VII. HISTORY.

Bluntschli (*J. K.*). *The Theory of the State.* By J. K. Bluntschli, late Professor of Political Sciences in the University of Heidelberg. Authorised English Translation from the Sixth German Edition. Demy 8vo. half bound, 12*s*. 6*d*.

Finlay (*George, LL.D.*). *A History of Greece* from its Conquest by the Romans to the present time, B.C. 146 to A.D. 1864. A new Edition, revised throughout, and in part re-written, with considerable additions, by the Author, and edited by H. F. Tozer, M.A. 7 vols. 8vo. 3*l*. 10*s*.

Fortescue (Sir John, Kt.). The Governance of England: otherwise called The Difference between an Absolute and a Limited Monarchy. A Revised Text. Edited, with Introduction, Notes, and Appendices, by Charles Plummer, M.A. 8vo. half bound, 12*s.* 6*d.*

Freeman (E.A., D.C.L.). A Short History of the Norman Conquest of England. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

George (H. B., M.A.). Genealogical Tables illustrative of Modern History. Third Edition, Revised and Enlarged. Small 4to. 12*s.*

Hodgkin (T.). Italy and her Invaders. Illustrated with Plates and Maps. Vols. I—IV., A.D. 376–553. 8vo. 3*l.* 8*s.*

Kitchin (G. W., D.D.). A History of France. With numerous Maps, Plans, and Tables. In Three Volumes. *Second Edition.* Crown 8vo. each 10*s.* 6*d.*

Vol. 1. Down to the Year 1453.

Vol. 2. From 1453–1624. Vol. 3. From 1624–1793.

Payne (E. J., M.A.). A History of the United States of America. In the Press.

Ranke (L. von). A History of England, principally in the Seventeenth Century. Translated by Resident Members of the University of Oxford, under the superintendence of G. W. Kitchin, D.D., and C. W. Boase, M.A. 1875. 6 vols. 8vo. 3*l.* 3*s.*

Rawlinson (George, M.A.). A Manual of Ancient History. Second Edition. Demy 8vo. 14*s.*

Select Charters and other Illustrations of English Constitutional History, from the Earliest Times to the Reign of Edward I. Arranged and edited by W. Stubbs, D.D. Fifth Edition. 1883. Crown 8vo. 8*s.* 6*d.*

Stubbs (W., D.D.). The Constitutional History of England, in its Origin and Development. Library Edition. 3 vols. demy 8vo. 2*l.* 8*s.*

Also in 3 vols. crown 8vo. price 12*s.* each.

—— *Seventeen Lectures on the Study of Medieval and* Modern History, &c., delivered at Oxford 1867–1884. Demy 8vo. half-bound, 10*s.* 6*d.*

Wellesley. A Selection from the Despatches, Treaties, and other Papers of the Marquess Wellesley, K.G., during his Government of India. Edited by S. J. Owen, M.A. 1877. 8vo. 1*l.* 4*s.*

Wellington. A Selection from the Despatches, Treaties, and other Papers relating to India of Field-Marshal the Duke of Wellington, K.G. Edited by S. J. Owen, M.A. 1880. 8vo. 24*s.*

A History of British India. By S. J. Owen, M.A., Reader in Indian History in the University of Oxford. In preparation.

VIII. LAW.

Alberici Gentilis, I.C.D., I.C., De Iure Belli Libri Tres. Edidit T. E. Holland, I.C.D. 1877. Small 4to. half morocco, 21*s.*

Anson (*Sir William R., Bart., D.C.L.*). *Principles of the English Law of Contract, and of Agency in its Relation to Contract.* Fourth Edition. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *Law and Custom of the Constitution.* Part I. Parliament. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

Bentham (*Jeremy*). *An Introduction to the Principles of Morals and Legislation.* Crown 8vo. 6*s.* 6*d.*

Digby (*Kenelm E., M.A.*). *An Introduction to the History of the Law of Real Property.* Third Edition. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

Gaii Institutionum Juris Civilis Commentarii Quattuor; or, Elements of Roman Law by Gaius. With a Translation and Commentary by Edward Poste, M.A. Second Edition. 1875. 8vo. 18*s.*

Hall (*W. E., M.A.*). *International Law.* Second Ed. 8vo. 21*s.*

Holland (*T. E., D.C.L.*). *The Elements of Jurisprudence.* Third Edition. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *The European Concert in the Eastern Question*, a Collection of Treaties and other Public Acts. Edited, with Introductions and Notes, by Thomas Erskine Holland, D.C.L. 8vo. 12*s.* 6*d.*

Imperatoris Iustiniani Institutionum Libri Quattuor; with Introductions, Commentary, Excursus and Translation. By J. B. Moyle, B.C.L., M.A. 2 vols. Demy 8vo. 21*s.*

Justinian, The Institutes of, edited as a recension of the Institutes of Gaius, by Thomas Erskine Holland, D.C.L. Second Edition, 1881. Extra fcap. 8vo. 5*s.*

Justinian, Select Titles from the Digest of. By T. E. Holland, D.C.L., and C. L. Shadwell, B.C.L. 8vo. 14*s.*

Also sold in Parts, in paper covers, as follows:—

Part I. Introductory Titles. 2*s.* 6*d.* Part II. Family Law. 1*s.*
Part III. Property Law. 2*s.* 6*d.* Part IV. Law of Obligations (No. 1). 3*s.* 6*d.*
Part IV. Law of Obligations (No. 2). 4*s.* 6*d.*

Lex Aquilia. The Roman Law of Damage to Property: being a Commentary on the Title of the Digest 'Ad Legem Aquiliam' (ix. 2). With an Introduction to the Study of the Corpus Iuris Civilis. By Erwin Grueber, Dr. Jur., M.A. Demy 8vo. 10*s.* 6*d.* *Just Published.*

Markby (*W., D.C.L.*). *Elements of Law* considered with reference to Principles of General Jurisprudence. Third Edition. Demy 8vo. 12*s.* 6*d.*

Twiss (*Sir Travers, D.C.L.*). The Law of Nations considered as Independent Political Communities.

Part I. On the Rights and Duties of Nations in time of Peace. A new Edition, Revised and Enlarged. 1884. Demy 8vo. 15*s.*

Part II. On the Rights and Duties of Nations in Time of War. Second Edition Revised. 1875. Demy 8vo. 21*s.*

IX. MENTAL AND MORAL PHILOSOPHY, &c.

Bacon's Novum Organum. Edited, with English Notes, by G. W. Kitchin, D.D. 1855. 8vo. 9*s*. 6*d*.

—— Translated by G. W. Kitchin, D.D. 1855. 8vo. 9*s*. 6*d*.

Berkeley. The Works of George Berkeley, D.D., formerly Bishop of Cloyne; including many of his writings hitherto unpublished. With Prefaces, Annotations, and an Account of his Life and Philosophy, by Alexander Campbell Fraser, M.A. 4 vols. 1871. 8vo. 2*l*. 18*s*.

The Life, Letters, &c. 1 vol. 16*s*.

—— *Selections from.* With an Introduction and Notes. For the use of Students in the Universities. By Alexander Campbell Fraser, LL.D. Second Edition. Crown 8vo. 7*s*. 6*d*.

Fowler (T., D.D.). The Elements of Deductive Logic, designed mainly for the use of Junior Students in the Universities. Eighth Edition, with a Collection of Examples. Extra fcap. 8vo. 3*s*. 6*d*.

—— *The Elements of Inductive Logic*, designed mainly for the use of Students in the Universities. Fourth Edition. Extra fcap. 8vo. 6*s*.

Edited by T. FOWLER, D.D.

Bacon. Novum Organum. With Introduction, Notes, &c. 1878. 8vo. 14*s*.

Locke's Conduct of the Understanding. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s*.

Danson (J. T.). The Wealth of Households. Crown 8vo. 5*s*.

Green (T. H., M.A.). Prolegomena to Ethics. Edited by A. C. Bradley, M.A. Demy 8vo. 12*s*. 6*d*.

Hegel. The Logic of Hegel; translated from the Encyclopaedia of the Philosophical Sciences. With Prolegomena by William Wallace, M.A. 1874. 8vo. 14*s*.

Lotze's Logic, in Three Books; of Thought, of Investigation, and of Knowledge. English Translation; Edited by B. Bosanquet, M.A., Fellow of University College, Oxford. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

—— *Metaphysic*, in Three Books; Ontology, Cosmology, and Psychology. English Translation; Edited by B. Bosanquet, M.A. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Martineau (James, D.D.). Types of Ethical Theory. Second Edition. 2 vols. Crown 8vo. 15*s*.

Rogers (J. E. Thorold, M.A.). A Manual of Political Economy, for the use of Schools. Third Edition. Extra fcap. 8vo. 4*s*. 6*d*.

Smith's Wealth of Nations. A new Edition, with Notes, by J. E. Thorold Rogers, M.A. 2 vols. 8vo. 1880. 21*s*.

Wilson (J. M., B.D.), and T. Fowler, D.D. The Principles of Morals (Introductory Chapters). 8vo. *boards*, 3*s*. 6*d*.

X. ART, &c.

Hullah (John). The Cultivation of the Speaking Voice. Second Edition. Extra fcap. 8vo. 2*s.* 6*d.*

Ouseley (Sir F. A. Gore, Bart.). A Treatise on Harmony. Third Edition. 4to. 10*s.*

—— *A Treatise on Counterpoint, Canon, and Fugue,* based upon that of Cherubini. Second Edition. 4to. 16*s.*

—— *A Treatise on Musical Form and General Composition.* Second Edition. 4to. 10*s.*

Robinson (J. C., F.S.A.). A Critical Account of the Drawings by Michel Angelo and Raffaello in the University Galleries, Oxford. 1870. Crown 8vo. 4*s.*

Ruskin (John, M.A.). A Course of Lectures on Art, delivered before the University of Oxford in Hilary Term, 1870. 8vo. 6*s.*

Troutbeck (J., M.A.) and R. F. Dale, M.A. A Music Primer (for Schools). Second Edition. Crown 8vo. 1*s.* 6*d.*

Tyrwhitt (R. St. J., M.A.). A Handbook of Pictorial Art. With coloured Illustrations, Photographs, and a chapter on Perspective by A. Macdonald. Second Edition. 1875. 8vo. half morocco, 18*s.*

Vaux (W. S. W., M.A.). Catalogue of the Castellani Collection of Antiquities in the University Galleries, Oxford. Crown 8vo. 1*s.*

The Oxford Bible for Teachers, containing supplementary HELPS TO THE STUDY OF THE BIBLE, including Summaries of the several Books, with copious Explanatory Notes and Tables illustrative of Scripture History and the characteristics of Bible Lands; with a complete Index of Subjects, a Concordance, a Dictionary of Proper Names, and a series of Maps. Prices in various sizes and bindings from 3*s.* to 2*l.* 5*s.*

Helps to the Study of the Bible, taken from the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS, comprising Summaries of the several Books, with copious Explanatory Notes and Tables illustrative of Scripture History and the Characteristics of Bible Lands; with a complete Index of Subjects, a Concordance, a Dictionary of Proper Names, and a series of Maps. Crown 8vo. *cloth,* 3*s.* 6*d.*; 16mo. *cloth,* 1*s.*

LONDON: HENRY FROWDE,
OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE, AMEN CORNER,

OXFORD: CLARENDON PRESS DEPOSITORY,
116 HIGH STREET.

☞ *The* DELEGATES OF THE PRESS *invite suggestions and advice from all persons interested in education; and will be thankful for hints, &c. addressed to the* SECRETARY TO THE DELEGATES, *Clarendon Press, Oxford.*